...ereticorum [...]
...atholicam Dei e[...]
...nẽ concinnauerũt: [...]
...ultione percuſſi ſunt [...]
dus hodie archiuo eccle[...]
& faciens exẽplaria, per [...]
orientis, & occidentis di[...]
manus orthodoxorũ fi[...]
ſeminauit. ℟. Deſideriũ [...]
...pſis diebus dixerit imperat[...]
Italiam Olympiũ cub[...]
Exarchũ ad regendã o[...]
& pręcepit eis dicẽs. Op[...]
tuam: ſicut ſuggeſſit nob[...]
patriarcha huius urbis [...]
uandę peragere. Et ſi q[...]
neris prouinciã ipſam co[...]
tem in typo a nobis expoſito [...]
omnes, qui ibi ſunt epiſcopos [...]
reticos poſſeſſorum, & ba[...]
& peregrinos: ut i eodẽ [...]
℟. Stolã iucũ. ℟. Cor[...]
[...]
Per dominum.
[...] Elisabeth filia regis
Ungarorũ, in palatio, & in [...]
pura nobiliter educata: imbuta [...]
de catholica, primos infantię [...]

argumen[...]
miſericordię decorabat. Fr[...]
[...]er enim pauperibus ante [...]
domus regię congregatis
[...]d charitatis exenium im[...]
[...]bat: quatenus accipiente[...]
[...]ito munere obligaret: ut p[...]
[...]inũ ſuppliciter exorarent[...]
[...]em nubilis effecta, ſuper [...]
[...]bemata, ſuam regalem ex[...]
[...]rogeniem, a parentibus nu[...]
[...]o: virũ habuit ducem Th[...]
[...]um: quẽ, ſicut Sara Abr[...]
[...]ominum vocauit: & deuo[...]
ſicut decuit in omnibus ob[...]
℟. Diffuſa eſt gratia. [...]
[...]nc miſericordię memoram[...]
& ſuper afflictos viſcera ge[...]
[...]ietatis, tanquam mater mi[...]
[...]n ſeſe varijs conformab[...]
[...]s pauperum, & afflictorum
[...]rum fratrũ mater erat ſp[...]
[...]quos tanquam vere paupe[...]
[...]is complexabatur viſceri[...]
[...]aritatis: & cum pauperibu[...]
[...]nenis etiam vt eis liben[...]
[...]ſecurius benefaceret, com[...]
[...]itatem in baptiſmate mul[...]
contrahebat. Corpori ſu[...]
indixit penuriam, quo[...]
[...]bos de menſa domini ſu[...]
[...]queſtu officialium, & rapi[...]
conſcientia prouenerant[...]
[...]n idolotitum execrans: [...]
[...], ac immundum iudicans
[...]une: propter nullaz nece[...]
tangere volebat: aut guſ[...]
Specie tua. [...]
[...]bituz vero mariti ſui, Ch[...]
[...]ſata: cũcta quę matrim[...]

---

# TRACTATVS DE VNITATE OVILIS, ET PASTORIS

EDITVS PER MICHAELEM DE ANINYON DECRETORVM DOCTOREM CAESARAVGVSTANVM ET SANCTI OFFICII CONSVLTOREM.

B-11,938



CAESARAVGVSTAE,

Ex officina Dominici a Portonarijs de Vrſinis, Sacræ Catholi. Maieſt. & Regni Aragoniæ Typographi.

MDLXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

# TRACTATVS DE VNITATE OVILIS, ET PASTORIS

EDITVS PER MICHAELEM DE ANINYON DECRETORVM DOCTOREM CAESARAVGVSTANVM ET SANCTI OFFICII CONSVLTOREM.

R-11938



CAESARAVGVSTAE,
Ex officina Dominici a Portonarijs de Vrſinis, Sacræ Catholi. Maieſt. & Regni Aragoniæ Typographi.
MDLXXVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

# SVBIECTVM HVIVS TRACTATVS.

SCOPVS & ſumma libelli huius eſt perſuadere omnibus qui Chriſtiani ouilis oues eſſe voluerint, vt firmiter credant & ſimpliciter confiteantur quicquid credit & confitetur ſancta Romana eccleſia, in qua præſidet Chriſti vicarius, Petri ſucceſſor, ac paſtor viſibilis huius ouilis, qui in pertinentibus ad directionem fidelium nec falli, nec fallere poteſt vt publica perſona, & ſedens in cathedra Petri, cum in his diffiniendis Spiritus ſancti magiſterio gubernetur. Hoc eſt thema & ſummarium opuſculi huius ad confirmandos ſimplices animos in fide catholica. Qui literis & ingenio magis valent aperiant & legant librum cuius autoritates, & fundamenta legiſſe fortaſſe non pœnitebit ad deteſtandas tot cathedras peſtilentiæ acephalas ab eccleſia Romana quales hæretici pro ſuo libito ſeu libidine imaginantur.

# EL REY.

POR quanto por parte de vos, el Doctor Miguel de Aniñon vezino de la ciudad de çaragoça, nos ha ſido hecha relaciõ q̃ cõ mucho eſtudio y trabajo auiades cõpueſto vn libro intitulado de vnitate ouilis & paſtoris, de q̃ os auiamos dado licẽcia pa le poder imprimir y atento q̃ era muy vtil y prouechoſo, nos ſuplicaſtes os mãdaſſemos cõceder priuilegio para q̃ por el tpo q̃ fueſſemos ſeruido ninguna perſona ſin vr̃a licencia no lo pudieſſe imprimir ni vender, o como la nr̃a merced fueſſe, lo q̃l viſto por los del nr̃o cõſejo, e como por ſu mãdado ſe hizierõ las diligẽcias q̃ la pragmatica por nos nueuamẽte hecha ſobre la impreſsiõ de los libros diſpone, e por os hazer biẽ y merced fue acordado q̃ deuiamos mãdar dar eſta nr̃a cedula pa vos en la dicha razõ, y nos tuuimos lo por biẽ. E por la preſente os damos licẽcia y facultad pa q̃ por tpo de ſeys años primeros ſiguiẽtes q̃ correñ e ſe quentẽ deſde el dia de la fecha de eſta nr̃a cedula, vos o la perſona q̃ vr̃o poder ouiere podays imprimir e vender el dicho libro q̃ de ſuſo ſe haze mẽciõ, e mãdamos q̃ durãte el dicho tpo pſona alguna ſin vr̃a licẽcia no le pueda imprimir ni vender ſo pena q̃ el q̃ lo imprimiere, o vẽdiere aya pdido y pierda todos e q̃leſq̃er libros e moldes q̃ del tuuiere, o vẽdiere en eſtos nr̃os reynos, e mas incurra en pena de cincuẽta mil mr̃s por cada vez q̃ lo cõtrario hiziere, la q̃l dicha pena ſea la tercia parte para el juez q̃ lo ſentẽciare, y la otra tercia pte pa la pſona q̃ lo denũciare, y la otra tercia parte pa nr̃a camara; e mãdamos alos del nr̃o cõſejo pſidẽtes e Oydores, de las nr̃as audiẽcias, Alcaldes, Alguaziles dela nr̃a caſa, corte y chancillerias, e a todos los Corregidores, Aſsiſtẽte, Gouernadores, Alcaldes mayores e ordinarios, e otros juezes, e juſticias q̃leſquier de todas las ciudades, villas y lugares d̃ los nr̃os reynos y ſeñorios, aſſi a los q̃ agora ſon como a los q̃ ſerã de aq adelãte q̃ vos guardẽ, y cũplan eſta nr̃a cedula y merced q̃ aſsi vos hazemos y contra el tenor y forma della, ni de lo en ella cõtenido vos no vayã, ni paſſen, ni cõſiẽtã yr ni paſſar por algũa manera, ſo pena de la nr̃a merced, y de diez mil mr̃s pa nr̃a camara. Fecha en Madrid a catorze dias del mes de Henero de mil quinientos y ſetenta y ocho años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.
Antonio de Eraſſo.

DON Philippe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hieruſalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, Conde de Flandes, y de Tirol &c. Por quanto por parte de vos el Doctor Miguel de Aniñon, vezino de la ciudad de çaragoça. Nos ha ſido fecha relacion que vos con mucho eſtudio y trabajo auiades compueſto vn libro intitulado de Vnitate Ouilis & paſtoris, de que hiziſtes preſentacion, y nos ſuplicaſtes os mandaſſemos dar licencia para le poder imprimir, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que la Pragmatica por nos nueuamente hecha, ſobre la impreſsion de los libros diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta para vos en la dicha razon, y nos touimos lo por bien. Y por la preſente os damos licencia y facultad, para que por eſta vez qualquier impreſſor deſtos nueſtros Reynos, que vos nombraredes, pueda imprimir el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion, por el original que en el nueſtro conſejo ſe vio que va rubricado y firmado al cabo de Pedro çapata del Marmol, nueſtro ſcriuano de camara de los que en el nueſtro conſejo reſiden, y con que antes que ſe venda, ſe trayga al nueſtro con

ſejo,

ſejo juntamente con el original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, y ſe os taſſe el precio que por cada volumen ouieredes de auer, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nueſtros Reynos, de la qual mandamos dar y dimos eſta nueſtra carta, ſellada con nueſtro ſello, y librada por los del nueſtro conſejo. Dada en la villa de Madrid a catorze dias del mes de Henero de mil y quinientos y ſetenta y ſiete años.

| | | |
|---|---|---|
| El Licenciado Fuen mayor. | El Licenciado Iuan Thomas. | El Doctor Franciſco de villa Fañe. |
| El Licenciado Contreras. | El Doctor Franciſco de Auedillo. | El Licenciado don Luys Guzman. |

Yo Pedro çapata del Marmol eſcriuano de Camara de ſu Catholica Mageſtad, la fize eſcriuir por ſu mandado, con acuerdo de los del ſu conſejo.

# Licentia & facultas domini ordinarij Cæſarauguſtani.

NOS Petrus Cerbuna liberaliū artiū Magiſter, & Sacræ Theologiæ Doctor, Prior & Canonicus S. Eccleſiæ Metropolitanæ ciuitatis Cæſarauguſtæ, in ſpūalibus & tēporalibus Vicarius gñalis, pro Illuſtri capitulo dñorū Prioris, & Canonicorū eiuſdē eccleſiæ ſede Archiepāli vacāte, Cum ex integra lectione & diligēti examine huius libri, cuius titulus eſt, Tractatus de vnitate Paſtoris & ouilis, intelligā & cenſeam, nihil continere, quod vel fidei orthodoxæ, aut religionis nr̃æ Chr̃ianæ bonis moribus aduerſetur: ſed potius omnibus lectoribus vtiliſsimū opus futurū, his præſertim miſeris tēporibus, quibus tot hæretici extra ſepta huius Chr̃iani ouilis tanq̃ oues abſq; paſtore errantes diuagantur, cui tāto malo ex pia ſolida, & catholica doctrina eiuſdē tractatus maximū remediū adhiberi poſſe ſperādū eſt: idcirco egregio Doctori Michaeli de Aninyon authori, viro omnibus bonis artibus & literis prædito, vt præfatum librum omni commendatione, & approbatione dignum in hac ciuitate & Archiepiſcopatu Cæſarauguſtano typis mandare poſſit, licentiam iuxta decreta ſacri Tridentini Concilij concedimus. Dat. Cęſarauguſtæ. xij. Aprilis 1578.

Doctor Petrus Cerbuna
Prior & Vicarius generrlis.

Sebaſtianus Moles not.

# Cenſura Domini Doctoris de Heredia cui viuæ vocis oraculo Illuſtriſsimus Dominus Archiepiſcopus & Inquiſitor generalis commiſit examen libelli huius.

DE mandato viuæ vocis oraculo Illuſtriſsimi Domini mei, Præſulis Inquiſitoris generalis, vidi librum, cuius titulus iſte, tractatus de Vnitate paſtoris & Ouilis. Hic ſane titulus perſpicatiorem me veluti excitauit, ad perſcrutanda que maxima præ ſe ferre videtur, atq; ita inueni, iſtius tractatus doctrinam ſanam in fide, inſuper & vtilem ad demonſtrandam, ſuadendam, & conſeruandam, cum Paſtoris & Ouilis apoſtolici Romani, à Chriſto per Petrum & cæteros iugiter Vicarios, vſque ad ſeculi conſummationem Eccleſiaſticam vnitatem, quam iſte author ſenſatus (quiſquis ille ſit) ſelectiſsimis veteris, & noui Teſtamenti teſtimonijs, priſcis Eccleſiæ Romanæ aptiſsimiſque traditionibus, Sanctorum patrum exemplis, Sacrorum conciliorum ſanctionibus, ſummorum Pontificum decretis, grauiſsimorum Doctorum aſſertionibus facile probat. Quibus tandem docet ad iſtam præfatam Conſtantemque vnitatem, hæreticos reuincere, quos Chriſtus Dominus futuros contra prædixerat. Id ipſum atteſtor ſub correctione Sanctæ noſtræ matris Eccleſiæ Apoſtolicæ Romanæ. Madriti die xvj. Maij 1577.

Doctor Heredia.

## APPROBATIO DOMINORVM Patrum collegij ſocietatis Ieſu, apud Madritum, quibus ex Decreto ſupremi Regij conſilij cenſura libelli huius fuit demandata.

HVNC LIBRVM, CVI TITVlus eſt de Vnitate ouilis & Paſtoris, legendum & diligenter examinandū præbui duobus ſacerdotibus Theologis noſtri collegij, quibus viſum fuit nihil in eo contineri, quod vel Sacroſanctæ fidei noſtræ, vel bonis moribus aduerſetur vtilemque catholicis lectoribus futurum, & ob id non immerito typis poſſe mandari. Dat. in hoc noſtro collegio ſocietatis Ieſu Madriti xvj. die Decembris Anno ſalutis humanæ 1577.

Alfonſus Sandoual.

## AD ILLVSTRISSIMVM D.D. DON GASPAREM de Quiroga Archiepiſcopum Toletanum Hiſpaniarum Primatem, generali Sanctæ Inquiſitionis Prætorio præfectum, ac Regium in ſupremi ſtatus negotijs conſiliarium.

### IN TRACTATVM DE VNITATE OVIlis & Paſtoris, Epiſtola Michaelis de Aninyon, Autoris dedicatoria.

LIBELLVM HVNC (quem de vnitate Ouilis & Paſtoris inſcripſi) Primas Hiſpaniarū Illuſtriſsime verebar (vt verum fatear) prælo committere, plura mala præ metuens. Imprimis ne in eo, quamuis a me centies recognito, & ad confutandum hæreticorum errores edito, error aliquis præter propoſitum meum (velut anguis latens in herba) deprehenderetur ſolet enim teſte Apoſtolo, quandoq; Satan ſe in lucis Angelum transformare, & in tritico quantumuis excuſſo lolium & zizānia multoties cernimus reperiri. Timui etiam ne in eo (licet ab omni hæreticorum ſorde purgato) legeretur aliquid, quod animos prudentium poſſet offendere, cum in re tam ſeria & graui nihil non graue & ſerium debeat in lucem emitti. Ti-

mores iſti, & me ab incæpto deſiſtere, & calamum de manu ſæpius relinquere coegerunt. Ita, vt omiſſo pœnitus & quaſi deſperato negotio ad mea temporalis aduocationis ſtudia, & clientum patrocinia (quibus vaco) redierim. Inter alia omnia conſiderans, quod homini peccatori non conueniebat enarrare iuſtitias domini nec aſſumere teſtamẽtum Dei per os ſuum, vltra ea quæ in prouerbijs recitantur, ne ſutor vltra crepidas, & tractent fabrilia fabri. Sed ex aduerſo vires & animum augebat ad proſequendum illa eadem, & quidem pia contemplatio, quæ opuſculi huius inchoationẽ mihi antea perſuaſerat. Expertus enim fui a quindecim annis & vltra, quibus (licet indignus) ſancto inquiſitionis officio a cõſilijs deſeruio, tot ruſticos, & pannoſos homines ſine literis ex Gallia, & alijs finitimis regionibus ad nos proficiſcentes, ne dicam anus & mulierculas, tam deceptos, & falſis hæreticorum noſtri temporis laqueis irretitos, vt de ſingulis hæreſibus, quas vt virus venenoſum per biberant, non dubitauerint cõtra vnitatem eccleſiæ Romanæ multoties reſpondere, etiam pro illis diſputare ſuperbientes. Quibus ego dum olim ordinarij partes agerem ſæpe ſæpius in faciem reſtiti. Et oſtendens per aliqua huius tractatus fundamenta autoritatem cathedræ huius ab omnibus venerari debere & ei credẽdũ oculis quod aiunt clauſis nonnullos ad fidem reuerſos ab ignea pertinacium pœna vindicaui. Ex illo igitur tempore & animarum iacturam, & temporis noſtri calamitatem deplorans (quam totam ex irreuerentia, & contemptu

temptu beatiſsimi Romani Põtificis prouenire conſiderabam, animum appuli non ad ſingulos hæreticorum errores confutandos. Id enim ad Theologos pertinet, ſed ad ſolam ſedis apoſtolicæ obedientiam quæ noſtri etiam eſt inſtituti perſuadendam, redigendo in breue compendium fundamenta quæ potui ex Sacræ ſcripturæ autoritatibus, & principijs iurijs naturalis ac philoſophiæ moralis, vt eis pie ac diligenter animaduerſis intelligant omnes etiam barbari quam de neceſsitate ſalutis & rationi conſentanea ſit hæc monarchica Romani Pontificis in vniuerſali eccleſia gubernatio quam firmiter confitentes, & quod ipſa præceperit recipientes nullis hæreticorum iaculis perturbabimur, nectam ſacræ anchoræ alligati, nouis doctrinarum fluctibus impellemur, & quoniam timores illi vſque modo conturbant me etiam hæc ſcripta dictantem ſtatui non ſine temeritate maxima libellum hunc Illuſtriſſimæ amplitudini tuæ dicare, vt ſi eius mandato examinatus in lucem emittatur metus omnes etiam foras emitterentur. Et me ſub eiuſmodi clypeo proficiendi deſiderium adhortaretur quem infirmitas deficiendi tanto tempore dehortata eſt. Video iam tractatum noſtrum, qui alijs humilitatem prædicat, ſuperbum quid & omnino temerarium in tanti honoris imploratione prætendere præſertim authore nec dum tibi cognito, nec minimum aliquid ſeruitijs aut obſequijs, quæ nulla præſtitit a te promerente, ſed tot aduerſarijs cum minantibus quanto debilior ille eſt tanto illuſtriore indiget patrocinio.

trocinio. Cōcede obſecro, vt hoc te orando ſupplex exorem; qui enim illum ſub tui nominis præſidio typis excuſſum viderit nec eius autorē iam inter ſeruorum tuorum ordines relatum de cætero perſequetur, nec ſcripta hæc lacerare præſumet.

Hæc ſcribens & prefatiunculam iſtam abſoluēs, intellexi te iam Toletanę Metropoli deſignatū quæ poſt Romanam eccleſiā, vbi Chriſti vicarius, & Petri ſucceſſor reſidet, inter alias ſaltem Hiſpanas locū obtinet eminentē. De hac translatione nihil tibi, cui tot titulis debebatur, ſed noſtræ potius Hiſpaniæ cōgratulor talem patrem & filiū ſimul habēti, qui pro vita corporali, quā poſt Deum in patria recepit, nūc patriæ pater effectus vitā ei ſpiritualem longe excellentiorē conſilijs ſalutaribus & mutuo amore perficiat. Philippo autē Hiſpaniarū regi dn̄o noſtro gratias prouolutis genibus agamus omnes præſertim, qui ſub ſancti officij militia militamus, quia eū quē ob ſingularia virtutū & bonarū literarū experimenta nobis fecerat pręſidere ad eiuſmodi dignitatis apicem cui ſimilem non habet in ſuo fœcundiſsimo iure patronatus elegit in magnum, & euidēs præfecto teſtimoniū, ac pignus amoris quo diuinum hoc tribunal & fideles eius miniſtros amplectitur. Viuat ille ad multos annos, prout catholicæ religioni quam ita defendit cernimus conuenire. Viuas, & tu ſimiliter cuius obſequia, & conſilia ſibi eſſe gratiſsima non tantum verbo, ſed re ipſa & tali teſtimonio confirmauit, vt poſtea Dominus in cœlo premia æterna vtrique retribuat. Vale.

EIVSDEM

# EIVSDEM AVTORIS AD LIBELLVM EXHORTATIO, ſuper ſalutando Pontifice Quiroga verſibus edita.

EIA age, rumpe moras: omnem depelle timorē,
I, pete Quirogam parue libelle tuum.
Nam licet Hiſpano vindex generalis in orbe,
Sit fidei, auditor qui fuit ante rotæ.
Parthenope qui olim reparauit iura, tribunal.
Atque magiſtratus Rege iubente ſuos.
Qui fuit Antiſtes Conchæ, magnoque Philippo
Regi a conſilijs ſit fuerit quæ diu.
Sit modo Toleti prim as regionis, Iberæ
Eſt vbi Metropolum Pontificale decus.
Sit literis, virtute grauis, ſit ſanguine patrum,
Clarus & exemplo, religione, fide.
Cui niſi perfectum poterat nil iure dicari,
Tuque feras modicæ dexteritatis opus.
Sim licet omnino tuus illi incognitus autor:
Et quanquam a multis forte notandus eas.
Materiam propter quæ noſtris viribus impar,
Si male digeritur, plus nocuiſſe ſolet.
Sed nihil hæc obſtāt, quominus Quiroga petēdus,
Sit tibi, Tu illius iuſſa memento ſequi.
Siue det in prælum, ſeu te condemnet ad ignem.
Nil renuas, æquo pectore vtrumque feres.
Approbet, aut reprobet, laceret, vel perlegat, omne,
Iudicio ex alto crede venire Dei.

Parce

Parce metu interea, Romana eccleſia poſtquam,
Quod docet, hoc eius ſubditus ipſe doces.
Articulos alios alij, tu iura beati,
Pontificis ſummi ſumma tuere modo.
Quem fidei cauſis credens fore in orbe Monarchã,
Nullus ab hæreticis concuteretur homo.
Quicquid enim miſeri dubitant, generalia ſaltem,
Concilia & canones explicuere ſatis.
Quo reſponſo omnes ſuperare ſophiſmata poſſent,
Cuncta, nec hæreticum dogma noceret eis.
Quo clypeo armati Petræ fortiſsimæ in hoſtes,
Tela retorquerent pax quoque tuta foret.
Naufragium fidei nullum paterentur habentes,
Intra hanc nauiculam corda recluſa Petri.
Hæc igitur præcepta docens, depone timorem,
I, pete Quirogam parue libelle tuum. (dent,
Nec quia ſit princeps metuas, quoniã hi quocꝫ gau-
Paruula de parua ſumere ſæpe manu.
Ardua materia eſt (fateor) ſed gratia Chriſti,
Omnibus eſt maior, ſpes mea tota in ea.
Hæreticos contra ſcio multa volumina multos.
Te meliora nimis compoſuiſſe patres.
Echius id fecit, Roffenſis, Sotus vterque,
Clyctoueus, Caſtrus, Pighius, atque Faber,
Simancas, Hoſius, Canus, Catharinus, & illi,
Quos tetigit veræ relligionis honor.
Sed rabie creſcente iſta ſic creſcite in illam,
Catholici libri ſedis & huius amor.
Cui ſeruata fides (ſi mens non læua fuiſſet)
Conſeruaſſet eos huius ouilis oues.

Cui

Cui ſeruata fides ſeruaſſet ab ore leonis,
Tartarei miſeros hoſtibus atque malis.
Cui tandem ſeruata fides ſeruaſſet in omni,
Vnanimes ipſos pace & amore Dei.
Non ignota loquor, ſed quæ experiuntur abinde,
Scandala & in fratres arma reuerſa ſuos.
Bella per acephalos pluſquam ciuilia campos.
Templa, vt ab Antiocho tot violata Dei.
Iuſque datum veneri crapulæ vitioque ſuperbo,
Mille nouas ſectas dogmata mille noua.
Vt vitium cuiuſque petit pugnantia ſecum,
Inde hodie ignorant cras vbi habenda fides.
Quicquid enim plantant alij mox diſsipat alter,
In noua ſic nouitas ſchiſmata quemque trahit.
Ergo piam cauſam referens animæ quior eſto,
Ruſticus es fateor plenus amore tamen.
Quæ potui feci, volui, quę implere nequiui,
Dote hac contentus, tempus in omne vale.
Te Chriſtus cũ matre ferant, fauor vmbracꝫ Petri,
Cuius agis cauſam, te comitetur ibi.
Spero equidem Quiroga tibi dignabitur ambos,
Inclinare oculos, te quoque credo leget. (tur,
Omnia namque prius quamuis reprobanda legun-
A cenſore igitur te leget atque pie.
Quem pia compoſuit Romanę affectio ſedis,
Cuius adunatas ipſe tuetur oues.
Perſequiturque ſuos hoſtes: quos tu quocꝫ noſtris,
Perſequeris ſtudijs, te pius ergo leget.
Eſto ibi tu ſupplex, repararique eſto paratus,
Corrigeris, taceas, crede legeris ita.

Tu

Tu quoque, ſi tanto reputeris dignus honore,
Mox pedibus ſacris oſcula mille dabis.
Conſenſuque habito imprimis veniaque loquendi,
Autorem excuſans, talia verba refer.

## LIBELLVS ALLOQVItur Pontificem.

HAEC tibi nūc genitor meus offert paruula q̄(uis,
Principe nec tāto digna (fatemur enim)
Quæ cathedræ Petri zelo inflammatus & almæ,
Sedis apoſtolicæ condidit arte rudi.
Flens quaſi, quod Gallus, Flāder, Germanus, & An(glus,
Tam ſubito hanc ſponſam deſeruere Dei.
Quam coluere diu ceu diuam in partibus illis,
Maioreſque ſui præpoſuere ducem.
Vſque adeo quod honore eius cū ſanguine plures,
Martyrij palmas obtinuere ſacras.
Nunc tamen inferno aſſurgens nimboſus orion,
Sparſit, & in cineres ignea corda tulit.
Nunc vitia & crapulam propter (quis talia fando,
Temperet a lachrymis) quam coluere negant.
Denique nunc Satanæ proles & apoſtata Luther,
Tartareæ innumeros mittit in antra lacus.
Sed proſequar mandata patris nebulonibus iſtis,
Imperet omnipotens, perfida corda mouens.
Tu quoque iam gladium vibras, iam tendis & arcū,
Quem tibi (ni redeant) flectere Papa iubet.
Iam velut Helias zelo zelatus & igne,
Iudicibus laxas corpora danda Regis.

Rex

Rex etiam noſter ſancto mucrone Philippus,
Plectit eos purgans his ſua regna malis.
Cuius ad exemplum gladio accingamur oportet,
Vnuſquiſque ſuo, quem dedit ipſe Deus,
Militia miles, doctrina Doctor, & omnes,
Suffragijs, precibus, quaque ope quiſque poteſt.
Peſtis vt hæc ceſſet morbo lætalior omni,
Quæ vt cancer ſerpit regnaque multa premit.
Quinetiam Hiſpanas auſa eſt inuadere & vrbes,
Officio at ſancto quam cito pulſa fuit.
Cuius ineffandum donum atque inuentio Chriſti,
Seruat in antiqua relligione fidem,
Experteſque eius docet ex tot cladibus almi,
Quantum hęc officij forma iuuaſſet eos.
Viuere qui ad libitum legemque impune fidelem,
Heu libertatem, poſſe negare vocant.
Quo renuunt fuco tantum acceptare tribunal,
Et ſua diuino ſubdere colla iugo.
Inde mala, hinc belli furias patiuntur, & inſtant,
Inter eos merito plura flagella Dei.
Hac igitur cauſa genitor me condidit, eſſe,
Per cupiens omnes huius ouilis oues.
Hac etiam cauſa tua me hęc ad limina mittit,
Contra iſtos hoſtes, autor vt arma ſua.
Aſpice ſi quid habent fortaſſe ęruginis, aut ſi
Lima egeant, oculis ſint ea munda tuis.
Horrea ſunt Chriſti tua nobis atria, purga,
Frumentum a lolio quod fero pauper ego.
Perfice me & renoua primas qui maior in orbe,
Es datus Hiſpano cenſor & omne bonum.

** Poſtea

Poſtca detractor ſit quiſquis mordeat, illi
Parco, quia ante alios te duce tutus ero.
Hæc cape nunc vultu placido cape fronte benigna,
Hoc animo tandem quo grauiora ſoles.
His maiora dabit poſt hac ſi ſenſerit autor,
Me tibi non pœnitus diſplicuiſſe, Vale.

# EIVSDEM AVTORIS AD LECTOREM CONTESTATIO.

QVO SECVRIVS LEgatur opuſculum hoc (Lector optime) ſtatim in exordio eius autor conteſtatur id totum vna cum omnibus, & ſingulis in eo contentis fore ſubiectum beatiſſimo Romano Pontifici, quem vnicum viſibilem Paſtorem huius vnici vniuerſi ouilis, ac pro Chriſto vicarium & beati Petri apoſtolorum principis ſucceſſorem Catholici adoramus. Sancto etiam Inquiſitionis officio profitetur obedientiam, cui a ſede apoſtolica tanquã peculiare munus inter alia multa pro fidei tutione eſt iniunctum veros & catholicos libros ab hæreticis, & falſis diſcernere. Atqui ea de cauſa potiſsimum dedicatur Illuſtriſsimo Domino generali apud Hiſpanos Inquiſitori, vt ſi forſan ſic dicatus typis excudatur intelligas & legi poſſe ſub tali præſidio, & in aliquo Chriſtianæ Reipublicæ profecturum. Ad vtilitatem ergo fidelium, & ad dirigendos pedes eorum in viam pacis & vnitatis ſanctiſsimæ quaſi in faſciculum collegi quas potui autoritates ex Sacraſcriptura vt domina, & ex Philoſophia morali, & Iuriſconſultorum legibus quę omnes teſte Hieronymo diuinis literis ancillãtur in multis, Sanctorum etiam teſtimo

nia in vnum congeſsi, vt cognito quantum tot ſancti patres & martyres, vere maiores noſtri vita literis et ſanctitate poſt Christi ad cœlos aſcenſum huic vnitati & cathedræ Petri detulerint mortem glorioſam, quando oportuit pro eius honore ſubientes. Deferamus & nos eidem ſequentes potius veſtigia illorum quam nebulonum noſtri temporis, qui vt crapulæ libidini auaritiæ, & alijs vitijs ſubſeruiant obedientiam & dominationem, quæ tam neceſſaria eſt in eccleſia ſancta contemnũt; quibus imperet omnipotens, mea enim opera non ſperat proſternere poſſe tantam ſuperbiam, quam Roffenſis, Faber, Echius, Pighius, Caſtrus, vterque Sotus, Simancas, Hoſius, & alij doctiſsimi & Catholici patres noſtri temporis ſuis libris ſtudijs & concertationibus non humiliarunt. Ad te igitur catholice Lector dirigitur labor noſter qualiſcunque ille ſit, non eloquij venuſtate, ſed ſtylo communi, qui teſte Hieronymo ad pammachium vniuerſo hominum generi loquatur, vt per mancas in ijs quæ didiciſti, deuitans falſas vocum nouitates, & quæſtiones, quas decidere non tuum eſt, ſed apoſtolicæ ſedis, nullis te diſputationibus modernorum hereticorum ſeculi huius implices ſuper imaginum veneratione, purgatorio, ſanctorum interceſsione, diuini cultus ornatu, religionum votis, ſacerdotum poteſtate, ieiunandi præcepto, operum neceſsitate, & alijs in quibus miſeri heretici defecerunt. Crede oculis, vt aiunt clauſis, quod ſancta Romana eccleſia credit, & pedibus ſimul iunctis ſta immobilis alligatus huic Petre firmiſsime aqua

qua & Petrus nomen accepit & contra quam porte inferi præualere non poſſunt, & ſicut intellectum captiuas in myſterium trinitatis corporis Chriſti, & alios articulos fidei, qui humanam excedunt intelligentiam ſic & captiuare debes animum tuum in obſequium cathedræ huius & vnici paſtoris poſtquam monarchica eius gubernatio in iure diuino & ratione naturali, ac tot ſeculorum continuata obſeruantia fundatur. Memor eſto carbonarij illius, a Pighio relati, libr. j. cap. v. ſuæ eccleſiæ hierarchiæ, quando in aliquo iudicium tuum variari intra portas tuas vi deris aut perturbari, qui nunquam tentantibus ſe aliud reſpondit niſi credo, quod eccleſia credit, & eccleſia credit, quod ego credo, nulla vlterius admiſſa diſputatione quo clypeo veluti circulo, & ſe in vnitate hac cõſeruauit, & Theologum doctiſsimum in articulo mortis de fide catholica tentatum adiuuauit, vt capite finali referemus. Mihi enim, vt iam finem dicendi faciam ſatis pro lucro erit, vt ſi non omnibus ſaltem, vel vni in re tam neceſſaria libellus iſte ꝓficiat ne ab ouili hoc recedat ſicut multi ſe ſegregarunt infinitimis regionibus deſerentes ſanctum hũc gregem, & paſtorem quem tanto tempore ſequuti fuerunt. Per viſcera igitur miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, ſi qua conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis ſi quæ ſocietas ſpiritus ſi quæ viſcera miſerationis habes imple gaudium, quod Paulus ad Philippenſes. ij. tanta verborum exaggeratione poſtulabat: vt idẽ ſapiamus omnes vnanimes, & idipſum ſentientes, quod maiores noſtri tam ſancti

 de hac

de hac vnitate ſenſerunt, ſicut ex teſtimonijs eorum apparuit, quæ in hoc paruo volumine admodum tractatus, ſeu repetitionis textus illius Ioan. x. fiet vnum ouile, & vnus paſtor congeſta reperies.

# ERRATA.

PAGINA prima, linea vltima. ibi efficia. l. efficiatur.
Pag. 2. in. 33. ſum. ibi deuolutione. l. deuotione.
Pag. 6. nu. 7. ibi formaque. l. formamque.
Eadem pag. ibi in alium. l. in aluum.
Eadem pag. in vlt. lin. ibi. ij. q. vij. l. xxvj. q. vij.
Pag. 8. in. 1. lin. ibi dicedat. l. dicebat.
Eadem pag. ibi in nihillo. l. in nihilo.
Pag. 10. ibi adoramentorum. l. odoramentorum.
Pag. 13. n. 4. ibi ſanguini. l. ſanguinis.
Pag. 18. nu. 7. ibi in dolus. l. eſt dolus.
Pag. 19. ad medium. ibi Aelianus lib. l. Aelianus apud gillium lib.
Eadem pag. ibi teſte Alberto ibi relato pro Aelianum. l. teſte Alberto magno de animalibus.
Pag. 33. ibi copia. l. copioſa.
Pag. 42. nu. 11. ibi præterea. l. propterea.
Pag. 48. lin. ibi vt dicit Hieronymus. l. Faber poſt Hieronymum.
Pag. 57. ibi, Ambroſius lib. xv. de Salomone dele xv. Pag. 59. ibi ſicut ſcabioſa adde ouis. Pag. 62. vbi legitur ibi. l. illa & pro arca.. l. area. Pag. 66. ibi exhibunt. l. exibunt ſine. h.
Pag. 72. ad medium poſt verbum ſpiritualem adde perſonalem.
Pag. 84. ibi dictionem. l. dilectionem. Pag. 189. ibi Chryſoſtomũ qui &c. adde in epiſt. ad Romanos. Pag. 85. ibi dillectionis tolle vnum. l. Pag. 86. ibi in vicina. l. nicæna.
Pag. 87. in. 2. lin. ibi fuit. l. facit. & nu. 14. ibi vinat. l. viuat.
Pag. 88. nu. 4. ibi reſpondea. l. reſpondit.
Pag. 88. licet falſo legat̃ 84. ibi fuit habita fides. l. fuit aliq̃ notitia.
Pag. 89. in ſummario generali cap. ibi patrem. l. patrum.
Et eadem pag. poſt nu. 1. ibi cap. vj. l. cap. iij.
Pag. 90. licet male dicatur 91. ibi adem. l. eadem.
Pag. 91. in princip. ibi ipſi. l. epiſcopi.
Eadem pag. in. 4. lin. ibi in eccleſia. l. & eccleſia.
Eadem pag. ibi extra acham. l. extra archam.
Pag. 92. ante nu. 4. ibi ſanctis. l. ſancti.
Pag. 93. ibi prohetici. l. prophetici.
Pag. 97. ibi immeſitati. l. immenſitati.
Pag. 101 ibi. lutus. l. luctus. Pag. 131. in ſummario ca. 13. ibi per chriſto. l. per Chriſto. Pag. 102. in. 2. lin. ibi Ioannis, adde xiiij.
Eadem pag. ibi ex nihilo. l. ex nubilo.

# ERRATA.

Pag.103.ibi homilia licet.l. homilia 51.licet.
Eadem pag.ibi phenie.l. phenix.
Pag.104.ibi vniceres.l.vnicares.
Pag.107.nu.2.ibi prima eius.l.primarius.
Eadem pag.ibi pontifici.l. pontifice.
Pag.108.in vlti.lin.ibi in ea rem.l.in eam rem.
Pag.109.ante nu.4.ibi domini gregis.l.dominici gregis.
Pag.111. ibi marcio decima.l.marci decimo.
Pag.114.ibi in.c.ad noſtram.l.in cle.ad noſtram.
Pag.118.nu.4.ibi magis de vnitate.l.magis de bonitate.
Eadem pag.nu.16.ibi Imperatore.l.Imperator.
Eadem pag.nu.18.ibi deſit.l.deſijt.
Pag.126.poſt nu.25.ibi doñm.l.dominum Deum.
Pag.129.ibi perſequentorum.l.perſequutorum.
Pag.130.nu.10.ibi mola.l. malo. & ibidem pro & deo.l. & ideo. & ibid. pro licita.l.ideo.
Pag.131. pro non circundãt.l.nos circundant.
Pag.135.lin. 7. ibi Chriſtus dixit ram potuit qui.l. prouideri potuit quam.
Pag.139. ibi ſecta ſectas ſuperfluit verbum ſectæ primum.
Eadem pag.ibi quot prauorum.l.prauarum.
Eadem pag.ibi Deuteronomij 13.bis repetit.l.loco vnius exod.18.
Pag.142.ibi ſteterit.l.eſt & erit.
Pag.144. ſum.10.in vltimis verbis ibi,quia verba vitæ æternæ habes.l.quia tu es Chriſtus filius Dei.
Pag.148.ibi baptiſimo.l.baptiſmo.
Pag.152.nu.18. ibi ſi & Chriſtus.l.ſi ei Chriſtus.
Pag.163.in.1.linea ibi ſupra petrus.l. ſupra pectus.
Pag.178.ibi cetorum.l.cæterorum.
Pag.180.ibi ci.l.ei. Pag.187. ibi ab beſtias.l.ad beſtias.
Pag.193.ibi quod autem.l.quare autem.
Pag.253.ibi ne profectu.l.defectu. pag.226. ibi cum illa.l.illo.
Pag.216. ſum.25. ibi petro data fuit principaliter.l. petro data fuit primum.
Eadem pag. ibi, ſicut & Chriſtus non fuit miſſus principaliter.l. perſonaliter ſeu ſecundam præſentiam corporalem.
Pag.228. in.5.linea ibi iam.l.hoc.
Pag.238.in.4.linea ibi Matthæi adde xv.& in.5. linea ibi reperitur xv.l.perierunt.& de le xv. & in ead.pag.ad medium poſt nu.25.ibi & poſtea.l.vt poſtea.
Pag.246.ibi parata ſit eccleſiam.l.eccleſia.
Pag.248.ibi quia ſemetipſo.l.quia a ſemetipſo.
Pag.253. ibi ne profectu.l.defectu.
Pag.266. nu.2.ibi ſi non ſit hæreticus.l. poſtquam nõ eſt hæreticus.
Pag.270.ibi habes.l.habet.
Pag.272.ibi horor. l. horror.
Pag.280.ibi dux.l.iudex.
Pag.291.ibi c.ſciendum.xix.diſt.l.xxix.diſtinct.
Pag.303.ibi peſtiſis.l.peſtis.ibi Imperatores immachus.l.Imperatore ſimachus.
Eadem pag.ibi arteicis.l.aſtericis.
Pag.311. ibi ad Coloſſenſes adde vna.
Pag.320.ibi conuocare adde ſolet.
Pag.322.ibi illis concilijs adde de illis concilijs.
Pag.327.ibi ſpiritu ſancti.l.ſpiritus ſancti.
Pag.331.ibi pontificium.l.pontificum.
Pag.333.ibi angelorum,l.Anglorum.
Pag.350.ibi ſophiſmatis.l.ſophiſmatibus.
Pag.352.ibi reſecundæ.l.reſecandæ.
Pag.367. ibi tanta.l.tantam.
Pag.368.in.1.linea, ibi ſanctitas.l.ſortitas.
Eadem pag.ibi conſitio.l.confuſio.
Eadem pag.ibi non poſſunt.l.poſſunt ſine non.

# INDEX CAPITVM EORVM QVAE IN HOC Volumine continentur.

CAPVT Primum, In quo ad vnitatem hãc facilius perſuadendam commemorantur aliqua ex pluribus & immenſis beneficijs, quæ Deus optimus contulit hominibus præſertim Chriſtianis.

Caput Secundum, In quo oſtenditur nihil gratum, & acceptum poſſe hominem retribuere Deo, a quo tot beneficia ſuſcepit ſi extra hanc vnitatem diuagetur.

Caput Tertium, In quo explicatur per ouile ouium ſignificari eccleſiam Dei, & vnde hæc parabola ad eccleſiam ſit relata.

Caput Quartum, De proprietate vocabuli huius eccleſiæ per ouile ouium ſignificatæ.

Caput Quintum, De antiquitate, ortu & progreſſibus huius almæ eccleſiæ per ouile ouiũ ſignificatę.

Caput Sextum, De laudibus excellentia & titulis, quibus noſtra hæc ſancta mater eccleſia dicta ouile ouium reperitur decorata in ſacra ſcriptura.

Caput Septimum, De perſonis, quæ intra hanc ſanctam eccleſiam, ſeu ouile ouium continentur.

Caput Octauum, De vnitate huius ouilis, & de varijs autoritatibus veteris teſtamenti ad eam confirmandam.

Caput Nonum, De varijs noui teſtamenti autoritatibus hanc ouilis vnitatem comprobantibus.

Caput Decimum, De diuerſis Sanctorum patrum teſtimonijs in commendationem huius tam neceſſariæ vnitatis & de proprietatibus eius.

Caput Vndecimum, De vnitate paſtoris gubernantis hoc ſanctum ouile.

Caput Duodecimũ, De multis alijs fundamẽtis, quibus hæc vnici paſtoris vnitas comprobatur.

Caput Decimumtertium, De neceſsitate huius vnici paſtoris, & pro Chriſto vicarij viſibilis quo in particulari egebamus ad veram euangelicæ legis intelligentiam, & ad reuincendos hæreticos quos Chriſtus futuros eſſe prædixerat.

Caput Decimumquartum, In quo monſtratur primum pro Chriſto vicarium, & paſtorem huius ouilis fuiſſe beatum Petrum principem apoſtolorum, & eidem ante reſurrectionem fuiſſe promiſſum hunc paſtoratum.

Caput

Caput Decimumquintum, In quo probatur paſto=
ratum & iſtum pro Chriſto vicariatum fuiſſe bea
to Petro collatum poſt reſurrectionem paulo an=
tequam Chriſtus cœlos aſcenderet.

Caput Decimumſextum, In quo probatur prima=
tum hunc Petro ante paſsionem promiſſum, &
poſt reſurrectionem collatum fuiſſe veneratum a
cæteris apoſtolis & traditum executioni.

Caput Decimumſeptimum, In quo demonſtratur
poſt glorioſum Petri martyrum Romanum Pon
tificem fuiſſe eſſe & futurum vſque ad ſeculi con=
ſummationem paſtorem & pro Chriſto vicarium
huius ouilis vniuerſi.

Caput Decimumoctauum, In quo declaratur qua=
re Romæ potiuſquam Hieroſolymis, vel alibi vi=
cariatus iſte quem Petri cathedram appellamus,
fuerit inſtitutus.

Caput Decimumnonum, In quo alijs rationibus o=
ſtenditur vicariatum hunc & Petri primatum Ro
mæ & non alibi fuiſſe fundatum poſt translatio=
nem eius de Antiochia.

Caput Vigeſimum, In quo cauillationibus hæreti=
corum contra ſanctiſsimam huius cathedræ auto
ritatem obiectis reſpondetur.

Caput Vigeſimumprimum, In quo proſequendo
confutationem hæreticorum diluuntur alia obie=
cta ne=
cta negantium Romannm Pontificem, eſſe ſuc=
ceſſorem beati Petri.

Caput Vigeſimumſecundum, In quo oſtenditur ce
teras eccleſias particulares per totum orbem diffu
ſas Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopa=
les, ac cæteras inferiores, etiam religioſorum ab
vnius Roman. Pontificis poteſtate pendere, & ei
tanquam vnico & principali paſtori ſubditas eſſe
oportere.

Caput Vigeſimumtertium, De varijs titulis & enco
mijs, quibus ſacroſancta hæc Romani Ponti. au=
toritas a noſtris maioribus & doctoribus fuit ve=
nerata.

Caput Vigeſimumquartũ, In quo declaratur, quid
oues & fideles intra hoc ouile conſtituti agere de=
beant, vt tam ſanctam vnitatem conſeruent.

Caput Vigeſimumquintum, De diuerſitate manſio
num huius eccleſiæ per ouile ouium ſignificatæ
quæ ad habitationem fidelium præparatæ repe=
riuntur, vnitate eius in nihilo ꝓpter hoc alterata.

Caput Vigeſimumſextum, In quo explicatur vnde
ſit colligenda fides neceſſaria ad manendum in=
tra portas huius ouilis, quod eſt eccleſia, & opera
requiſita ad habitandum in atijs interioribus ec=
cleſiæ.

Caput

Caput Vigeſimumſeptimum, De decretis Romanorum Pontificum, & conciliorum generalium ex quibus neceſſaria ad ſalutem æternam colligere debemus vltra euangelia, & alia Sacræ ſcripturæ volumina.

Caput Vigeſimumoctauum, De traditionibus, & conſuetudinibus eccleſiæ per ſedem apoſtolicam approbatis quas etiam ſi ſcriptæ non ſint, obſeruare debemus.

Caput Vigeſimumnonum, De varijs meditationibus quibus muniti poterimus facile ſeruare obedientiam, quam Romano Pontifici debemus, & omnibus hæreticorum nequiſsimis telis reſiſtere.

Caput Trigeſimum, In quo proſequendo materiã capitis præcedentis, oſtenditur ad conſeruandam fidem & obedientiam eccleſiæ Romanæ oportere, vt a vitijs, & a nouitatum inuentoribus abſtineamus.

# Inuocatio ad Dominum.

VNICE pro te vnum paſtorẽ paſtor adornãs,
Hoc opus atque vnum dirige ouile tuum.
Proficiendi ardor repulit de corde timorem,
Deficiendi omnem qui metuendus erat.
Cauſa tua hic agitur, cauſarum munus agentem,
Reſpice in hac cauſa nunc Deus alme tua.
Tu pater aſpira his ceptis, & congrega in vno,
Nos grege, ſint omnes huius ouilis oues.

# TRACTATVS DE VNITATE OVILIS ET PASTORIS.

## Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Ad vnitatem Ouilis & Paſtoris facilius perſuadendam plurimum valet recordatio beneficiorum quæ Deus contulit humano generi.

2 Chriſtus commendaturus hanc vnitatem a commemoratione iſtorum beneficiorum exorditur.

3 Deus qui bonorum noſtrorum, non indiget fecit nos ad imaginem ſuam in magnum ſuæ in nos dilectionis argumentum.

4 Simile ſimili ſemper amicum, quia ſinguli ſemper feruntur ad ſibi ſimile.

5 Ethnici & infideles cognouerunt hanc hominis ad Deum ſimilitudinem.

6 Hominis cauſa creauit Deus reliquas creaturas quibus præeſſet nomina eiſdem imponens homo.

7 Homo faciem ad cælum quo tendit, erectam habet cætera vero animalia verſus terram.

8 Deus eſt per quem viuimus mouemur & ſumus.

9 Deus habet magnam de homine ſollicitudinem, & prouidentiam.

10 Anima licet vna ſit in eſſentia tres tamen habet potentias diſtinctas ad ſimilitudinē trinitatis diuinæ quæ in eſſentiæ vnitate & perſonarum trinitate conſiſtit.

11 Animam capacem Dei quicquid Deo minus eſt non implebit ſicut nec ſigillati vacua implentur donec ſigillatum ſigillo vniatur.

12 Homo libero arbitrio decoratus eſt, vt ſi ſuſcepto baptiſmate nullum primæ gratiæ obicē paret maioris meriti efficia

 quam

quam ſi impeccabilis creatus fuiſſet.

13 Homini priori datum fuit adiutorium ſibi ſimile & permiſſum quod de omni ligno paradiſi comederet, excepto ligno ſcientiæ boni & mali.

14 Peccato priori perpetrato & natura humana corrupta mirabile dictu eſt quot remedia præparauit Deus homini, vt ab originali & actualibus peccatis reſurgat.

15 Homo ſi conuertatur ex toto corde ad Deum cum contritione cordis oris confeſsione, & operis ſatisfactione Deus pollicetur ſe non recordaturum iniquitatum eius.

16 Deus, vt conuertatur peccator emittit occultas inſpirationes ſtat ad oſtium hominis pulſans dat propriæ conſcientiæ teſtimonium ſignans lumen vultus ſui ſuper eum.

17 Angelis mandauit Deus vt cuſtodiant nos in omnibus vijs noſtris faciens eos adminiſtratorios ſpiritus ſanctorũ exẽpla proponit qui nunquam a ſeculo Abel iuſti vſque in præſens defuerunt in eccleſia.

18 Apoſtolos dedit quoſdam, alios Euangeliſtas alios paſtores, & Doctores, vt eorum doctrina & exemplis inſtrueremur.

19 Chriſtum dominum quamuis verum Deum quia tamen, & verum hominem poſſumus cum ipſius adiutorio imitari in actibus noſtris.

20 Sanctorum interceſsiones nos adiuuant quas negare eſt negare ſacram ſcripturam.

21 Aduocatum habemus apud Deum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & eius virginem matrem.

22 Teſtimonium amoris (quod nobis Chriſtus oſtendit in paſſione ſua ſacramentorum inſtitutione, & miſsione Spiritus ſancti in Apoſtolos primos Euangelicæ legis prædicatores) contemplandum eſt.

23 Vnici ouilis & paſtoris beneficium nobis donatum non minori deuolutione, quam cætera beneficia Dei conſiderari debet pro fidei tuitione, & catholici gregis conſeruatione.

Caput



# Caput Primum, In quo ad vnitatem hanc facilius perſuadendam, commemorantur aliqua ex pluribus, & immenſis beneficijs, quæ Deus optimus contulit hominibus præſertim Chriſtianis.

EXPLICATVRVS (Chriſtiane Lector) quam grata ſit, & accepta Deo ſanctiſsima huius vnici ouilis, & paſtoris vnitas (de qua nobis agendum eſt in hoc opuſculo: & quam Deus fidelibus ſuis ſub præcepto reliquit). Operæpretium exiſtimaui, noſtri tractatus initio recenſere aliqua ex ijs (quæ Deus optimus humano generi contulit) beneficia, quando multa (nedum omnia quæ infinita ſunt) nequeant hominum ingenijs comprehendi, vt eorum ſaltim quæ enarrare debemus magnitudine pie conſiderata, conſideremus etiam, quam obnoxios ſibi nos habeat diuina clementia: quantaque opera, ſtudio & ſollicitudine debeamus inniti, vt intra huius vnici ouilis ſepta, & ſub vnici huius paſtoris præſidio maneamus immobiles, non ſapientes vltra quam ſapere oporteat, poſtquam illi in ea re gratiſsimum noſtrę ſeruitutis obſequiũ impendemus. Sic Chri- 2
ſtus dominus noſter (cuius actio noſtra eſt inſtru-

ctio) commendaturus hanc vnitatem Ioannis.x.
ante illa verba, alias oues habeo, quæ non ſunt ex
hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnū
ouile, & vnus paſtor (a quibus verbis tractatus
iſte nomen aſſumpſit & titulum) præmiſit aliqua
beneficia, quæ generi humano conferre volebat
dicens, Ego veni, vt vitam habeant, & abundan=
tius habeant, & ego ſum paſtor bonus, bonus pa
ſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, ego co=
gnoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ, vt cō
memoratis ſimilibus beneficijs, nemo ſit tam ex=
pers rationis, qui nō deſideret eſſe de ouibus tam
benefici paſtoris. Vnde non erit extra propoſitū,
ſi Chriſti ordinem & doctrinam ſequētes, & qua
ſi pro præludio operis beneficia iſta receſeamus.

3 Principio ergo meditari nos oportet, Deum
ipſum (qui bonorum noſtrorum non eget Pſal.
xv.) ipſum eſſe, qui fecit nos: & cuius manus nos
plaſmauerunt. Iob.x. & Pſal.xciiij. Ploremus co=
ram domino, qui fecit nos, quia ipſe eſt dominus
Deus noſter, nos autem populus eius & oues pa=
ſcuæ eius, qui non vtcumque, nec ad imaginem
cuiuſcunque, ſed faciamus (inquit) hominem ad
imaginem & ſimilitudinem noſtram Geneſeos.1.
& Eccleſiaſtici.xvij. & Sapien.ij. & Auguſti.libr.
quæſtionum veteris teſta.quæſt. xlv. in capi.hæc
4 Imago.xxxiij.q̄ō.vi. In magnum profecto ſuæ in
nos dilectionis argumentum, ſolent enim ſimilia
ſimilibus gaudere iuxta illud Platonis in Lyſide





ſimile ſimili neceſſario ſemper amicum, & vi. dele
gibus ſinguli ſemper feruntur ad ſibi ſimile, quam
etiam hominis ad Deum ſimilitudinem plures
Ethnici cognouerunt, vt ex Cicerone colligitur
libr. 1. de natura deorum in diſputatione, quam
cotte & velleio inſcripſit, & vt ait Poeta, igneus
eſt illis vigor & cœleſtis origo, relatus a Gloſa in
l. Iuſtiſsime. ff. de edilitio edicto. & in. §. fin. Inſtit.
de iure naturali, & Imperator in .l. ſi quis in metal
lum. C. de pœnis, ait hominem eſſe figuratum ad
imaginem pulchritudinis cœleſtis, & Trimegi=
ſtus, Miraculum (inquit) eſt homo ad ſimilitudi
nem Dei factus. Huius hominis cauſa creauit, &
reliquas creaturas, quibus præeſſet. Geneſ.1. §. par
tus. Inſtit. de rerum diuiſione, & Plinius cap.1. lib.
vij. natural. hiſtoriæ ait, quod cauſa hominis cun=
cta videtur genuiſſe natura, & eſt finis omnium,
teſte Ariſtotele Ethicorum. ij. & dedit ei poteſta=
tem eorum quæ ſunt ſuper terram. Eccleſ.xvij. &
Pſal.viij. gloria & honore coronaſti eum & cōſti
tuiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia
ſubieciſti ſub pedibus eius, & ſuper vniuerſas crea
turas homini contulit principatum. Clemen ſi do
minum. de reliq. & venera. ſanct. & Plinius cap.1.
lib.vij. natural. hiſtoriæ ait, Homo eſt animal cun
ctis imperans: & cæteris animantibus excellens,
& Ariſtoteles libr.1. & .ij. de animalibus ait, nobi=
liſsimum & altiſsimum animal eſt homo, & .1. Po
liticorum, Animal hoc prouidum, ſagax, tutum,

memor, plenum rationis & conſilij, præclara qua
dam conditione generatum eſt, propter iſtud im=
perium ſupra cæteras creaturas factum eſt, vt pri=
mus homo nomina rebus imponeret tanquã do=
minus earum Geneſeos, ij. quam hominis digni=
tatem infideles etiam confitentur. l. iuſtiſsime. ff.
de edilitio edicto. l. in pecudum. ff. de vſuris. l. ij. ff.
de ſtatu hominum. hanc etiam creaturam oſsibus
& neruis compegit membra eidem fabricans, ſen
ſus & organa corpori neceſſaria Iob. x. de quo=
rum membrorum excellẽtia & proprietate viden
dus eſt Cellius libr. 1. & ij. ſuarum antiquarum le=
ctionum, & teſtante Ouidio lib. 1. Metamophor=
ſeos, quem refert gl. in. §. partus. Inſt. de rer. diuiſ.
& in. §. fin. Inſti. de iure natura. in. l. iuſtiſsime. ff. de
edil. edict. & in ſignũ cæleſtis habitationis & æter
næ manſiõis ad quam tendimus & creati ſumus.

7 Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cælumq; videre
Iuſsit, & erectos ad ſidera tollere vultus,
Et Sillius Italicus dicebat,
Nonne vides hominem celſos ad ſidera vultus
Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora?
Cum pecudes, volucrumq; genus, formaq; ferarum
Segnem atque obſcenam paſsim ſtrauiſſet in aluum,

8 Per eum etiam viuimus, mouemur, & ſumus
(ſicut quidam poetarum dixerunt, authore Beato
Paulo in oratione quam ad Athenienſes habuit,
Actuum. xvij. & Auguſtino in capit. non obſer=
uetis. ij. quæſtio. vij. Meditanda eſt etiam proui=
dentia

dentia & ſollicitudo quam de homine Deus pro= 9
fitetur habere, Matth. vi. dico vobis ne ſolliciti ſi=
tis quid manducetis, neque quid induamini, reſpe
cite volatilia cæli quoniam non ſerunt, neque me=
tunt, neque cõgregant in horrea, & pater veſter cæ
leſtis paſcit illa, nonne vos magis pluris eſtis illis?
& de veſtimentis quid ſolliciti eſtis? conſiderate li=
lia agri, quomodo creſcunt & non laborant, ne=
que nent. Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes, quid
manducabimus, aut quid bibemus, aut quo ope=
riemur. Hęc enim omnia gentes inquirunt, ſcit pa
ter veſter: quia his omnibus indigetis. & c. x. eiuſ=
dem Matth. veſtri capilli capitis omnes numerati
ſunt, & ideo Dauid, Pſalmo. xxxix. ego autẽ, Men
dicus ſum & pauper, dominus ſollicitus eſt mei.
& Pſal. xxxiij. cuſtodit dominus omnia oſſa corũ,
vnum ex his non conteretur. Hanc ſibi ſimilẽ crea 10
turam, vltra pulchritudinem & corporis elegan=
tiam dotauit anima rationali, & tribus illis poten=
tijs intellectu, Memoria, & voluntate: quæ quam=
uis in ratione potentiæ tres ſint diſtinctæ, vnum
tamen ſunt in eſſentia videlicet anima, ad ſimilitu=
dinem trinitatis diuinæ, quæ in perſonarum trini=
tate & eſſentiæ vnitate conſiſtit. Ex qua cum Deo 11
ſimilitudine colligi poteſt, quod homo non ſatia=
bitur, donec ei appareat gloria Dei Pſalmo. xvi.
ſicut videmus, quod ſigillati vacua nunquam
implentur, donec ſigillatum ſigillo vniatur, vnde
eleganter Bernardus ſuper Euangelio, Ecce nos

reliquimus omnia &c. dicedat, ad imaginem Dei
facta anima rationalis cæteris omnibus occupari
poteſt, repleri omnino non poteſt, capacem enim
12 Dei quicquid Deo minus eſt non implebit. Hanc
præterea libero arbitrio decorauit relinquẽs eam
in manu conſilij ſui, & apponẽs ei ignem & aquã
Eccleſ. xv. vt ſi bonum eligamus, nullum primæ
gratiæ poſt baptiſma ſuſceptũ parantes obicem,
meritum noſtrum augeatur, & poſtea in cœlo glo
riæ gradus conferatur maioribus cumulis, quam
13 ſi creati impeccabiles bonum operaremur. Hunc
hominem ſtatim quo eum creauit Deus poſuit,
& collocauit in paradiſum voluptatis, dans ei ad=
iutorium ſibi ſimile, & permittens ei ex omni li=
gno quod erat pulchrum quidem viſu, & ſuaue
adueſcendum comedere, excepto ſolo ligno ſciẽ=
tiæ boni & mali. Geneſ. ij. Poſt tranſgreſsionem
autem præcepti huius, in quo primus homo mi=
ſere lapſus eſt calliditate ſerpentis, & fragilitate
mulieris ſibi dilectæ, & in nihillo metuentis ſer=
14 pentem, quam omnis fœmineus ſexus abhorret,
(mirabile dictu eſt) quot remedia & medicamen
torum genera nobis Deus præparauit, vt tam ab
originali peccato (quod natura ipſa cõtrahimus)
quam etiam a delictis actualibus emundaremur.
Nam vt de originalis peccati reparatione, & me=
dicina taceamus (quæ omnibus nota eſt, & loqui
tur tex. Ioannis iij. & in capit. quod autem. & ca=
pit. ex quo. de conſecra. diſtin. iiij.) contemplan=
da eſt



da eſt miſericordia eius, qui iuſtificandi peccato=
ris gratia, & ad delenda crimina actualia pollice=
tũr: ſe non recordaturum amplius peccatorum &
iniquitatum hominis (quamuis multæ ſint) ſi ex
toto corde conuertatur ad dominum, contritio= 15
ne cordis, oris confeſsione, & ſatisfactione operis
concurrentibus, quarum vna deficiente non po=
teſt dici ex toto corde conuerſio, cuius gratia emit
tit quotidie occultas inſpirationes & ſpiritus San 16
cti vocationes internas, vt per Auguſti. ad donati
ſtas Epiſto. clxvi. in Can. quod errauerat xxiij. q.
ſexta. Stat ad oſtium & pulſat, vt dicitur Apocaly
pſis. iij. Signauit ſuper nos lumen vultus ſui. Pſal.
iiij. Dedit propriæ conſcientiæ teſtimonium, de
quo Paulus. ij. ad Corinthios. i. & Auguſtinus ad
ſecundinum Manichęum in capi. ſenti. xi. q. iij. &
Gregor. Epiſt. xiiij. in cap. in cunctis, ad cor pro= 17
prium eſſe recurrẽdum dixit. xi. q. iij. fecit angelos
ſuos adminiſtratorios ſpiritus teſte Paulo ad He=
bræos. i. vt cuſtodiãt nos in omnibus vijs noſtris
&c. Pſal. xc. & Matth. iiij. & eſt glo. in. l. cognitio=
num. verbo, dignitatis. ff. de varijs & extra ordi.
cogni. proponit imitanda ſanctorum exempla, ca
pit. de quibus. xij. diſtinct. qui nunquam a ſeculo 18
Abel iuſti vſque in præſens ſeculum defuerunt,
vt per Gregorium, Homil. xix. ſuper Matthæum.
cõtemplemur etiam fructiferos palmites, quos in
vinea ſuę Eccleſiæ plantauit, alios enim dedit Apo
ſtolos, alios Euangeliſtas, alios paſtores & Docto

ctores,ad Epheſios quarto. & primæ ad Corin=
thios. xij. Et ad Romanos. xij. & capit. primo.
lxxx. diſtinctione. vt eorum quamuis iam in cœ=
19 leſti gloria collocatorum doctrina, ſanctitate, &
exemplis inſtrueremur. Et quia ſi ipſum Chri=
ſtum caput noſtrum(quamuis verum hominem,
quia tamen & verum Deum confitemur) imita=
ri videretur difficile, ſanctorum tamen (qui ſue=
runt homines duntaxat, & ex eadem corrupti=
20 bili materia compoſiti, ſicut & nos) veſtigia ſe=
queremur. His adde interceſsiones ſanctorum,
qui pro nobis Dominum deprecantur, quicquid
garrulent hæretici huius temporis, Cum contra
eos ad ſint variæ auctoritates ex teſtamento Ve=
teri & nouo, nam Hieremiæ.xv. Dicit dominus,
Si ſteterint coram me Moyſes, & Samuel, non
eſt anima mea ad populum iſtum, & Iacob Ge=
neſeos xxviij. dixit, & inuocetur nomen meum
ſuper eos, & nomina patrum meorum Abra=
ham & Iſaac,& Pſalm. xxxi. Pro hac orabit ad te
omnis ſanctus in tempore opportuno.Et Apoca
lyp. v. quod ſeniores illi habebant phialas aureas
plenas adoramentorum, quæ ſunt orationes ſan
ctorum, & Apocalypſis. viij. dicitur, quod da=
ta ſint illi angelo incenſa multa, vt daret de ora=
tionibus ſanctorum, & ita negare interceſsiones
ſanctorum eſſet negare ſacram ſcripturã,ſed quid
21 in hoc immoror? nonne pinguius nobis contulit
beneficium teſte Ioan.c. ij. primæ ſue Canonicæ,
vbi



vbi aduocatũ(inquit)habemus apud patrem do=
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſi quis pecca=
uerit? & ad Roma. viij.Chriſtus interpellat pro
nobis,& ad Hebræos.vij.Virginem etiam matrẽ
nobis contulit aduocatam, vt canit eccleſia,Eia er
go aduocata noſtra &c. Accedit etiam, quod nec
tentari nos patitur vltra quam reſiſtere valeamus
teſte Paulo, & ſic in magnam noſtri cõfuſionem
vincimur,quando vincimur et peccamus.

Contemplemur præterea ſtupendum illud di= 22
uini in nos amoris teſtimonium. Pro ſalute enim
noſtra miſit Deus filium ſuum factum ſub lege,
vt noſtram naturã aſſumeret,triginta et tribus an
nis videretur in terris,et cum hominibus conuer=
ſaretur.Ex quibus tres vltimos prædicando, do=
cendo, infirmitates etiam inimicorum ſuorum cu
rando et animas a peccatis conuertẽdo tranſegit,
et tandem pro redemptione mundi mortem ſu=
bijt acerbiſsimam,diuina illa in remiſsionem pec=
catorum inſtituit ſacramenta promittẽs ſe nobiſ=
cum futurum vſque ad conſummationem ſeculi
Matth. vltim. Et de cœlo ad fideles ſuos paracle=
tum Spiritum ſanctum emiſit, vt ejus gratia con=
firmati primi legis Euangelicæ prædicatores et pa
tres noſtri annunciarent nobis beatam ſpem, et
viam ſalutis æternæ, quam præparauit Deus dili=
gentibus ſe, et de qua non poſſunt fragiles homi=
nes loqui perfecte, nec ſentire, ſed tantum per fi=
dem et bona opera fruitionem eius negotiari fa=
uente

uente gratia Dei.

Poſtremo vero vltra beneficia relata, & alia innumera quæ per nos miſeros peccatores (tanta eſt illorum copia & immenſitas) nequeunt explicari, non minori deuotione conſiderandum eſt donum hoc inæſtimabile vnici ouilis & paſtoris, a quo miſeri hæretici, eorum ſuperbia intumeſcente receſſerunt.

Voluit enim Chriſtus Ieſus Dominus noſter rediturus ad patrem pro ſalute omniũ, pro Chriſtianæ fidei propagatione, pro vera Euangelicæ veritatis intelligentia, pro ſæpe tutiſsimo ſuæ vineæ, pro vallo & aggere ſuæ Dauidicę turris, pro muro ſuæ ciuitatis & cuſtodia, pro ſecuriſsima huius ſacræ nauis anchora, pro petra firma & ſolido fundamento ſancti huius edificij, pro ſui denique gregis conſeruatiõe, voluit inquam, vt fieret vnũ ouile & vnus paſtor Ioannis. x. vnum inquam, intra quod oues eius ſe reciperent, & per paſtorem iſtum vnicum a truculenta luporum rabie defenderentur.

Ex Capite ſequenti.

SVMMARIVM.

1 Calicem ſalutaris accipere & nomen domini inuocare ad retribuendum Deo pro omnibus quæ retribuit nobis nemo poteſt niſi hanc vnitatem obſeruet.

2 Calix iſte vnus de quo omnes teſte Paulo participamus omnem



nem prorſus indicat vnitatem ſicut vinũ quod antea erat in multis racemis & modo vnum eſt.

3 Homo non eſt particeps corporis, & ſanguinis Chriſti niſi prius efficiatur in baptiſmate membrum Chriſti, & viuat in vnitate corporis Chriſti.

4 Sacramentum corporis & ſanguini Chriſti ſignum eſt pietatis & vnitatis quia tanta eſt eccleſiæ vnitas in Chriſto, vt vnus vbique ſit calix ſanguinis & corporis eius.

5 Calix iſte vnitatis nos debet inebriare, vt in habitemus in domo domini in longitudinem dierum.

6 Vnitatem eccleſiæ qui non tenet hoſtis eſt & prophanus, nec pro ſunt ei orationes ſuæ nec paſsio etiam pro Chriſti nomine ſuſcepta vide hic multa ſanctorum elegantia teſtimonia contra eos qui ab hac vnitate ſegregantur,

7 Exordium noſtræ retributionis ad Deum eſt vnitas eccleſię & permanſio conſtans ſubiecta Chriſto paſtori primitiuo & Romano Pontifici vicario eius.

## Caput Secundum, In quo oſtenditur nihil gratum & acceptum poſſe hominem retribuere Deo, a quo tot beneficia ſuſcepit, ſi extra hanc vnitatem diuagetur.

EX HIS ET PLVRIbus alijs diuinæ bonitatis beneficijs (quorum numerus infinitus tacere nos cogit) aperτiſsime conſtat, quam ſibi obnoxios nos habeat diuina clementia. Oportet ergo ſi ingratitudinis omnium aliarum in gratitudinum iniquiſsime notam euitare voluerimus, vt alternatim

tim nos ipſos interrogemus dicentes cum Regio propheta Pſal. cxv. Quid ergo retribuam domi=no pro omnibus quæ retribuit mihi? Retributio=nes enim eius immenſæ ſunt & in æſtimabiles, de quibus dicitur Pſalm. cij. Benedic anima mea do=mino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. quæ ergo poterit eſſe retributio noſtra, qui nulla propria virtute ſubſiſtimus, qui nihil ex nobis ip=ſis præſtare poſſumus, nec cogitare quaſi ex no=bis. Sed ſufficientia noſtra ex Deo eſt Pauli. ij. ad Corinth. iij? & ſi aliquid ei preſtare nos permiſit, ipſe eſt qui dedit nobis iſtud poſſe præſtare. Quid ergo retribuam domino pro omnibus, quæ retri buit mihi? Ad hoc regius Propheta eodem Pſal=mo cxv. & incontinenti reſpondet, calicem ſaluta=
3 ris accipiam, & nomen domini inuocabo. Qui enim hanc vnitatem obſeruat, non qui extra eam eſt poterit dicere, calicem ſalutaris accipiam, & no men domini inuocabo, dicente Paulo. 1. ad Co=rinth. x. omnes quidem de vno calice participa=mus, & Auguſtino ad cathecumenos in cap. quia paſſus. de conſecra. diſt. ij. vbi ait eleganter, Calix iſte indicat vnitatem, ſicut vinum, quod in mul=tis razemis fuit, & modo vnum eſt in ſua natiui=tate, calix poſt præſſurum torcularis, & vos in no mine Chriſti iam tanquam ad calicem veniſtis, & ibi in menſa & in calice nobis cum eſtis, ſimul enim hoc ſumimus, ſimul bibimus, quia ſimul vi=uimus, & in ſermone de infantibus ibidem rela=tus

tus



tus dicit ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Nos ad ſe pertinere voluit, myſterium pacis, & vnita=tis noſtræ in menſa conſecrauit, qui accipit myſte rium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non myſterium accipit pro ſe, ſed contra ſe. Nulli eſt aliquatenus dubitandum vnumquẽque fidelium corporis & ſanguinis Domini tunc eſſe partici=pem, quando in baptiſmate membrum efficitur Chriſti, nec alienari ab illius panis caliciſque con=ſortio, etiam ſi antequam panem illum comedat, calicemque bibat de hoc ſeculo migrauerit in vni tate corporis Chriſti conſtitutus. Sacramẽti quip pe illius participatione, ac beneficio non priuabi=tur, quando in ſe hoc (quod illud ſacramentum ſi gnificat) inuenitur, & idem Auguſtinus loquen=
do de ſacramento corporis & ſanguinis Domini 4
in hoſtia & calice exiſtenti dicit in cap. hoc ſacra=mentum de conſecra. diſt. ij. tracta. xxvi. ad caput v. Ioan. pietatis ſignum eſt & vnitatis. & Auguſt. in capi. ipſa pietas. xxxiiij. quæſtio. iiij. ait conui=uium Chriſti eſt vnitas corporis Chriſti non ſo=lum in ſacramento altaris, ſed in vinculo pacis, & Leo Papa in homilia ad xij. caput Ioannis, ait om nes differẽtias hoſtiarum vna corporis & ſangui=nis Chriſti implet oblatio, vt ſicut vnum eſt pro omni victima ſacrificium, ita vnum de omni gen te ſit regnum. & B. Grego. Papa in homil. paſcha li, alias. xxij. Euangel. c. quid ſit ſanguis. de conſec. diſt. ij. inquit tanta eſt eccleſiæ vnitas in Chriſto,

vt vnus

vt vnus vbique ſit panis, & vnus ſit calix ſangui-
nis eius. Iſte calix Domini (qui omnem prorſus
indicat vnitatem) nos debet inebriare iuxta illud
Pſal. xxij. Calix domini inebriãs quam præclarus
eſt, & miſericordia tua ſubſequetur me omnibus
5 diebus vitæ meæ. Et vt inhabitem in domo Do-
mini in longitudinem dierum. Fundamentum er-
go & ianua eorum quæ Deo retribui poſſunt, &
offerri, eſt vnitas calicis iſtius & ouilis autore Ci-
priano in ca. alienus eſt. xxiiij. q. 1. tracta. iij. de ſim
6 plicitate prælatorũ. hoſtis eſt, prophanus eſt, qui
non tenet vnitatem vniuerſalis eccleſiæ, & non tri
buit Deus multitudini, ſed vnitati deprecantium,
nec poteſt cum aliquo conuenire, qui cum corpo
re eccleſiæ & vniuerſa fraternitate non conuenit,
& ſicut ab arbore fractus ramus germinare fru-
ctus non poterit. Et ſicut riuus a fonte præſciſſus
areſcit, ſic etiam erit, qui ab eccleſiæ vnitate diui-
ſus fuerit, vt per eundem Ciprianum in cap. loqui
tur. xxiiij. quæſt. 1. eodem tracta. & teſtante Augu
ſtino in ca. nihil. xi. quæſt. iij. tract. xxvij. ad caput
vi. Ioannis. nihil ſic debet formidare Chriſtianus,
quam ſeparari a corpore Chriſti, quod eſt eccle-
ſia, ſi enim ſeparatur a corpore Chriſti, non eſt
membrum eius, & ſi non eſt membrum eius, nõ
vegetatur ſpiritu eius. Et idem Auguſtinus in ca-
pi. teneamus. prima quæſt. 1. tract. xiij. ſuper Ioan.
teneamus inquit fratres mei eccleſiæ vnitatẽ præ-
ter vnitatem etiam qui facit miraculum nihil eſt,
præter

præter vnitatem erant magi Pharaonis, et facie-
bant ſimilia Moyſi: et Simon Magus etiam fecit
multa, et tamen non erat in vnitate. Et idem Au-
guſtinus ad Petrum diaconum capit. xxvij. dice-
bat in capit. firmiſsime. 1. quæſt. 1. firmiter tene, et
nullatenus dubites, extra eccleſiam baptizatos (ſi
ad eccleſiã non redierint) baptiſmo cumulare per
niciem, tantũ enim valet eccleſiaſticæ ſocietatis cõ
munio ad ſalutem, vt baptiſmo non ſaluetur, cũ
ibi non datur, vbi oportet vt detur, & Pelagius
Papa in cap. pudenda. xxiiij. q. 1. ait, qui eſt ab vni
tate diuiſus Epiſcopus, nec conſecrat, nec conſe-
cratur dicente hoc ipſomet nomine conſecrare,
quod tamen intellige, vt declarat Archidiaconus
in cap. ſchiſma. xxiiij. quæſt. 1. quãtum ad ſeipſum
non conſecrat, quia ſibi non prodeſt, ſed quan-
tum ad Sacramentum, verum eſt ibi ſacramentũ,
et ita intelligenda ſunt verba illius tex. in capi. pu-
denda non conſecrat quoad ſe ſcilicet, dicente no
mine conſecrare, quod eſt ſimul ſacrare, et ab ec-
cleſiæ viſceribus diuiſus ſibi execrat potius, & nõ
conſecrat, et iure execratus poterit dici, quem ſi-
mul ſacrare in vnitate nõ agnoſcit eccleſia, et Gre
gorius in cap. quia lib. vi. moralium cap. xxxv. Et
Hieronymus in capi. quoniam. xxiiij. quæſt. 1. ad
Damaſum dicebant, quod ſicut inuenti extra ar-
cham Noe perierunt regnãte diluuio ſic peribũt,
qui fuerint extra eccleſiam, vnde Auguſtinus in
cap. multæ. 1. quæſt. 1. libr. iij. de baptiſmo ca. xviij.

declarando illud Pauli primæ ad Corinthios. xij. Omnia autem hæc operatur vnus & idem Spiritus dicebat, Charitas (quæ operit multitudinem peccatorum) donum proprium eſt catholicæ vnitatis & pacis, nec eſt in omnibus donũ eius, quia nec omnes ſunt eius, & idem in cap. remiſsionẽ. 1. q. 1. lib. iij. de bapt. cap. xviij. dicebat, Foris id eſt extra vnitatem eccleſiæ, vt ibi glo. exponit nec ligari, nec abſolui quis poteſt, ad quod facit illud Pauli primæ ad Corinthios. v. de his qui foris ſunt nihil ad nos tranſumptiue in cap. gaudemus. de diuortijs. & in capi. multi. ij. quæſt. 1. adeo quod nec cum iſtis (qui foris ſunt) permittit Paulus in illo capi. vel cibum ſumere, quia eccleſiã non audiens habendus eſt, vt Ethnicus & publicanus Matthæi. xviij. & Beda ſuper Matthæum in cap. quicunque. xxiiij. quæſtio. 1. ait quicunque ab vnitate fidei ſe ſegregauerint, tales nec poſſunt a vinculis peccatorum abſolui, nec ianuam ingredi regni cæleſtis, quibus nec proderit dicere, quod eundẽ Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum (quem nos veneramur) adorant, quoniã choræ Datan, & Abyron eundẽ nouerant Deũ, quem Moyſes, ſed quia diuiſi fuerũt ab vnitate, viui etiã fuerũt in terra deglutiti, & Ciprianus in. c. neque ad Cayn. xc. diſt. tracta. iij. de ſimpl. prælato. dixit, Hi qui extra Chriſti eccleſiã colliguntur, tales etiã ſi occiſi in cõfeſsione nominis Chriſti fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur, neque paſsione purgatur. Iſtũ ergo



ergo calicem præclarum, & inebriantem nos ad hanc vnitatem accipere debemus, vt ſic offeratur domino aliquid, quod poſsit retribui pro omnibus quæ retribuit nobis, poſtquam autore Cipriano, vnitati deprecantium potius quam multitudini tribuit Deus, Iſte eſt calix vnitatis in manu domini vini meri plenus mixto Pſalmo lxxiiij. quia (vt infra dicemus) quantum ad dominum (qui ſcrutator eſt cordium) & in manu eius (cui ſoli reſeruatum eſt ſcire quis amore dignus ſit aut quis gratiam conſeruet) vinum merum eſt in iſto calice vnitatis, ſed tamen quo ad noſtram fragilitatem calix iſtæ plenus eſt mixto, & de quo bibunt peccatores terræ, donec in die iudicij fex eius ſit exinanita. Eccleſia enim iſta conſtat ex iuſtis ſimul & iniuſtis dummodo fidem catholicam Chriſtianorum credant & venerentur, quia peccatores rite baptizati ſi fidem non perdiderunt, vt hæretici 7
intra eccleſiam conſtituti ſunt, vt infra latius explicabimus, Exordium ergo & noſtræ gratitudinis, & retributionis ad Deum, debet eſſe vnitas calicis huius, & permanſio conſtans in hoc ouili, quam conſeruabimus ſubijcientes nos Chriſto Ieſu paſtori principali huius ouilis & capiti primitiuo eccleſia noſtræ, necnon, & vicario eius ſanctiſsimo Romano Pontifici & ſucceſſori legitimo beati Petri Apoſtolorũ principis, recipiẽtes, quod in eccleſia receptum inuenimus, & omnes nouitatũ inuentores, vt peſtem fugientes, qui noua ſibi con

 fingunt

fingunt capita, ſectas perditionis imaginantes, dominationem & obedientiam contemnentes, ſacræ ſcripturæ ſententias a ſanctis patribus interpretatas & receptas per millæ annos & vltra nunc peruertentes, magiſtros errorū ſuis auribus pruriētes et ad ſua deſideria coaceruantes, carnalibus deſiderijs pro ſua libidine ſeruiētes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obediētes ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace criminatores, incontinentes, immites, proditores, proterui, tumidi, voluptatū amatores magis quam Dei, habētes denique ſpeciē pietatis, virtutē autem eius abnegātes, ſemper diſcentes & nunquā ad ſcientiam veritatis perueniētes. Non ſic qui intra huius vnici ouilis et paſtoris vnitatem cōſtituimur. Captiuamus enim intellectum in obſequium fidei & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, nolentes ſapere pluſquam oporteat ſapere, humilitatem & obedientiā profitentes, ſublimioribus poteſtatibus corda noſtra ſubijcientes, & denique obſeruantes, quod ſancta Romana eccleſia vt genitrix noſtra præceperit obſeruandū.

Ex Capite ſequenti.

SVMMARIVM.

1 Chriſtus frequentiſsime vſus eſt parabola hac de ouibus paſtore & ouili.

2 Ouile ouium ſignificat eccleſiam Dei nam quemadmodum oues ſe habent in ouili ſic parabolice fideles ſe debent habere in eccleſia Dei.

3 Epiſco-



3 Epiſcopi baculus qui in pontificalibus habetur ad normam baculi paſtoralis eſt confectus vide ibi cauſam.

4 Epiſcopi & paſtoris officium in quo conſiſtat.

5 Chriſtus quare ſub parabola ouium eccleſiam Petro cōmendauerit in vltimis verbis quibus cum diſcipulis loquutus fuit magis quam ſub alia.

6 Petrus quare fuit de amore erga Chriſtū examinatus priuſquam paſtura ouium Chriſti ſibi decerneretur.

7 Paſtor eccleſiæ quando eligitur licet debeat examinari de amore erga Chriſtum non tamen propterea, quod paſtor deficiat debemus ei obedientiam denegare.

8 Oues ſicut paſtori ſuo quicunque ille ſit debent obedire ita & nos paſtoribus noſtris obediētiam ouilem exhibere debemus non curantes quid illi faciant ſi male faciunt.

## Caput Tertium, In quo explicatur per ouile ouium ſignificari eccleſiam Dei & vnde parabola hæc ad eccleſiam relata ſit.

INTER CAETERAS
parabolas (in quibus Chri=
ſtus Dominus noſter aperuit
os ſuum loquens propoſitio= 1
nes ab initio Pſalm. lxxvij. fre
quētiſsima eſt hæc de ouibus
paſtore, & ouili præſertim
Ioannis cap. x. intelligendo per oues Chriſti fide=
les, per paſtorem præpoſitum & pontificem eo=
rum, & per ouile (quod ſignificat locum in quo
oues morari ſolent, ſeu ad quem ſe recipiunt) ec=
cleſiam Dei, Nam in illo capit. x. Ioannis in tribus 2
partibus nominatur ouile, Primo dum dicitur,

 Amen

Amen Amen dico vobis, qui non intrat per o=
ſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde fur eſt
& latro, & paulo inferius, alias oues habeo, quæ
non ſunt ex hoc ouili, & illas me oportet adduce=
re, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor, Nam de oui
bus & paſtore, quaſi tertio quoque verbo ſit men
tio in toto illo capite.x.Ioannis, & Pſalmo xciiij.
& nos populus paſcue eius, & oues manus eius.
Et Matth. xx. de ſe ipſo dixit, Percutiam paſto=
rem, & diſpergentur oues, & Matthæi. xi. Non
ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſ=
rael, & Matthæi. xxv. & ſtatuat oues a dextris,
&c. vide Hieremiæ xxiij. & Ezechielis xxxiiij. vbi
ad finem dicit dominus, Vos autem greges pa=
ſcuæ meæ. homines eſtis, & ego dominus Deus
veſter, plena eſt ſacraſcriptura autoritatibus de
hac ouium & paſtoris parabola loquẽtibus, quod
autem per ouile Eccleſiam vniuerſalem dominus
intellexit in illo capite Ioannis. x. declarat Augu=
ſtinus in capit. quod errauerat. xxiij. quæſtione
quarta. vbi ad donatum ſic ait, Et vos oues Chri
ſti eſtis, ſed erratis & peritis, non ideo vobis diſpli
ceamus, quia reuocamus errãtes & querimus per=
ditos, Melius enim voluntatem Domini facimus.
Si vos ad ouile dominicum redire cogamus. &
Micheæ. ij. dicitur, pariter ponam illum quaſi gre
gem in ouili, & quaſi pecus in medio caularum, &
Abachuc. iij. abſcindetur de ouili pecus, & non
erit armentum in præſepibus, & Cyprianus ad
Quin=



Quintinum, de hæreticis dicebat, ſi hereticus poſt
modum peccato ſuo cognito, & errore digeſto,
ad veritatem redeat, ſatis ſit in pœnitentiam ma=
num imponere, vt quia ouis iam fuerat, hanc o=
uem abalienatam, & errabundam in ouile ſuum
paſtor recipiat, & in hymno Petri dicitur cuſtos
ouilis, doctor orbis pariter, &c. Et nota termi=
num hunc, ouile, nam dicitur proprie locus, ad
quem oues ſe recipiunt, vt per Liuium libr. ſexto.
de bello punico, ibi datum ſecreto tempus cum
his alloquendi in ouile, oues enim ibi pariunt fœ=
tus ſuos, ibi tondentur, curantur a morbis per pa=
ſtores, ibidem a truculenta Luporum rabie de=
fenduntur, errantes per diuerſa loca illuc redeunt,
in vnum congregatæ ſeruantur, inde exeunt ad
prata ſibi cõſtituta & a paſtore ſignata, & ſi tranſ=
grediantur prata illa & terminos conſtitutos, ba=
culo curuo a paſtoribus retrahuntur, & quando=
que cuſpide baculi punguntur, ad cuius normam 3
& ſimilitudinem videmus factos eſſe baculos, qui
bus Epi̅ in Pontificalibus vtuntur, & de quibus
dicebat ille, curua trahit, quos recta regit, pars
vltima pungit. Epiſcopus enim, qui paſtoris ty=
pum tenet, regit oues parte recta, curua autem ad
caulas, & ouile reducit errantes, & delinquentes,
ac obſtinate reſiſtentes parte vltima, hoc eſt cu=
ſpide pungit, & paſtor qui aliter paſcit gregem 4
ſuum reprehenditur a domino per Ezechielem
capit. trigeſimoquarto, dicentem, Væ paſtoribus

 Iſrael,

Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges à
paſtoribus paſcuntur, lac comedebatis, & lanis
operiebamini, & quod craſſum erat occideba-
tis. Gregem autem meum non paſcebatis, quod
infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod egro-
tum non ſanaſtis, quod confractum eſt non alli-
gaſtis, quod perierat non quæſiſtis, ſed cum au-
ſteritate imperabatis & cum potentia. Vide obſe-
cro, totum illud caput xxxiiij. Ezechielis, vbi de
paſtoribus ouibus & locis in quibus paſcere & ac
cubare debent greges copioſe tractatur in figurã
eccleſiæ noſtræ. Et etiam Hieremiæ xxiiij. quam-
uis non tam late, vide Gregorium paſtorem San
ctum Eccleſiæ in ſuo paſtorali, & in Homilia ſu-
per Euangelio, Ego ſum paſtor bonus, vbi elegã-
ter ponderat quod qui non ex accidenti dono, ſed
eſſentialiter bonus eſt, dicit, Ego ſum paſtor bo-
nus, bonus paſtor animam ſuam ponit pro oui-
bus ſuis, quibus verbis oſtenſa nobis eſt de contẽ
ptu mortis via, quam ſequamur, appoſita eſt for-
ma cui imprimamur, primum nobis eſt exteriora
noſtra miſericorditer ouibus eius impendere, po-
ſtremum vero, ſi neceſſe eſt etiam pro eiſdem oui
bus miniſtrare vitam noſtram: a primo autẽ hoc
minimo peruenitur ad poſtremum maius. Et pau
lo inferius non paſtor, ſed mercenarius vocatur,
qui non pro amore intimo oues dominicas, ſed
ad temporales mercedes paſcit, mercenarius quip
pe eſt, qui locum paſtoris tenet, ſed lucra animarũ
non



non quærit, terrenis cõmodis inhiat, honore præ
lationis gaudet, temporalibus lucris paſcitur, im-
penſa ſibi ab omnibus reuerentia lætatur, vide ob
ſecro Homiliam illam neque enim tantos mente
furores concipio, vt paſtoribus & Epiſcopis ſan-
ctis homo peccator, & ſubditus illorum audeam
prædicare, ſed vt ad inſtitutum redeamus, ponde
remus obſecro, quam pleno ore Chriſtus ſe paſto
rem ouium appellauerit dicens, Ego ſum paſtor
bonus, & paulo inferius, alias oues habeo, quæ
non ſunt ex hoc ouili, & illas quaſi laborando o-
portet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus
paſtor ex quibus omnibus intelligemus, quod
Chriſtus Seruator noſter profecturus ad patrem
vltima verba quæ protulit in ſuorum fidelium, &
Eccleſiæ ſanctæ commendationem ad hanc para-
bolam de ouibus (qua nulla eſt proprior Eccleſiæ
militanti) voluit referre non vineæ appellatione
vſus eſt ſicut antea, non ſagenæ miſſæ in mare ex 5
omni genere piſcium congregantis, non cœnæ,
aut conuiuij, nec alterius cuiuſcunque parabolæ ſi
gnificationem accepit, non etiam regnum cœlo-
rum vocabulum ſane dulciſsimum, & quod mul-
totiens ad Eccleſiam hanc militantem retulerat di
xit. Sed Simon Ioannis, Paſce oues meas, paſce
agnos meos, idque non ſemel aut bis, ſed ter & tri
na prius interrogatione præmiſſa, & trina etiam
Petri reſponſione expectata, num diligeret Chri-
ſtum Petrus plus cæteris Apoſtolis, in quibus

verbis contemplari debemus cum Auguſtino ibi quod redditur negationi trinæ trina confeſsio, ne minus amori lingua ſeruiat quã timori, & ſit amoris officium paſcere gregem, ſi fuit timoris negare paſtorem, & Chryſoſtomus ibidem dicit, quod per illa verba Chriſtus Petro contulit præpoſituram dicens loco mei præpoſitus eſto & caput fratuum tuorum omnium, licet enim nõ dixerit omnes oues, tamen vt ait Bernardus lib. iiij. ad Eugenium, non deſignaſſe aliquas, eſt deſignaſſe omnes. Contemplari etiam oportet, vt ſatagamus magis eſſe de ouibus quam de hedis illis collocandis a ſiniſtris. Meditari, inquam, nos oportet, quanta ſollicitudine ſtudio & repetitione, ille, qui omnia nouerat, & qui amorem de quo interrogauit melius intelligebat, quam is, cuius reſponſionem expectabat. Sic enim & Petrus replicabat, Domine tu omnia noſtri, tu ſcis quia amo te. Illæ denique voluit de amore erga eum, propter amorẽ, quem ipſe ad oues habebat prius Petrum (quem pro ſe relinquebat paſtorem iſtarum ouium) examinare, & tam enixe, ac intenſe, ne dicam importune, vt ipſemet, qui de iſto amore examinabatur Petrus contriſtaretur, quaſi dicens, Domine non eſt meũ, qui corda aliorũ ignoro, iudicare, ſi te amo plus his, quod meum eſt hoc tibi reſpõdeo, quod & tu melius ſcis quam ego, nempe quia amo te, & hoc iam ſemel & bis reſpondi, & propterea contriſtor de tertia interrogatione, & nihil aliud reſpondebo, ſi de hoc ſeptuagies ſepties interroges 6
me, tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te. Hæ duæ propoſitiones præmiſſæ veriſsimæ ſunt, & quod tu omnia noſti, & quod tu ſcis quia amo te, quod amplius a me petis, ſi te amo, plus his, tu ſolus & non alius ſcire inferre, & concludere debes ſcrutans Deus corda & renes omnium, Magnum ergo profecto & riguroſum examen Petrus, cui Ecclesia commendabatur) ſubijt, ſed in magnum & euidens teſtimoniũ amoris Chriſti ad oues, quas non vt oues cuiuſvis, ſed paſce inquit oues meas paſce agnos meos, & non cuicunque cõmiſit, ſed ei qui Chriſtum diligeret plus cæteris omnibus, nec quandocunque, nec vtcunque, ſed in poſtrema hora (quod vltimum vale appellare ſolemus) quando amicus longe profecturus amico grauiora negotia, & rem ſibi dilectiſsimam multa verborum ex aggeratione commendat, nec relinquit oues ſuas paſtori crudeli & auſtero, ſed ei qui ad vocẽ ancillæ defecerat, vt in ſua culpa diſceret, qualiter aliorum miſereri debuiſſet, & ex propria infirmitate cognoſceret, quam miſericorditer alienas infirmitates tolerare deberet, vt eleganter aduertit beatus Gregorius in capit. conſiderandum. quinquageſima diſt. Homilia xxi. Euangeliorũ. Et iſto
exemplo etiam intelligimus & nos, quod quãuis 7
oporteat in electione paſtoris de ſanctitate, vita moribus, & denique de amore eius ad Chriſtum inquirere, ſicut & Chriſtus Petrum ad eligendi, & eli-

& eligere debentium inſtructionem examinauit,
quia tamen nullum hominem fecit impeccabilem
(de ſolo enim Chriſto dictum eſt, qui peccatum
non fecit, nec inuentus in dolus in ore eius Iſaiæ
liij.) non propterea, quod deficiant, & peccent
miniſtri Chriſti & præpoſiti noſtri, debemus eis
obedientiam denegare, ſed vt oues manſuetæ, &
benignæ eiſdem obtemperemus facientes quæ-
cunque nobis dixerint, non facientes quæ faciũt,
ſi male faciunt, vt infra latius explicabitur ſicut o-
ues, quæ paſtori ſuo, quicunq; ille ſit, ſe ſubijciũt.
8 Neque enim eſt noſtrum inquirere an paſtor no
bis conſtitutus ſit in gratia necne, cum id ſoli Deo
reſeruetur etiam de vno quoque noſtrum, nec cen
ſuram paſtoris noſtri, ſed obedientiam ei præſtan
dam nobis dominus commendauit, vnde Paulus
ad Hebræos vltim. dicebat, obedite præpoſitis ve
ſtris, ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant quaſi ra-
tionem pro animabus veſtris reddituri, vt cũ gau
dio hoc faciant & non gementes, hoc enim non
expedit vobis, & Chriſtus Matth. xxiij. loquens
ad populum de Phariſæis, qui ſedebant ſuper ca-
thedram Moyſi dixit. Omnia quæcunque vobis
dixerint facite ſecundum opera eorum nolite face
re. Ad commendandam ergo hanc ouilem obe-
diẽtiam quæ nobis tam neceſſaria eſt vſus fuit pa
rabola ouium in vltima hora potiuſquã alia. Vn-
de Baſilius capi. xxiij. de conſtitutionibus mona-
ſticis, dicebat, Monachis ſuper illis verbis Chri-
ſti ad



ſti ad Petrum, paſce oues meas paſce agnos meos
quemadmodum paſtori ſuo oues obtemperant,
& viam (quamcunque ille vult) ingrediuntur ſic
qui ex Deo pietatis cultores ſunt moderatoribus
ſuis obſequi debent, nihil curioſius eorũ iuſſa per
ſcrutantes. Et ſumma obedientia, ac manſuetudo
Chriſti per ouium & agnorũ parabolam, ſeu obe
dientiam declaratur Iſaiæ. liij. tanquam ouis ad oc
ciſionem ductus eſt, & tanquam agnus coram
tondente ſe obmuteſcet. Merito ergo fideliũ con
uocatio & obedientia per ouium parabolam ex-
plicatur de quibus dicebat AElianus libr. vi. capi.
xxxv. de hiſtor. animal. quod oues omnium qua-
drupedum mitiſſimæ ſunt & faciliores ad paren-
dum etenim ad verba paſtoribus obediunt & ca-
nibus obtemperant, & luporum inſidijs minus
oues patent, quod non ita ſeparatim a b alijs ſegre
gantur, & teſte Alberto ibi relato per AElianum
oues ſe inuicem amant & vna cõdolet alteri nam
ſana ſi alteram videt imbecillam pro ea ſoli ſe obij
cit & vmbram ei obtendit quæ omnia rationales
homines præſertim Chriſtiani, ſi attenderemus
charitas fraternitatis manſuetudo & debita paſto
ribus obedientia firmius in nobis conſeruarẽtur.

Ex Capite ſequenti.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia varijs modis accipi ſolet.
2 Eccleſia græca vox eſt quæ latine ſonat conuocatio, ſeu mul
titudo in vnam ſocietatem conuocata.

3 Eccleſia

3 Eccleſia & in malam es in bonam partem ſecundum generi-
cam ſignificationem accipi poteſt.

4 Eccleſia in bonam partem aſſumpta duplex eſt triumphans
& militans.

5 Eccleſia militans quæ eſt fidelium collectio, ſemper fuit in
mundo, ſed in lege veteri ſinagoga vocabatur ſuorum fide
lium congregatio.

6 Chriſtus ſuorum fidelium collectionem quare eccleſiam, &
non ſinagogam prout in lege veteri voluit appellari.

7 Cōuocari eſt hominū congregari vero eſt pecorū terrenorū.

8 Deus in lege veteri hominibus terrena, vt plurimum pro-
mittebat.

9 Chriſtus in lege gratiæ cæleſtia pollicetur ſuæ legis obſerua
toribus in cuius ſignum tribus apoſtolis in transfiguratio
ne gloriam ſuam manifeſtauit.

10 Hebræi, vt plurimum rudes literam, & nō ſpiritū ſequūtur.

11 Sacramenta legis Euangelicæ in ſanguine mediatoris Dei &
hominum Chriſti Ieſu veri Dei & veri hominis offerūtur.

12 Sacrificia legis veteris in ſanguine hircorum & aliorum ani-
malium offerebantur.

13 Eccleſia iſta miſerans nunquam claudit gremium redeunti
ad ſe eſt enim plena miſericordiæ ſicut ſponſus eius, & in
miſerationibus domini in ſpem habet, & qui intra eam
ſunt alter alterius commiſereri debent ſi ſaluari cupiunt.

# Caput Quartum, De proprietate vocabuli huius Eccleſiæ per ouile ſignificatæ.

CVM IGITVR PER O=
1 uile, ouium parabolice ſignificetur
eccleſia, & cœtus fidelium (vt in præ
cedenti capite dictū fuit) operæpre=
tium erit nunc diligentius inueſtiga
re, quid vocabulum, hoc eccleſia denotet, quo fre
quen=



quentiſsime vtimur Chriſtiani in lege noua, cum
in veteri lege id quod nos eccleſiam vocamus, ſy=
nagoga dicebatur. Præmittendum eſt ergo; ꝙ
licet terminus iſte eccleſia varijs modis accipi ſo=
leat, quos refert Gloſ. notab. in cap. querelam. ver
bo, Eccleſiam ne prælati vices ſuas. & Ioannes de
Selua in tracta. de beneficio. in. ij. q. 1. partis. tamen 2
quoad propoſitum noſtrū, eccleſia græca vox eſt,
quæ vt dicebat Hugo relatus a Sylueſtro in ſum=
ma ſua, verb. Eccleſia. 1. latine ſonat cōuocatio, ſeu
miſerans. eſt ergo ſecundum primam acceptionē
& genericam multitudo conueniens & conciliata 3
in vnam aliquam ſocietatem, & ita iuxta generalē
iſtam acceptionem poteſt dari mali eccleſia, & bo
na eccleſia, de mala eccleſia dicebat Dauid Pſalm.
xxv. Odiui eccleſiam malignantium, id eſt in qua
ſoli malignantes reperiuntur, vt infideles, qui nun
quam Deum verum cognouerūt, & hæretici qui
a fide apoſtatarunt. De hac tanquam maligna & 4
peſtifera nihil ad titulum, nec ad ouile noſtrū. Ec=
cleſia autem in bonam partem relata poteſt conſi
derari dupliciter, vno modo prout eſt Deo con=
iuncta per gloriam, quam triumphantem appella
mus, quia ibi exiſtentes coronas triumphales de
manu Domini habere meruerunt, nempe repor=
tato triumpho & victoria conſequuta de inimi=
cis ſuis. De hac etiam non eſt nobis agendum in
hoc opuſculo, ſed tantum ſuper ea orandus eſt
Deus, vt per gratiam ipſius ad illam aſcendere
merea=

mereamur ſatagentes facere certam vocationem
noſtram per fidem, & bona opera. Altero mo=
do ſumitur, & communius, pro eccleſia militan=
te, & cætu fidelium, quia in ea exiſtentes, &
conſeruantes fidem, & ſacramentorum commu=
niorem militamus aduerſus carnem & ſanguinē,
principatus, poteſtates, mūdi rectores, et aduerſus
ſpiritales aſtutias, quia teſte Iob. vij. militia eſt vita
hominis ſuper terram, & regnum cælorum vim
patitur, & violenti rapiūt illud. Eccleſia igitur pro
ut hic accipitur, eſt nomen græcum, & ſecundum
primam acceptionem interpretatur conuocatio,
quia in ea omnes cōuocamur ad Dei cultum iuxta
5 ta leges & ſacramenta nobis tradita. Et propterea
dicitur eccleſia fidelium collectio in capit. eccleſia.
de conſecra. diſtin. 1. Et licet iſta fidelium collectio,
ſic in genere conſiderata ſemper in mundo fuerit
ab initio primi hominis, vt dicetur capite ſequen=
ti, & licet apud Hebræos ſynagoga ideſt congre=
gatio diceretur frequentius ſuorum fidelium col=
6 lectio Chriſtus tamen dominus noſter cętū hunc
ſuorum Chriſtianorum voluit appellare dictione
græca Eccleſiam quæ interpretatur conuocatio,
abolito termino illo, ſcilicet ſynagoga, quæ lati=
ne ſonat congregatio. Et quamuis parum differre
videantur termini iſti, conuocatio per eccleſiam
deſignata & congregatio per ſynagogam ſignifi=
cata, voluit tamen Chriſtus dominus, vt in ipſis
vocabulis & eorum proprietate legis nouæ excel
lentia & fidelium ſuorum denotaretur ſupra legē
veterem & eius profeſſores, Nam vt dicit Hugo
relatus a Syluestro in dicto verbo, Eccleſia. conuo 7
cari eſt hominum cōgregari autem eſt pecorum.
Vnde Auguſtinus Pſalmo lxxxi. dicit, Populi Iſ=
raelitici ſynagoga dici ſolet quamuis, & Eccleſia
aliquando dicta ſit noſtram vero Apoſtoli nun=
quam ſynagogam dixerunt ſiue diſcernendi cau=
ſa ſiue quod inter congregationem, vnde ſynago=
ga & conuocationem, vnde eccleſia nomen acce=
pit diſtat aliquid quod pecora congregari ſolent
conuocari autem magis eſt vtentium ratione ſi=
cut homines, & Hieronymus ac Beda, idem di=
cunt quinto cap. Prouerbiorum. Et ideo populo
illi tanquam terreno terrena, vt plurimum, pro= 8
mittebantur in remunerationē obſeruationis præ
ceptorum illius legis antiquæ, vt eris longæuus ſu
per terram, & terram hanc dabo tibi, & ſemini
tuo, &c. in lege autem noua Chriſtus (qui cælos
venerat aperire) cęleſtia pollicitus eſt fidelibus ſuis 9
dicens, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum,
& merces veſtra copia eſt in cælis Matthæi. v. &
ita fideles ſuos modo filios, modo fratres, modo
iam non ſeruos, ſed amicos vocabat tanquam
genus electum, gentem ſanctam, & populum ac=
quiſitionis, primæ Petri. ij. in cuius rei manifeſtiſſi
mum teſtimonium tempore transfigurationis tri
bus dilectiſſimis Apoſtolis pignus gloriæ ſuæ re=
uelauit, & Stephano prothomartyri Eccleſiæ, cæ=
C los

los apertos oſtendit, & paulum ex præcipuis legis
Euangelicæ prædicatoribus vnum, vſque ad ter-
tium cælum arripuit, vbi vidit arcana Dei, quę nō
licet homini loqui. Populus etiam ille tanquam
10 rudis, vt plurimum literæ ſenſum occidentem, &
non ſpiritum viuificantem ſequebatur, vt in illo
Ioannis viij. Quinquaginta annos nondum ha-
bes & Abraham vidiſti & Matthæi. v. Audiſtis,
quia dictum eſt antiquis, Diliges proximū tuum,
& odio habebis inimicum tuum, & in intellectu
illorum verborum Ioannis. ij. Soluite templum
hoc, & in tribus diebus reædificabo illud, vt in
multis alijs ſacræſcripturæ autoritatibus legi po-
terit, & lex Moyſi data fuit in tabulis lapideis, no-
bis autem in viſceribus cordis noſtri. Hieremiæ
iij. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in
cordibus eorum ſcribam eam, quæ verba non ad
legem Moyſi iam datam, ſed ad noſtrā quæ non-
dum data erat, referuntur, & in lege veteri vocaba
tur Deus vltionum Pſalm. xciij. at in lege noua,
Benedictus Deus & pater miſericordiarū, Deus
totius conſolationis. ij. Pauli ad Corinth. 1. & lex
illa neminem duxit ad perfectum in ſanguine hir-
11 corum & taurorum, ſicut noſtra, cuius ſacramen-
ta conferunt gratiam in ſanguine mediatoris Dei
& hominum Chriſti Ieſu. Et propter perfectionē
ſacramentorū noſtræ, legis, qui in ſanguine Chri
ſti veri Dei & veri hominis offeruntur, præcipue
Euchariſtiæ, in qua verus Deus, & verus homo
conti-



cōtinetur & ſumitur, cum in lege veteri quaſi om-
nia ſacrificia immolabātur in ſanguine hircorum 12
taurorum, & aliorum animalium, quo mediante
erat impoſsibile auferri peccata, vt dicit Paulus ad
Hebræos. x. Ideo fortaſsis fidelium collectio in le
ge veteri nomine congregationis, quæ ad pecora
propriæ refertur, queqꝫ ipſi eo tempore immola-
bant dicebatur ſynagoga. Noſtra autem fidelium
collectio nomen conuocationis accepit, quod ho
minibus rationalibus, & Sacramentis eius magis
erat conueniens. Et quia eccleſia iſta plena eſt miſe
ricordiarum potiſsime exhibitarum, & largitarū
nobis in paſsione Chriſti domini noſtri, & tan- 13
quam mater miſerans filiorum ſuorum os mater-
num præbet paruulis ſuis, vt per Auguſtinum in
cap. mater eccleſia. de conſecra. diſt. iiij. de remiſs.
peccatorum. cap. xxv. lib. 1. & nemini redeunti ad
ſe claudit gremium. Epiſtola inter claras. de ſum-
ma trinit. & cap. ſuper eo. de hæret. lib. vi. Ideo ſe-
cundum alteram acceptionem dicitur eccleſia nō
ſolū populus conuocatus, ſed etiā miſerās, & ple-
na miſericordiæ, ſicut ſponſus eius & caput Chri-
ſtus, vt militātes in ea per arma miſericordiæ, et in
contēplatione propriæ vniuſcuiuſqꝫ miſeriæ, et in
miſerationibus dñi nr̄i Ieſu Chr̄i ſpem reponētes
ſtudeamus certā facere vocationē noſtrā per fidē
& bona opera, & de inimicis triumphū obtinere,
Deo miſerāte nr̄i, ac altero alterius cōmiſerante, et
onera ſupportātē. Qui igitur intra hoc ouile ouiū


mane-

manere voluerit ſciat & intelligat ſe vt ſpiritũ rationis, & intelligentiæ ad Eccleſiã hanc conuocatum, & non tanquã pecus congregatũ, & catholicam fidem quam ſancta Romana Eccleſia tenet profiteri debere. Et vt iſte introitus & manſio in hoc ouili ſanctiſsimo ſibi redundet ad gratiam, qua mediante vitam conſequatur æternam, debere etiam ibi per bona opera virtutum omnium præcipue miſericordiæ, pacis, manſuetudinis ſimplicitatis, & obedientiæ (quam plus cæteris animalibus oues repræſentant) gratiam domini noſtri negotiari & conſeruare.

## Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Eccleſia noſtra Chriſtianorũ in paſsione Chriſti & in ea hora qua latus domini lancea perforatum eſt ſumpſit exordium,

2 A qua vera & non flegma exiuit de latere domini lancea perforato, & ita in aqua baptiſmi regeneramur.

3 Sacramentorum ianua eſt baptiſmus, & remittit omnia peccata originalia & actualia etiam ſine pœnitentia exteriori.

4 Eccleſia in genere conſiderata ab initio creati hominis exorta eſt & cœpit filios fideles domino procreare.

5 Fides eſt glutinum eccleſiæ quam conſeruarunt primi parentes licet peccauerint.

6 Abel fuit appellatus iuſtus a Chriſto domino qui de gregibus ſuis obtulit in ſacrificium agnum in figurã agni ꝓ peccatis omnium immolandi.

7 Eccleſiæ ætates commemorãtur infantia ab Adam vſque ad Noe pueritia a Noe vſq; ad Abraham adoleſcẽtia ab Abraham vſque ad Moyſem iuuentus a Moyſe vſque ad Chriſtum virilitas vero & ætas perfecta a Chriſto vſque ad finem mundi & ſenectam illius.

8 Eccleſia ſemper fuit vna & in fide Chriſti fundata licet tempore antiquo in fide Chriſti paſſuri, & tempore legis gratiæ in fide Chriſti iam paſsi, & exinde fuit differentia ſacramentorum veteris & nouæ legis.

9 Vna & eadem res propter magis & minus non recipit diuerſitatem in ſubſtantia generis.

10 Ciuitas non propterea quod vno anno regatur modo diſtincto ab alio amittit nomen ciuitatis nec genericam vnitatem.

11 Homo idem eſt licet diuerſis veſtibus induatur hodie quã heri.

12 Acies exercitus populus & nauis eadem eſt licet ex alijs militibus & carinis hodie conſtet quam antea.

13 Grex ſimiliter idem eſt licet aliæ oues in locum aliarum demortuarum ſubſtitutæ reperiantur.

14 Vinea ſimiliter eadem eſt licet alij noui palmites inſerantur veteribus & areſcentibus amputatis.

15 Filius repræſentat perſonam patris mortui quoad genericã familiæ conſeruationem.

16 Lex vetus euangelio eſt coniungenda non dilanianda.

17 Euangelium eſt apud nos pro lege veteri pro Hieruſalem cælum pro circunciſione baptiſmus pro manna corpus Chriſti pro aqua petræ ſanguis domini pro baculo Moyſi crux Chriſti pro agno filius Dei.

18 Sacramentalia legis veteris licet ceſſauerint tamen moralia remanſerunt.

19 Adam & Noe tempore non erant tot ſacrificia & ritus quot tempore Abraham, nec apud Abraham tot quot tempore Moyſi, & tempore legis Euangelicæ nobiliora ſacramenta chriſtiani celebramus.

20 Deus pater familias appellari dignatus ad excolendam vineam hanc omni tempore, & miſit & mittit operarios ſuos.

21 Petro & Apoſtolis poteſtas ligandi atque ſoluendi peccata quæ ſoli Deo reſeruata erant fuit collata, & opitulandi animabus purgatorij.

# Caput Quintum, De antiquitate ortu, & progreſsibus huius almæ Eccleſiæ per ouile ouium ſignificatæ.

CONSIDERANDO
Eccleſiam hanc duntaxat pro
fidelium Chriſtianorum colle=
ctionem in ſpecie iuxta ritus & ſa
cramenta nouæ legis, exordiū
1 eius fuit, & initium in paſsione
Chriſti, & ab ea hora formata
eſt virgo hæc & ſancta mater eccleſia cōiux Chri
ſti, qua emiſſo ſpiritu latus domini lancea perfora
tum eſt profluentibus vndis aquæ & ſanguinis,
ſicut de latere primi hominis ſoporati Eua ſibi in
coniugium eſt formata, vt ſic certe figurę primi et
veteris Adæ (qui eſt forma futuri in noſtro no=
uiſsimo Adam Chriſto) veritas reſponderet, ver
ba ſunt, Clementis. v. in Clem. i. de ſum. trini. & fi=
de catholi. Et ſicut ſanguis fuit verus, & ſpiritus
2 verus, ita procul dubio vera fuit aqua, cum Chri=
ſtus ſit veritas, & a veritate omnis fallacia ſit pœni
tus aliena, nam ſi nō fuiſſet aqua, ſed flegma quod
de latere Saluatoris exiuit, ille qui vidit & teſtimo
nium veritati perhibuit, profecto non aquam, ſed
flegma dixiſſet, nec in hoc verum ſacramentum
regenerationis fuiſſet oſtenſum, cum per ſacramē
tum baptiſmi non regeneremur in flegmate, ſed
in aqua, vt dicit text. in cap. in quadam. de celebra.
miſſa=



miſſarū, quia vt dicebat dominus Ioannis iij. Ni
ſi quis renatus fuerit ex qua & Spiritu ſancto, nō
intrabit in regnum cęlorum in cap. firmiſsime. de
conſecratio. diſtinctione quarta. & capi. maiores.
de baptiſmo. & propterea baptiſmus dicitur fun= 3
damentum, & ianua aliorum ſacramentorum, &
eccleſiæ noſtræ, capit. cum itaque. de conſecratio.
diſtinctio. quarta. & remittit omnia peccata tam
originalia quam voluntaria, capit. regnante. & ca
pit. ſine pœnitentia. de conſecra. diſtinctione. iiij.
etiam ſine pœnitentia exteriori, vt in dict. capi. ſi=
ne. licet interior pœnitētia in adultis requiri videa
tur, iuxta illud Petri Actuum. ij. Pœnitentiam agi
te, & baptizetur vnuſquiſque veſtrū, & ita Chri=
ſtianorū eccleſia in paſsione Chriſti ſumpſit exor
dium, & oſtium introitus eius eſt baptiſmus, &
qui non intrat per iſtud oſtiū in ouile ouium fur
eſt & latro Ioan. x. vbi optime Auguſtinus ait do
minus de grege ſuo, & de oſtio quo intratur ad
ouile ſimilitudinem propoſuit non enim eſt cui=
quam ſpes vera niſi agnoſcat vitam & per ianuā
intret in ouile. Sed conſiderando Eccleſiam in ge
nere pro fidelium collectione ſociata ad Dei cul=
tum iuxta legem, & ritus, quos homines ab ipſo
Deo diuerſis temporibus acceperunt. Eccleſia
hæc generice aſſumpta ab initio creati hominis 4
Adam ſeu vt alij volūt a iuſto Abel exorta eſt, &
cæpit filios fideles dn̄o procreare, & primi paren=
tes quāuis peccato illo mortali & originali natu=

 ram

ram corruperint, & a paradiſo proiecti fuerint, fidem tamē conſeruarūt, quæ eſt glutinum eccleſiæ (vt infra dicemus) & ſpem veniæ acceperunt a miſericordiſsimo Deo in ſanguine mediatoris Dei, & hominū Chriſti Ieſu agni immaculati pro
6 peccatis omnium offerēdi. Et ipſi quidem poſtea genuerunt filios quorum vnus Abel iuſtus a Chriſto domino appellatus Matthæi. xxiij. de adipibus & primogenitis Gregis ſui Deo obtulit ſacrificium, agnum videlicet, vt multi volunt, in figuram agni pro redemptione humani generis immolandi. Huius eccleſiæ ætates & progreſſus cō=
7 memorat Albertus Pighius in ſua eccleſiaſt. Hierarchia libr. primo. cap. primo. Infantiam videlicet ab Adam vſque ad Noe, Pueritiam a Noe vſque ad Abraham adoleſcētiam ab Abraham vſque ad Moyſen, iuuētutem a Moyſe vſq; ad Chriſtum, virilitatem vero, & ætatem perfectā a Chriſto vſque in ſeculi conſummationem & ſenectam illius. Hæc enim eccleſia in ratione fidelitatis Deo
8 præſtandæ ſic in genere cōſideratæ, & iuſtificationis conſequendæ per Chriſtū Ieſum, ſemper fuit vna, licet diuerſos ritus, cæremonias, & ſacramēta diuerſis temporibus habuerit, tempore antiquo Chriſtum paſſurum credendo, & tempore legis gratiæ Chriſtum iam paſſum confitendo, ex inde enim diuerſitas rituum exorta eſt, nam in lege veteri omnia in figura contingebāt, & quicquid ibi colebatur vmbra erat futurorum bonorum, & ſacramentorum, quibus fruimur in lege Euāgelica, vnde eleganter Ambro. in cap. re vera. de conſec. diſt. ij. cap. ix. in lib. de his qui myſterijs initiantur, potior eſt lux quam vmbra, veritas quam figura, corpus Chriſti quam manna de cœlo, nec tamen diuerſitas iſta rituum, & ſacramentorum habentium ſe vt figura & figuratum (poſtquam illa omnia ab vno Deo inſtituta & ordinata fuerunt) diuerſitatem in ſubſtantia fidelitatis Deo præſtandę conſtituit, nec alterat vnitatem iſtam genericam (de qua loquimur) in obſequio vniuſmet Dei fundatam. Omnes enim, qui ſalui per Chriſtum ſunt & ex illa lege veteri, & ex noſtra ſunt ciues ſanctorum ſuper ædificati ſupra fundamentum apoſtolorū, & prophetarū ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, quem prophetæ prænuntiauerunt venturum, Patriarchæ expectauerunt paſſurum, quem Ioānes Baptiſta digito demōſtrauit, & apoſtoli iam paſſum, & crucifixum prædicauerunt, & ideo dicitur facere vtraque vnum ad Epheſios, ij. Vndelicet ſecundū priorem conſiderationem & in ſpecie, noſtra Chriſtianorū eccleſia dici poſsit noua Hieruſalem deſcendens de cœlo, parata a Deo, ſicut ſponſa ornata viro ſuo Apocal. xxi. & diſtincta a ſynagoga legis veteris in rōne Chriſti tunc paſſuri, & nunc iam paſsi, & propter diuerſitatem ſacramentorum, quæ apud nos ſunt multo nobiliora, & perfectiora, & denique excedentia, ſicut lux tenebras, & veritas figuram antecellit.

cellit. Secundum tamen genericam conſidera=
tionem fidelitatis vni, & eidem Deo præſtandæ
9 vna poterit dici eccleſia, quæ propter magis & mi
nus non recipit diuerſitatem in ſubſtantia gene=
ris.l.fina. ff. de fundo inſtructo. Sicut in qualibet
10 ciuitate & republica poſſumus contemplari, quæ
licet diuerſis moribus & legibus, et per diſtinctos
principes gubernetur hodie, quam anno præteri=
to, non propterea genericam vnitatem eiuſdem ci
11 uitatis amittit, vt in.l.ſicut.§.fina.ff.quod cuiuſque
vniuer.nomine. Et vna & eadem perſona, licet di=
uerſis omnino veſtibus amicta ſit hodie quam he
ri, non præterea generica eius vnitas alteratur, ad
quod alludebat Dauid Pſal. xliiij. de noſtra eccle=
ſia legis Euangelicę dicens, Aſtitit regina a dextris
tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Au=
di filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſce
12 re populum tuum & domum patris tui, & concu
piſcet rex decorem tuum, ſic etiam acies, exercitus
& legio eadem eſt, licet ex ea multi receſſerint, in
quorum locum alij ſubiecti fuerunt, & populus
idem eſt, qui ab hinc centum annis fuit. Et nauis
quamuis in tantum refecta ſit, vt nulla tabula eadē
permaneat, quæ noua non ſit, eadem tamen exiſti
matur, verba ſunt text.in.l.proponebatur.ff.de iu
dicijs, quem textum ad propoſitū hoc allegat glo.
13 in cap.recurrat. verbo, ſocietate.xxxij.q.iiij. & ne
ab ouilis parabola recedamus idem grex dicitur
permanere, ſicut antea, licet priores oues mortuæ
ſint, et



ſint, & in earū locū aliæ ſubſtitutæ reperiant̄, vt di
cit tex.in.l.ſi grege.& in.l.grege legato.ff.de leg.1.
& in.l.rerū mixtura.ff.de vſucapio. Et vinea (quæ
paſsim in ſacra ſcriptura typum & figurā tenet ec=
cleſiæ) non deſinit eſſe vna vinea, & eadē in gene= 14
re, propterea ꝙ palmitibus veteribus illius areſcen
tibus & amputatis, noui & fœcundiores palmites
inſerantur eidē trunco, de quo Dauid Pſal. lxxix.
dicebat, Dn̄e Deus virtutū conuertere, & reſpice,
vide, ac viſita vineā iſtā, et perfice eam quā planta=
uit dextera tua. nō dixit in totum eradica, cōbure,
ſed perfice ac renoua vineā iſtā rorātibus cœlis de=
ſuper, et nubibus pluentibus iuſtū, aperiente ſe ter
ra & germinante Saluatorē, in quo nouiſsime die
bus iſtis loquutus eſt Deus nobis, ſicut olim in
prophetis. Et denique ſicut videmus de iure filium
repræſentare perſonā patris, ita quod pater quam
uis mortuus per filiū viuere videatur quoad gene 15
ricā familiæ conſeruationem.l.fin.c. de impub. &
alijs ſubſti.l.cum ſcimus.§.fi.C. de agricolis & cen
ſitis. & Ariſtoteles libr. quinto. Ethicorum. & Hie
ronymus in epiſtolam Pauli ad Philemonem, ſu=
per illis verbis, tu autem ſuſcipe illum, id eſt mea
viſcera, et illud Eccleſiaſtici xxx. Mortuus eſt pa=
ter eius & quaſi non eſt mortuus ſimilem enim re
liquit ſibi poſt ſe, ſic in noſtra eccleſia poſſumus
dicere illud Pſal. xliiij. Pro patribus tuis nati ſunt
tibi filij conſtitues eos principes ſuper omnem
terram memores erunt nominis tui in genera=
tione

tione & generationem, propterea populi confite=
16 buntur tibi in ſeculū & in ſeculum ſeculi, & prout
dicit eleganter Ioan. Faber tractat. xlij. artic. 1. §. iij.
lex vetus Euangelio eſt coniungēda non dilanian
da in totum vt Marcio, & Manicheus hæretici
garrulabant, ſolum Euangelium ſuſcipiendo, &
dicentes vetera tranſierunt, ecce noua facta ſunt
omnia nam, vt dicit Hieronymus capi. xi. in Eccle
ſiaſtem pro lege eſt Euangelium, pro Hieruſalem
cœlum, pro circunciſione baptiſmus, pro man=
na corpus Chriſti puriſsimum, pro aqua petræ
ſanguis domini, pro baculo Moyſi, ſeu Aaron
crux domini, pro agno filius Dei. & ad hoc Hie=
ronymus ponderabat ibi illud. Dabo vobis plu=
17 uiam temporaneam, & ſerotinam teſtamentum,
ſcilicet vetus & nouum & vtroque vos imbre ri=
gabo. Et vt declarat idem Hieronymus in Eze=
chielem cap. primo, qui vidit rotam in rota, iunctu
ram ſcilicet duorum teſtamentorum, & ſcalam Ia
cob, forcipem Eſaiæ, & gladiū bis acutū, & apud
nos eſt Gloſſa notabi. in can. non eſt peccatum. §.
his itaque. vi. diſt. vbi dicit ꝙ licet ſacramentalia,
81 & ceremonialia ceſſauerint, moralia tamen reman
ſerunt, nec quantum ad hæc mutationem accepit
lex veteris teſtamēti, & hoc glutinamentū morali=
tatis, & compactio vnius legis cum alia ſufficit ad
contiguitatē genericā huius ouilis & eccleſię con=
ſeruandā, quā dicimus habuiſſe exordiū iuxta hāc
conſiderationem ab initio mundi, & fuiſſe conti=
nuatam



nuatam & continuari debere vſque ad ſeculi con
ſummationem ratione fidelitatis Deo præſtandæ
a fidelibus pro lege cultu ſacramentis, & ceremo=
nijs, quas pro ſuo tempore illi habebant, & nos
habemus. Neque enim tempore Adam & Noe 19
habebant homines tot præcepta & ritus quot A=
braham & ſui poſteri receperunt, & etiam Moy=
ſi plura data fuerunt. Et poſt paſsionem Chriſti
meliora, & nobiliora ſacramenta veneramur quā
in ſeculis anterioribus tradita fuerint. Et nihilo=
minus qui antea in limbo expectabant redemptio
nem a Chriſto conſummādam, nunc autem iam
conſummatam ſalui facti fuerunt per Chriſti paſ=
ſionem, vt homines ſuorum ſui temporis rituū,
& præceptorum Dei obſeruatores. Eccleſia igi=
tur ſic in genere aſſumpta ab initio mundi aſſum
pſit originem, prout & Dauid Pſalm. lxxiij. ſub
parabola ouium ſimiliter recenſebat dicens, vt
quid repuliſti in finem Deus, iratus eſt furor tuus
ſuper oues paſcuæ tuæ, Memor eſto congrega=
tionis tuæ, quam poſſediſti ab initio (ab initio in=
quam mundi) licet ritus et præcepta diuerſis tem=
poribus variata addita vel renouata fuerint a do=
mino. Et licet lex noſtra euangelica, ceſſantibus le
galibus vmbris teſtamēti veteris et figuris per ad=
uenientem veritatem abſorptis perfectius, ſacer=
dotium, et nobiliora ſacramenta contineat Deus
tamen omnipotens pater familias appellatus ad
excolendam vineam hanc ideſt vniuerſalem eccle 20
ſiam

ſiam ſic in genere conſideratam conduxit et conducit ſemper operarios, mane, hora tertia, ſexta, nona, et vndecima, Matthæi xx. vbi teſtante Gregorio, mane ſignificat tempus ab Adam vſque ad Noe, hora vero tertia a Noe vſque ad Abraham, ſexta quoque ab Abraham vſque ad Moyſen, nona autem a Moyſe vſque ad aduentũ domini, vndecima vero ab aduentu domini vſque ad finem mundi, et quaſi ad excolendam vineã ſuam nullo tẽpore deſtitit operarios mittere, quia et prius per patres, et poſtmodũ per legis doctores, et prophetas, ad extremum vero per Apoſtolos dum plebis ſuæ mores excoluit, quaſi per operarios in vineæ cultura magnopere laborauit, et operator mane, hora tertia, ſexta, et nona antiquus illæ hebraicus populus deſignatur, qui in electis ſuis ab ipſo mũdi exordio, dum recta fide Deum ſtuduit colere, quaſi nõ deſtitit in vineæ cultura laborare. Ad vndecimam vero gentiles vocantur, quibus et dicitur quid hic ſtatis tota die otioſi? Magna eſt ergo antiquitas eccleſiæ huius ſic in genere conſideratæ, licet maiorem autoritatẽ adepta fuerit poſt Chriſti paſsionẽ propter caput et ſponſum eius Chriſtum Ieſum iam paſſum, propter redemptionem humani generis conſummatã iuxta illa vltima verba Chriſti in paſsione quando dixit, conſummatum eſt, propter nobiliſsima ſacramenta formata in perforato latere Chriſti, propter cælorum aditus veris Chriſtianæ legis obſeruatoribus reſeratos,

tos,



tos, et denique propter miniſtros et primos euangelicæ doctrinæ prædicatores Spiritu ſancto in die Pentecoſtes repletos, quibus antea Chriſtus in ſufflando dixerat Ioan. xx. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis, et quorum retinueritis retenta ſunt, et Matth. xviij. Quæcunque ſolueritis ſuper terram erũt ſoluta et in cœlo &c. et Petro tanquam capiti, vt infra dicetur, tibi dabo claues regni cœlorum quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatũ et in cœlis &c. Matthæi xvi. quibus per illa verba et re= 21
miſsio peccatorum, quæ ſoli Deo reſeruata erat, et poteſtas ligandi atque ſoluendi quaſi in cæleſtibus iuriſdictio collata fuit, quique et ſacrificijs, et ſuffragijs ſuis opitulantur animabus purgatorij, vt celerius purgationem compleant peccatorum, quicquid hæretici noſtri temporis inſaniant negãtes librum Machabęorum et eius autoritatẽ propter illud pijſsimum Iudæ Machabęi exemplum quod legitur .ij. Machabęorum xij. de animabus purgatorij, nam præter hoc, ꝙ eſt liber authenticus, ſicut alia ſacræſcripturæ volumina, ad eſt illa autoritas Tobiæ. iiij. ad filium dicentis inter cætera, Panem et vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue (iuſti inquam) cui aliquid purgandum reſtat, et illud Lucæ xij. Ne forte iudex mittat te in carcerem, amen dico tibi non exies donec reddas nouiſsimũ quadrantẽ, quæ verba Ambroſius ad purgatoriũ referenda concludit, cũ in inferno nulla ſit

redem=

redemptio, ſed confutationem hæreticorũ ſuper hoc articulo, quem firmiter cum eccleſia Romana credimus, Theologis dimittamus, eccleſię noſtræ vnitatem proſequentes.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Eccleſia varijs titulis decorata reperitur in ſacraſcriptura videlicet malo granati vineæ meridiei lunæ virginis & matris ſororis, & ſponſæ, eſt terra lacte, & melle manans archa Noe columba domus magna ſagena miſſa in mare magna familia nauis rubus ardens petra firma & ciuitas.

2 Eccleſia eſt corpus Chriſti, & ipſe caput eius & membra de membro, & regnum cælorum.

3 Eccleſia regitur magiſterio Spiritus ſancti, & cum ea promiſit Chriſtus eſſe vſque ad conſummationem ſeculi.

4 Chriſtus pro eccleſia rogauit patrem & eſt aduocatus eius.

5 Eccleſia quæ eſt Dei viui columna, & firmamentum veritatis errare non poteſt.

6 Eccleſia militans ad exemplar triumphantis condita eſt.

7 Eccleſiæ militãtis conuenientia cum triumphanti multum adiuuat opinionem Canoniſtarum dicentium nouem ordines clericorum eſſe in eccleſia ſicut ſunt nouem ordines angelorum contra eos qui dicunt non eſſe niſi ſeptem ordines clericorum.

8 Eccleſia militans tunc conſiſtit de centiſsimo ordine cum illi triumphanti ſupernæ comparatur ex Dionyſio.

9 Angeli quanuis omnes cuſtodiant nos Michael tamen cuſtodit eccleſiam qui princeps eius appellatur ſicut olim ſynagogæ.

10 Apoſtoli ſunt protectores Eccleſiæ, & vide multas figuras ſuper numero duodenario illorum.

11 Apoſtolis non virgini matri fuit conceſſa facultas remittendi peccata licet ipſa dignior fuerit Apoſtolis vniuerſis.

12 Eccleſia,



12 Eccleſia edocta fuit per quatuor Euangeliſtas præfiguratos in quatuor animalibus Ezechiel, & per quatuor doctores Eccleſiæ inter alios, & per tot martyres, virgines pueros, & puellas, vt non poſsit dubitari de vijs eius.

13 Eccleſia nec falli nec fallere poteſt, & durabit vſque ad finem mundi.

# Caput Sextum, De laudibus, excellentia & titulis, quibus noſtra hæc ſancta mater Eccleſia dicta ouile ouium reperitur decorata in ſacraſcriptura.

NON ME LATET Ioannem Fabrum virum Catholicum & doctiſsimum plures titulos congeſsiſſe in vnũ, quibus hæc ſancta fideliũ collectio in ſacraſcriptura fuerit honorata, vt per eum videre
licet in titulo de clauium Eccle- 1
ſiæ collatione. §. ſexto. quos ego, ne videar alieni laboris vſurpator breuiter per curram nonnullis additis. Comparatur itaque, dicit Faber malo granato Canticorum viij. vt per Ambroſium lib. iij. Hexameron cap. xiij. quia bonum fidei fulgorem confeſsioniſque oſtendit Chriſti cruore dotata, & martyrum ſanguine ſpecioſa, plurimoſque fructus ſub pomi munitione conſeruat ad vſum, & exercitia virtutum, comparatur vineæ Eſaiæ. v. & Pſalm. lxxix. & Hieremiæ. ij. dicitur etiam meri-

 dies

dies per Ambroſium Pſal. cxviij. quæ in primordijs mundi deſponſata, in paradiſo præfigurata, in diluuio annunciata, per legem vocata, per prophetas dicitur redemptionem hominum & Euangelij decorem ac dilecti expectaſſe aduentum, impatiens amoris in oſcula ruit dicens, oſculetur me oſculo oris ſui Canticorũ 1. vocatur & luna, Pſalm. lxxxviij. Luna teſtis in cœlo fidelis, vt per Hieronymum iiij. cap. ſuper Amos Propheta, quia ſolis iuſtitiæ Chriſti Ieſu illuſtratur radijs ab ea parte, qua ei vicina eſt, vel plus vel minus lucis pro varietate temporum accipiens, & eſt ſpecioſa ſicut luna: fulget enim non ſui: ſed Chriſti lumine, & ſplẽdorem ſibi accerſit de ſole iuſtitiæ, vt per Ambroſium libr. iiij. Hexameron cap. viij. dicitur Virgo & mater, vt per Ambroſium libr. 1. de virginitate dicentem, virgo eſt caſtitate, mater eſt prole, parturit itaque nos virgo non viro plena, ſed ſpiritu, parit nos virgo non cum dolore membrorum, ſed cum gaudio angelorum, nutrit nos virgo non corporis lacte, ſed Apoſtoli, quo infirmã ad huc creſcentis populi lactauit ætatem, quæ igitur nupta plures habet liberos, quam ſancta eccleſia? que virgo eſt, et ſacris mater eſt populis, vt Eſaiæ quarto, quam plures filij deſertæ quam eius quæ habuit virum, appellatur etiam ſoror & ſponſa, vt per Hieronymum aduerſus Iouinianum, ſponſa ſoror & mater, & quæcunque alia putaueris vocabula vnius Eccleſiæ congregatio eſt, quæ nunquam



quam eſt ſine ſponſo fratre & filio, vnam habet fidem, nec conſtupratur dogmatum varietate, nec hæreſibus ſcinditur, virgo permanet, quocunque vadit agnus, illum ſequitur vide Fabrum vbi ſupra, & eſt terra lacte & melle manans, archa Noe columba, domus magna ſagena miſſa in mare magna familia, nauis, rubus ardens, & non comburens, petra firma, & ciuitas, hactenus Faber, & appellatur ouile ouiũ Ioannis. x. vt ſupra latius fuit explicatum. Apoſtolus etiam nominauit eam corpus Chriſti ad Epheſios quarto. Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius. Et primæ Corinthiorũ. xi. 2
Vos eſtis corpus Chriſti & membra de mẽbro. Similiter nominatur regnum cœlorum Matthæi xx. & xxij. & xxv. Simile eſt regnum cælorum homini patri familias, qui exijt primo mane conducere operarios, &c. Et ſimile eſt regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo, &c. Simile eſt regnum cœlorum. Decem virginibus &c. cum illa promiſit ſe futurum vſque ad conſummationem ſeculi Matthæi vltimo. Regitur præterea Eccleſia magiſterio Spiritus ſancti Ioan 3
nis decimoquarto. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, & Ioannis decimotertio. adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem,

4 Rogauit pro ea Chriſtus Ioann. decimoſeptimo.
Pater ſancte ſerua eos in nomine meo quos dedi=
ſti mihi,non autem pro his tantũ rogo,ſed pro eis
qui credituri ſunt per verbum eorum in me, &
Ioan. cap.ij.primæ ſuæ canonicæ legitur, Aduo=
catum habemus apud patrem dominum noſtrũ
Ieſum Chriſtũ, & ad Romanos viij. Chriſtus in=
terpellat pro nobis, & ad Hebræos.vij. accedens
per ſemetipſum ad Deum viuum ad interpellan=
dum pro nobis, & propterea confitemur ꝙ erra=
5 re non poteſt Eccleſia, quæ eſt Dei viui columna
& firmamentum veritatis, primæ ad Timoth.iij.
Formata eſt etiam ad ſimilitudinem eccleſiæ triũ=
phantis,iuxta illud Apocalypſis xxi. vidi ſanctam
6 Hieruſalem nouam deſcendentem de cælo para=
tam a Deo ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, &
Exodi xxv. & Pauli ad Hebr.vij. Inſpice,& fac ſe
cundum exemplar, quod tibi monſtratum eſt in
mõte,& in oratione Dominica quotidie dicimus,
Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra, & Da=
uid Pſalm.lxxxvi. Fundamenta eius in montibus
ſanctis tranſumptiue. in ca. fundamenta. de elect.
lib.vi.& in can.ad hæc.lxxxviij.diſt. dicitur cæle=
ſtium militiarũ exemplar nos inſtruit. Vnde Ber
nardus ſermone xxvij.dicebat,ſicut de diuerſis o=
uium gregibus vnum facere voluit,vt ſit vnũ oui
le,& vnus paſtor ita cum haberet ſponſam inhæ=
rentem ſibi a principio multitudinem angelorum
placuit ei, & de hominibus conuocare eccleſiam,
atque



atque vnire illi quæ de cœlo eſt, vt ſit vna ſponſa,
& ſponſus vnus,& vnam facit nunc conformitas
in deuotione poſtea vero & in pari gloria. Et ideo
dicebat eleganter Hoſtienſis in Rubri. de ordina=
tis ab Epiſcopo qui renuntiauit Epiſcopatui.§.pri
mo. quod ſicut in eccleſia triumphãti ſunt nouem
chori angelorum; ſic in noſtra Eccleſia militanti
ſunt nouem ordines clericorum, annumerando
Epiſcopatum, & pſalmiſtatum inter ordines vl=
tra Theologos,de quo etiam per Gloſſ. in proœ=
mio libr.ſexti.verbo, Epiſcopus. & certe hęc con
uenientia militantis eccleſiæ cum triumphãti mul= 7
tum confirmat Canoniſtarum ſententiam, præci=
pue cum teſte Dionyſio in libr. de eccleſiaſtica hie
rarchia (quem refert Clictoueus in ſuo Antilute=
ro libro.ij.capit. ij.) Sancta eccleſia militans tunc
conſiſtit de certiſsimo ordine,& habet congruen 8
tiſsimum ſui ſtatus tenorem, cum illi triumphan=
ti in ſuperna ciuitate Hieruſalem cæleſtium ſpiri=
tuum principatui conformatur,ac euadit per ſimi
lis in ſuis functionibus & operibus. Cuſtoditur 9
etiam per angelos,qui omnes ſunt teſte Paulo ad
Hebræos primo. Adminiſtratorij Spiritus in mi=
niſterium miſsi, & Pſalm. xc. Angelis ſuis man=
dauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis,
præcipuæ tamen per beatum Michaelem Archan
gelum, qui princeps ſynagogæ erat antea, nunc
vero Eccleſiæ noſtræ iuxta illud Danielis primo.
in fine. Nemo eſt adiutor meus in omnibus his,
D iij niſi

nisi Michael princeps veſter. Et Danielis decimo.
Ecce Michael vnus de primis principibus primus
venit in adiutorium meum, habuit etiam & habet
Eccleſia protectores, & rectores ſuos duodecim
10 Apoſtolos in die Penthecoſtes repletos Spiritu
ſancto, & miſſos a Chriſto prædicare Euange-
lium omni creaturæ, de quibus dicitur Apocaly-
pſis xxi. Poſtquam actum fuerat de noua Hieru-
ſalem deſcendente de cælo, & murus ciuitatis ha-
bens fundamẽta duodecim, & in ipſis duodecim
nomina duodecim Apoſtolorũ & agni. & Pſal.
xliiij. Conſtitues eos principes ſuper omnem ter-
ram, qui præfigurati fuerunt per duodecim filios
Iacob vno patre genitos omnes Geneſeos xxxv.
& per duodecim fontes aquarum, quos in deſer-
to elim inuenerunt filij Iſrael Exodi.xv. & Nume
rum xxxiij. Et per duodecim lapides precioſos,
quos præcepit Dominus ponere in veſtibus ſum
mi ſacerdotis Aaron, Exodi xxviij. Et per duode
cim principes electos ſingulos de ſingulis tribu-
bus Iſrael, Ioſuæ iij. Et per duodecim duriſsimos
lapides, quos Ioſuæ præcepit poni in loco caſtro-
rum, vbi fixit tentoria, Ioſuæ iiij. Et per duode-
cim panes propoſitionis, qui ponebantur ſuper
menſam in conſpectu domini, Leuitici xxiiij. &
Exodi xxv. Et per duodecim exploratores, quos
miſit Moyſes ad conſiderandam terram, quam
daturus erat dominus filijs Iſrael. Numer. xiij. Et
per duodecim præfectos quos poſuit Salomõ ſu-
per



per omnem populum Iſrael, iij. Regum iiij. capi-
te. Et per duodecim lapides quos tulit Helias iuxta
numerum filiorum Iſrael ad ædificãdum altare de
lapidibus domino. iij. Regum xviij. Et per duode
cim ſtellas fulgentes in corona ſponſæ, Apocaly-
pſis xij. Et per duodecim portas ciuitatis Hieruſa-
lem, quas vidit Ioan. Apocalypſis xxi. Quibus
etiam fuit conceſſa poteſtas remittẽdi peccata ho-
minibus iuxta illud Ioan. xx. Accipite Spiritum
ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittun-
tur eis & claues regni cælorum, hoc eſt poteſtas li
gandi & ſoluendi ſuper terram fuerunt eis com- 11
miſſe, Matthæi xviij. Et Petro vt principi alio-
rum Matthæi xvi. & Ioan. vltimo. vt diximus ca-
pite præcedenti, de quibus ponderat tex. in capit.
noua quædam. de pœnitentijs & remiſsio. quod
licet beatiſsima virgo Maria dignior & excellen-
tior fuerit Apoſtolis vniuerſis non tamen illi, ſed
iſtis dominus claues regni cælorum cõmiſit, Edo 12
cta etiam fuit Eccleſia per quatuor Euangeliſtas
Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, quo
rum Euangelijs nutritur & recreatur, qui ſimul in
ter Apoſtolos connumerantur cap. vnico. de reli-
quijs & vener. ſanct. libr. ſexto. Et præfigurati fue
runt per illa quatuor animalia, hominem, leonem,
vitulum, & aquilam, Ezechielis. 1. Erudierunt etiã
illam & condecorarunt inter alios illi quatuor ec-
cleſiæ doctores Gregorius, Hieronymus, Ambro
ſius, & Auguſtinus quorum per lucida et ſalutaria

 præce-

præcepta, vt dicit text. in capit. vnico. de reliquijs
& veneratione ſanctorum, libr. ſexto. eccleſiam il=
luſtrarunt, & virtutibus informarunt, & qui in
Eccleſia Dei tanquam ſplendor fulgent in firma=
mento, & velut ſtellæ permanſuri ſunt in perpe=
tuas æternitates capit. ſuper ſpecula de magiſtris,
& quorum ordinem quaſi præcipuum in eccleſia
dixit text. in capit. cum ex iniuncto. de hæret. Ha=
bet etiam martyres, virgines, confeſſores, & San=
ctos quorum patrocinijs defenditur, triumphis
gloriatur, veſtigijs denique & exemplis prouoca=
tur, quod Auguſtinus in libris de doctrina Chri=
ſtiana conſiderans dicebat eleganter, O anima
chriſtiana euigila, domini tui imitare veſtigia, con
ſidera quot millia martyrum tritam tibi fecerunt
viam, tranſierunt pueri & puellæ & times? ſed in
iſtis amplius immorari eſſet a propoſito noſtræ
13 vnitatis euagari. Fateamur ergo eccleſiam noſtrã
tot præſidijs & titulis decoratam, nec falli, nec fal
lere poſſe, & vſque ad ſeculi conſummationẽ du=
raturam, quoniam de ea legitur Zachariæ xiij. ſe=
debit Hieruſalem ſecura, & Eſaiæ xxxiij. Hoc eſt
tabernaculum quod nequaquam transferri pote=
rit, nec auferentur claui eius in ſempiternũ, & om=
nes funiculi eius non rumpentur, & poterit cum
pſalmiſta dicere Pſalm. cxxviij. ſœpe expugnaue=
runt me a iuuentute mea, & enim non potuerunt
mihi quia prout dicit Chryſoſtomus in ſermone
de Pentecoſte, eccleſia impugnari poteſt, expu=
gnari



gnari non poterit, tela mittuntur contra eam, ſed
eius machina non perforatur, Machinæ præ=
parantur, ſed turris dauidica non eliditur, &
Hilarius libro ſeptimo. de trinitate. Proprium
eſt eccleſiæ, vt tunc vincat, cum læditur, tunc ſe=
cura ſit, cum deſeritur, tunc obtineat, cum ſupera=
ta videtur, & teſte Auguſtino contra murum in
expugnabilem eccleſię quiſquis arietauerit, ipſe po
tius confringetur, & Ambroſius in libr. xv. de Sa=
lomone inquit, Eccleſia crebris ventorum flucti=
bus, id eſt tentationum plagis & verberibus fati=
gatur, quam turbidi fluctus, hoc eſt poteſtas hu=
ius ſeculi conatur ad ſaxa perducere, & quamuis
vndarum fluctibus, aut procellis ſæpe vexatur, ta=
men nunquam poteſt ſuſtinere naufragium, quia
in arbore eius id eſt in cruce Chriſtus erigitur, in
puppi reſidet pater reſidet gubernator, proram
paracletus ſeruat ſpiritus, hanc per anguſta huius
mundi freta duodeni in portu remiges ducunt, id
eſt duodecim Apoſtoli, & ſimilis numerus pro=
phetarum, & Hieronymus in lib. de xlij. manſio=
nibus ad fabiolam ardenti rubo, & non combu=
renti comparat, inflammatur enim perſecutioni=
bus, ſed loquente domino non deſeritur, & Hiero
nymus in Eſaiam cap. xxxvij. dicit de eccleſia, ego
ciuitas firma, ego ciuitas quæ oppugnatur, Ma=
gna eſt ergo gloria eccleſiæ huius, gloriam & ma=
gnum decorem impoſuit dominus ſuper eam,
contra quam legimus inſurrexiſſe tyrannos Im=

peratores, vt Neronem decium, & id genus alios, Arrium Neſtorium, & ſimiles hæreticos, & tamen illa firma perſeuerat tantis de cælo radiata fulgoribus vnde eleganter Richardus lib. primo. de trinitate vtinam attenderent. Iudæi vtinam attenderent pagani cum quanta conſcientiæ ſecuritate pro hac parte ad diuinum iudicium poterimus accedere, nonne cum omni fiducia poterimus Deo dicere, Domine ſi error fuiſſet prout non eſt a te ipſo decepti eſſemus, nam iſta tantis ſignis, & prodigijs confirmata ſunt, & talibus, quæ non niſi per te fieri poſſunt, & certe a ſummæ ſanctitatis viris ſunt nobis cum ſumma, & authentica atteſtatione probata, te ipſo cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Et Leo Papa in ſermone de Apoſtolis, ait, Præcioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius, nec vllo crudelitatis genere deſtrui poteſt ſacramento crucis Chriſti fundata religio, nec minuitur perſequutionibus Eccleſia, ſed augetur, & ſemper dominicus ager ſegete ditiore veſtitur, dum grana (quæ ſingula cadunt) multiplicata naſcuntur, vnde duo iſta, pręclara diuinę germinis ſemina quantam ſobolem germinarint, beatorum millia exempla proteſtantur, qui apoſtolicorum emuli triumphorum vrbem noſtram purpuratis, & longe lateque rutilantibus populis ambierunt, & quaſi ex multarum honore gemmarum, conſerto vno diademate coronarunt, hactenus leo.

Ex ca=



## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Eccleſia conſtat ex bonis & malis iuſtis & peccatoribus modo non ſint hæretici aut ſciſmatici.
2 Fides ad manendum in hoc ouili eſt neceſſaria.
3 Eccleſia eſt ſicut corpus humanum quod conſtat ex bonis, & malis humoribus, & ſicut meſsis quæ paleas cum granis per mixtas tenet.
4 Archa Noe quæ figura fuit eccleſiæ animalia munda, & immunda continebat.
5 Eccleſia dicta eſt area quæ paleas & grana continebit donec dominus in die iudicij veniat cum ventilabro ad mundandam illam.
6 Peccatores dicuntur paleæ, quia leuiter cadunt vento cuiuſlibet tentationis expoſiti.
7 Eccleſia comparatur decem virginibus quarum quinq; erāt prudentes, & quinque fatuæ & conuiuio illi in quo vnus ſedebat non habens veſtem nuptialē & domui in qua ſunt vaſa aurea & fictilia, & quædam in ornatum quædam vero in contumeliam.
8 Eccleſia habet bonos & malos ſicut in cælo angeli boni cum malis ad mixti fuerunt donec Michael fecit victoriam cū angelis eius.
9 Sicut ex coniugio Adæ & Euæ nati fuerunt Cayn malus & Abel iuſtus & in vtero Rebeccæ fuerunt Iacob electus & Eſau reprobatus, ſic in eccleſia ſunt boni & mali.
10 Peccatores publici per cenſuras prę latorum repelluntur ab eccleſia quo ad ſuffragia non quo ad fidem ſicut ſcabioſa
11 Vnitas triplex reperitur in eccleſia ſcilicet corporalis habitationis communionis ſacramentorum & gratiæ.
Iuſti, & per gratiam Deo coniūcti habitant in penetralibus eccleſiæ & interioribus atrijs domus domini & ſunt magis ſecuri.
Triplex funiculus difficile rumpitur.
Excōicati ſi fidē conſeruant pertinent ratione ſolius fidei ad eccleſiam, licet quo ad ſacramentorū cōmunionem & ſuffragia

fragia non ſunt de eccleſia hæretici autem, nec ſciſmatici nullo modo.

12 Eccleſia erit glorioſa & non habens maculam aut rugam in futuro & in cæleſtibus non autem in hoc mundo.

13 Verba quæ ad vnum & idem tempus referuntur vnica determinatione reguntur.

14 Qualitas adiecta alicui termino debet intelligi ſecundum tempus illius termini cui adiungitur.

15 Peccatores presbyteri baptizant & conſecrant ſicut & cayphas quia erat pontifex anni illius prophetauit.

16 Peccatores ſi fidem conſeruant licet quoad gratiam non recipiant influxus a Chriſto capite, quia quoad illam mortui ſunt tamen quoad conſeruandum glutinum fidei quo eccleſiæ colliguntur non ſunt mortui.

17 Eccleſia ſimilis ſagenæ miſſæ in mare & ex omni genere piſcium congreganti in omnes nationes, & gentes extendit vela & retia ſua.

18 Deus non eſt acceptor perſonarum.

## Caput Septimum, De perſonis, quæ intra hanc ſanctam eccleſiam, ſeu ouile ouium continentur.

1 CATHOLICA HAEC & vniuerſalis Eccleſia, quam profitemur, conſtat ex bonis, & malis Chriſtianis iuſtis, & peccatoribus, modo non ſint vt hæretici, aut ſciſmatici, ab hoc ſancto conſortio, proiecti, quia iſti extra eccleſiã ſunt. Non ergo ad conſeruã-
2 dũ nos in hoc ouile neceſſarius eſt ſtatus gratię & charitatis, quia etiã peccatores modo ſint fideles, dicentur



dicentur eſſe mẽbra huius eccleſiæ, ſicut videmus in corpore humano quod conſtat ex bonis et ma
lis humoribus ſimul, et meſsis paleas cum granis 3
mixtas complectitur, vt per Auguſti. in lib. de baptiſmo, & in can. eſt vnitas. de conſecra. diſtin. iiij. vbi dicit eſt vnitas eccleſiæ, quæ late patet in ſacramentorum ſocietate & communione, quæ complectitur cum granis etiam paleas, quando eas corporaliter mixtas ita patitur, vt neque illas iuſti vitent neque ab illis iuſti vitentur. Sic ſunt in Eccleſia homines mali, vt in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore, & idem Auguſt. eodem libro in cap. quomodo. §. induũt. eadem diſtinct. Induunt autem homines ipſum Chriſtum aliquando vſque ad ſacramenti perceptionem, aliquando vſque ad vitæ ſanctificationẽ, atque illud primum, et bonis et malis poteſt eſſe commune, hoc autem proprium eſt bonorum & piorum, quod etiam comprobatur ex parabola illa Matthæi xiij. de ſagena miſſa in mare et ex omni genere piſcium congreganti, quam cum impleta eſſet educentes & ſecus littus ſedentes, elegerũt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerũt. Sagena enim iſta typum, & figuram habet eccleſiæ, vt in capite præcedenti diximus, & hæc bonos & malos continet intra ſe, & cõtinebit, donec veniat dies electionis, diſcretionis & iudicij, in qua (vt ipſemet Chriſtus dominus parabolam interpretatur) angeli ſeparabunt malos de medio iuſtorũ, ſagenam

ſagenam in conſummatione ſeculi euacuando, vt
4 per Auguſti. in libr. contra donatiſtas poſt colla=
tionem capit. x. Sic etiam in archa Noe ( quæ fi=
gura fuit eccleſiæ huius) animalia non ſolum mun
da, ſed etiam immunda fuerunt, habuit enim ho=
mines, & habuit ſerpentes, vt per Hieronymum
ad Gerontiam, & idem Hieronymus aduerſus lu
ciferianos ait, In archa Noe paucæ ideſt octo ani=
mæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, quæ & nos, nunc
ſimilis formæ ſaluos fecit per baptiſmum, & vt in
illa omnium animalium genera, Ita & in hac vni=
uerſarum gentium, & morum homines ſunt, &
vt ibi pardus & hedi, lupus & agni, ita & hic iu=
ſti, & peccatores, id eſt vaſa aurea, & argentea
cum ligneis, & fictilibus commorantur, & per
Auguſtinum de fide ad Petrum capi. quadrageſi=
motertio. vbi ait, Firmiſsime tene & nullatenus
dubites archam Dei eſſe catholicam eccleſiam, &
5 intra eam vſque in finem ſeculi frumento mixtas
paleas contineri, hoc eſt bonos & malos ſacra=
mentorum communione miſceri, & in omnium
profeſsione, ſiue monachorum, ſiue laicorum bo
nos eſſe ſimul & malos, nec pro malis bonos eſſe
diſcernendos, ſed pro bonis malos tolerandos, &
Hieronymus libr. 1. aduerſus Iouinianũ, ait archa
Noe, iuxta Apoſtolum Petrum typus fuit Eccle=
ſiæ, in qua octo animæ ſaluatæ ſunt, & archa hæc
plures habuit manſiones et nidulos et bicamera=
ta, et diuerſas beſtias, et pro qualitate animaliũ ha=
bitatio=



bitationes quoque maiores et minores. Et tamen,
quia omnia animalia munda, et immunda erant
intra archam, et obedientiam exhibebant Noe re
ctori illius arche fuerunt a diluuio liberata, vt per
Gregorium in capi. quia ex ſola xxiiij. quæſt. 1. di=
centem, vnde et aqua diluuij archam quidem ad
ſublimiora ſubſtulit omnes autem quos extra ar=
cham inuenit extinxit, et Hieronymus in cap. quo
niam vetus. xxiiij. q. 1. ſi quis in archa Noe non fue
rit peribit regnante diluuio, et Auguſt. lib. ij. con=
tra Creſconium grammaticum in ſcriptura ſan=
cta (quæ neminẽ fallit) Area dicta eſt eccleſia Dei
dominumq; ipſum cum ventilabro eſſe venturũ
et mundaturum aream ſuam, vt frumenta recon=
dat in horreo paleas autem comburat igne in ex= 6
tinguibili. Dicuntur autem mali, et peccatores
paleæ, quia leuiter cadunt vento tentationis, vt
per gloſſ. in can. eſt vnitas. de conſecratio. diſtin.
quarta. et ibidem Auguſtinus laborandum no=
bis eſt, vt frumentum eſſe poſsimus, et cum cœpe
rit importari frumentum dominicis horreis, tan=
dem fructum pro opere noſtro, et labore capia=
mus donec ergo veniat ventilabrum domini, et
importatio frumenti in horrea dominica paleæ 7
cum granis in area permixte tolerantur, iſtud
ipſum dici videmus de regno cælorum, quod eſt
eccleſia, aſsimilato decem virginibus Matthæi. vi
geſimoquinto. Quarum quinq; erant prudentes
quinque autem fatuæ, quæ omnes expectabant
ſpon=

ſponſum cum lampadibus, ſuis ſed adueniente
ſponſo in die iudicij non intrauerũt cum eo quin=
que fatuæ, quæ non habebãt oleum ſed a pruden=
tibus expoſcebant. Ante diem ergo iudicij fatui,
et prudentes admiſcentur, et Matthæi xxij. de eo=
dem regno cælorum id eſt militanti eccleſia per il=
lud conuiuium ſignificata omnes quidem inuitati
ſedebant in nuptijs ad menſam etiam is qui non
habebat veſtem nuptialem, et ibi remanebat accũ
bens donec intrauit rex pręfigurans, vel diem vni
uerſalis iudicij vel particularis, quod tẽpore mor=
tis vniuſcuiuſque ſumitur. Et quia vidit eum non
habere veſtem nuptialem, imperauit miniſtris, vt
ligatis manibus et pedibus mitterent eum in tene
bras exteriores et teſte Apoſtolo ſecundæ ad Ti=
motheum. ij. in domo magna quæ etiam typum
gerit eccleſiæ, vt capite præcedenti diximus, non
ſolum vaſa ſunt aurea et argentea, ſed et lignea, et
fictilia, et quædam quidem in honorem, quædam
8 autem in contumeliam. Et ſicut in cælo antequam
Michael faceret victoriam, et imperſcrutabile Dei
iudicium adueniſſet, angeli boni cum malis admi
ſcebantur, et ſicut ex coniugio Adæ et Euæ prio=
9 rum parentum nati ſunt Abel iuſtus et Cayn fra=
tricida malus, Geneſeos iiij. Et ſicut ex vtero Re=
beccæ, duo filij prodierunt ſimul Iacob electus, et
Eſau reprobatus, ſic etiam in vtero eccleſiæ noſtrę
boni et mali iuſti et peccatores, modo fidem con=
ſeruent reperiuntur, et intra eam exiſtunt etiam ſi
fuiſſent



fuiſſent excommunicati ſi tamen fidem catholicã
profiteantur & conſeruent, quia ratione fidei per=
tinebunt ad eccleſiam licet quoad ſuffragiorũ par
ticipationem ab eccleſia ſit ſegregatus excommu=
nicatus, & ideo in eum facilius demon ſeuit, quia
inuenit illum deſtitutũ ſuffragijs, & orationibus 10
confidelium vt per Echium in titul. de excommu
nicatione in Enchiridione, & Couarruuiam in ca
pit. Alma mater. de ſententia excommunicatio. in
princip. libri ſexti. Vnde apud nos dicebat Ar=
chidiaconus noſter in capi. recurrat. xxxij. quæſt.
iiij. quod eſt triplex vnitas eccleſiæ ſcilicet vnitas
corporalis habitationis vnitas communionis ſa=
cramentorum & vnitas gratiæ & charitatis in pri
ma & ſecunda ſunt boni & mali permixti in ter=
tia vero tantum boni, Omnes ergo qui per ianuã
ſacramentorum id eſt baptiſmum ſemel eccleſiam
introierũt, ſi non agnoſcamus hæreticos, aut ſciſ=
maticos, debemus inter fratres, & membra eccle=
ſiæ reputare quoad reliqua remittentes eos ad do
minum, qui ſcrutatur corda & renes hominum.
Hoc ſolum diſcrimen reperitur quod iuſti, & per
gratiam Deo coniũcti quorũ ſtatum ſolus Deus 11
agnoſcit, non vtcunque ſunt in eccleſia, ſed habi=
tant in penetralibus, & atrijs interioribus eccleſiæ
de quibus dicebat Paulus, qui adhæret Deo vnus
ſpiritus eſt cum eo, & vbi dominus eſt illic, & mi=
niſter eius erit qui facit voluntatem domini ſui, &
cum ſit in eccleſia per fidem, opera & gratiam, ac
E triplex

triplex funiculus difficile rumpatur, Eccleſiaſtes iiij. & cap. 1. de treuga & pace. difficulter etiam ab Eccleſia ſeparabitur guſtauit enim quam ſuauis eſt dominus his qui recto ſunt corde, & quam dilecta ſint tabernacula virtutum: qui vero per ſolam fidem, & fidelium communionem conſeruantur in eccleſia licet peccatis mortalibus irretiti ſunt quidem intra eccleſiam & domum iſtam, ſed habitant inferiores partes iſtius domus cum viliſſimis famulis expoſiti periculo naufragandi in fide, & cuilibet vento tentationis, quæ eos præcipue obſtinatos aliquando ab eccleſia exire compellat, & in hæreſes trahat ſi non reſipiſcant a peccatis reſurgentes. Excommunicati autem licet fidem conſeruent & propterea pertinere dicantur ad eccleſiam ſunt tamen per excommunicationẽ traditi in ampliorem ſathanæ poteſtatẽ, vide Couarruuiam in dict. capit. Alma mater. & Roffenſem aduerſus Lutherum artic. xxiij. & Caſtrũ de hæreſibus cap. vij. de excommuni. Nec quod eccleſiam ex bonis, & malis conſtare aſſeueramus repugnat auctoritati beati Pauli ad Epheſios. v. dicentis, Tradidit ſe Chriſtus pro eccleſia, vt illam ſanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitę, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non habentem maculam neque rugam, aut ali=
12 quid huiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & immaculata, quia verba illa intelligũtur de futuro ſtatu, quãdo ſcilicet exhibũt angeli & ſeparabunt malos de medio



medio iuſtorum in littore maris tunc enim erit ſine macula, non autem inſpecto ſtatu pręſenti quãdo decolorata eſtu tenet fideles ſuos in acie & militia, vt eleganter Hieronymus intelligit ſuper Hieremiam capit. xxxi. dicens, Vide quomodo illud Apoſtolicum, vt ſit ſine macula & ruga in futuro & in cæleſtibus ſeruetur, & Auguſtinus ad Valentianum cap. xxxiiij. inquit non ſolum omnia peccata, ſed omnia hominum mala prorſus Chriſtiani lauacri ſanctitate tolluntur quo mundat eccleſiam ſuam Chriſtus, vt exhibeat eam ſibi non in iſto ſeculo, ſed in futuro non habentem maculã, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Et profecto ſatis Apoſtolus iudicio meo, ſeipſum expoſuit dũ
dixit, vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam nõ ha 13
bentem maculam, aut rugam verba enim ibi ad vnum, & idem tempus referuntur, & vnica determinatione reguntur ergo eodem tempore & modo debent æqualiter determinari. l. iam hoc iure.
ff. de vulga. quando ergo erit glorioſa, tunc erit ſi= 14
ne macula & ruga: & quia qualitas adiecta alicui termino debet ſecũdum tempus illius termini cui adiungitur determinari. l. iij. §. hæc verba. ff. quod quiſq; iuris. §. proximus. Inſtit. de legiti. agnato. ſucceſsione. Glorioſa autẽ in hoc mũdo eſſe non poteſt, ſed gratioſa & placens Deo propter electos, qui intra eam ſunt cõſtituti quamuis rugas & maculas peccatorum hominum habeat intra ſe cum bonis admixtas, vt corpus humanum humores

bonos & malos continens intra ſe.
Nec etiam altera hæreticorum cauillatio catho=
licam hanc veritatem offendit. Dicunt enim ſi ec=
15 cleſia corpus Chriſti eſt, & Chriſtus caput eius,
quomodo peccatores, qui vitæ ſpiritualis exper=
tes ſunt, & pro mortuis reputantur, poterunt eſſe
membra corporis huius. Nam reſpōdetur, quod
glutinum, & colligatio horum membrorum eſt
identitas fidei per quam boni, & mali ſi catholici
alias ſint intra eccleſiam conſeruantur licet quoad
gratiam & charitatem mortuus ſit peccator, vt de
clarat eleganter Albertus Pighius lib. ij. eccleſiaſti
16 cæ hierarchiæ cap. 1. ſicut in ſimili videmus, quod
presbyteri peccatores baptizant & conſecrant ſi=
cut & Cayphas pontifex quamuis iniquorum ini
quiſsimus prophetauit Ioan. xi. & per Auguſti=
num in capit. prophetauit. 1. quæſt. 1. Sic fideles de
eccleſia ſunt quamuis peccauerint ſi fidem non a=
miſerunt quæ licet ſine operibus mortua ſit, teſte
Iacobo quoad gratiam & vitam ſpiritualē, tamen
quo ad conſeruandum glutinum illud fidei quo li
gatus erat peccator eccleſiæ non eſt omnino mor
tua ſicut non eſt mortua quoad miniſterium ba=
ptiſmi & conſecrationis, quod exercet ſacerdos
peccator, qui vere conſecrat & baptizat, & ſicut
videmus in corpore humano quod membrum li
cet ſit aridum tamen interim quo non a corpore
ſeparatur, ſpem habemus quod ex compactione
aliorum membrorum conſolidabitur, & palmes
in vi=



in vite manens antequam ab ea præſcindatur, fa=
cilius recuperabit virtutem fructum faciendi quā
ſi iam præſciſus ſit. Sic etiā Matth. ix. & Marci. ij.
qui paralyticum offerebant nudauerunt tectum,
vt in domo in qua erat Ieſus mitteretur, qui vidēs
fidem illorum dixit paralytico remittūtur tibi pec
cata tua, vide quomodo propter aliorū fidem ho=
minem paralyticum in domo Ieſu poſitum hoc
eſt in eccleſia ſanauit Chriſtus dominus & deniqꝫ
vt dixi ſupra ſunt mali cum bonis in eccleſia ſicut
paleæ, & zizania inter grana meſsis, ſicut humo=
res mali in corpore humano, & ſicut folia vana ar
boris permixta cum fructibus, ſciendum eſt præ=
terea Eccleſiam hanc comparatam ſagenæ miſſæ 17
in mari, & ex omni genere piſcium congreganti
non eſſe reſtrictam ad hanc vel illam prouinciam
tantum, ſed in omnes nationes, quæ ſub cælo ſunt
extendere vela & retia ſua ſicut dicebat Petrus A=
ctuum. x. In veritate comperi quia non eſt Deus 18
acceptor perſonarum, ſed in omni gente, qui ti=
met Deum & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi.
Et ad Rom. ij. ad Epheſ. vi. & ad Colloſſenſes iij.
Ita ꝙ ex quacunque natione veniant homines, ſi
voluerint, poterunt hanc ſanctam Eccleſiæ vnita=
tem introire, & Marci vltimo Præceptum fuit A=
poſtolis ire in vniuerſum mundum & prædicare
Euangelium omni creaturæ & ſenes iuuenes par=
uuli, qui lacte potantur infantię ſi baptiſmatis laua
cro fuerint purificati, omnes de quacunque natio=

 ne ve=

ne venerint in hac magna eccleſiæ domo & ouili recipientur etiam hæretici qui ab ea receſſerunt ca pit. ſuper eo. de hæreti. libr. ſexto. Si vere conuerſi hæreſes ab iurauerint.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Vnitas fidelium omni tempore fuit ſub præcepto & ſciſſura ac diuiſio condemnata.
2 Vnica Eua formata in coniugium Adæ & de latere eius ſopo rati deſignauit vnitatem eccleſiæ.
3 Vnica etiam archa Noe.
4 Vnica domus ad agni commeſtionem deſignata.
5 Vnica etiam columba.
6 Vnica & terribilis caſtrorum acies ordinata.
7 Vnitas hæc vltra figuras relatas varijs Pſalmorũ & Prophe- tarum autoritatibus comprobatur.
Chriſtus orauit pro vnitato eccleſiæ, quam vnicam ſuam ap pellauit.
8 Vnitas iſta repræſentat in nobis Dei ſimilitudinem, vt ſicut ab vno Deo omnes per creationem ſic ab vno Adam per propagationem in carne deriuamur.
9 Diuiſiones dominus puniuit in teſtamento veteri.
10 Vnitas linguarum per ſpiritum ſuperbiæ ſciſſa eſt in cõſtru ctione Babylonis, ſed Hieroſolymis per gratiam ſancti ſpi ritus linguarum varietas fuit in humilibus Apl̃is adunata.
11 Diaboli & inferni eſt diuidere inter fratres quia domin⁹ ædi ficans Hieruſalem diſperſiones Iſraelis congregauit.

# Caput Octauum, De vnitate huius ouilis, & de varijs autoritatibus veteris Teſtamenti ad eam confirmandam.

ANTEA



ANTEA QVAM Si-
gillatim declaremus, in qui-
bus conſiſtat vnitas iſtius oui
lis oportebit prius in genere
probare quantum Deus dile
xerit vnitatem fidelium in te-
ſtamento veteri & nouo quã
tumque diuiſiones & ſciſſuras opinionum fuerit
deteſtatus ac nouitatum inuentores. Concluſum
ergo fuit in præcedentibus vnicam fuiſſe Eccleſiã
hanc & futuram ab initio creati hominis vſque ad
ſeculi conſummationem, quãuis in lege veteri alia
pręcepta, ritus & ſacramẽta habuerũt fideles in fi-
de Chr̃i quę expectabant, & alia longe meliora &
perfectiora in lege euãgelica teneamus in fide Chr̃i
qui iam aduenit quæ præceptorũ diuerſitas, cũ ad
vnũ Chr̃m referatẽ & in vnico fidelitatis Deo præ
ſtandæ glutino & fundamẽto conſiſtat nullã eccle
ſiæ ſciſſurã inducit nec genericã diuidit vnitatem
Deo dilectiſsimã, ſed & tam in cuſtodiẽda lege ve
teri & præceptis, quę pro ſuo tẽpore habebant illi 1
quã in obſeruãda lege nr̃a fuit vnitas ſub pręcepto
relicta & ſciſſura, ac diuiſio condemnata, vt va-
rijs vtriuſque teſtamenti autoritatibus comproba
tur, quarum plures congerere & referre decreui,
vt cognito quantum Deo ſemper placuerit hæc
vnitas ex locis ſcripturæ citandis cognoſcamus,
& nos quantum etiam vnitatem diligere debea-
mus, ſi ad Deum noſtrum volumus pertinere.

 Et licet

Et licet vnitas in genere conſiderata in duas ſpe=
cies poſsit diuidi, vt per Bernardum ſermone. v.
de Aſſumptione, quædam enim eſt vnitas ſancto
rum alia vero facinoroſorum, de qua intelligitur il
lud Pſalmi. ij. Aſtiterunt Reges terræ & principes
conuenerunt in vnum aduerſus dominum, & ad=
uerſus Chriſtum eius, de hac tamen vnitate malo=
rum nihil ad titulum noſtrum, & licet vnitas bo=
norum dupliciter, etiam contempletur ab eodem
Bernardo ibidem, vna quæ glorificat altera quæ
iuſtificat, & licet idem Bernardus in ſermo. xliiij.
in paruis octo ſpecies vnitates recenſeat, videlicet
naturalem, carnalem, virtualẽ, moralẽ, ſpiritualẽ,
ſocialem, & principalẽ: vt ibi per eum, & licet Ar
chidiaconus noſter in. c. recurrat. xxxij. quæſt. iiij.
recenſeat triplicem vnitatem eccleſiæ, nos tamen
hic de vnitate fidei principaliter agere intendimus
per quam intra hoc ouile conſeruamur non quod
illa ſufficiat ad iuſtificationem conſequẽdam quia
ad hoc neceſſaria eſt vnitas gratiæ & charitatis cũ
vnitate fidei, ſed quia vnitas fidei catholicæ intra
hoc ouile nos conſeruabit iuxta inſtitutum quod
in hoc libello prętendimus. Hanc igitur vnitatem
eccleſiæ deſignauit in primis, teſte Clemente quin
to. in Clement. prima. de ſumma trinita. hiſtoria
2 illa Geneſeos. ij. Sicut enim de latere primi homi=
nis ſoporati formata eſt vnica Eua ſibi in coniu=
gium, ſic dicit Clemens de Chriſti latere profluen
tibus aqua & ſanguine formata eſt vnica, & im=
macu=



maculata ſancta mater eccleſia coniux Chriſti, &
Auguſtinus de ciuitate Dei, libro xij. cap. xxi. dice
bat quod ideo Deus formauerat Euam ex coſta
Adæ, vt intelligerent debere ambos viuere in vno
& amare ſe vt vnum, & Theodoretus ſuper Ge=
neſim dixit, quod ideo ab vno Adam fuit noſtra
generatio, & principium, vt vnitas facilius nobis
perſuaderetur, & in tantum Deo placuit vnitas
hæc quod Moyſes, quando Geneſeos primo re=
cenſet opera quæ dominus fecerat primo, tertio,
quarto, quinto, & ſexto diebus de ſingulis dixit, &
addidit, & vidit Deus quod eſſet bonum, de ope=
re autem in ſecundo die confecto non repetijt ver
bum illud, & vidit Deus quod eſſet bonum, quia
opus illud duplicem numerum continebat vt ele=
ganter ponderat Hieronymus libr. primo. contra
Iouinianum, & apud nos in ca. nuptiæ xxxij. quæ
ſtione. 1. Hanc etiam vnitatem ſignificauit vnica
archa Noe per aquam diluuij ad ſublimiora ſubla 3
ta Geneſeos. vi. & viij. vt ſicut regnante diluuio
perierũt omnes qui extra illam archam inuẽti fue=
runt credamus, & perituros eos qui extra ſanctam
eccleſiam & catholicam fidelium collectionem re=
perientur, & quando Deus de agni hoſtia come= 4
denda præcepit Iſraelitis Exod. xij. In vna, inquit,
domo comedetis, & nõ afferetis de carnibus eius
extra fores, vt per beatum Gregorium in ca. quia
ex ſola. xxiiij. quæſt. prima has duas hiſtorias ad
Eccleſiæ vnitatem ponderantem, & per beatum
E v Hie=

Hieronymum ſimiliter in cap. quoniã vetus. xxiiij.
quæſt. 1. & ſic vnitatẽ eccleſiæ vnica Eua, vnica ar=
cha Noe, & vnica domus ad agni comeſtionẽ de
ſignata deſignauit autoritate iſtorũ patrum & Sa=
lomon. vi. Canticorũ dicebat de eccleſia vna eſt co
5 lũba mea vna eſt perfecta mea, vna eſt Matri ſuæ
electa genitrici ſuę, de qua eodẽ capite paulo antea
dixerat terribilis, vt caſtrorũ acies ordinata, quia ſi
vnum ducem non agnoſcat, & in vnitate non per
maneat, in ordinata profecto ſemper erit, & cõfu=
6 ſa dicetur, quam Canticorũ autoritatẽ ad eccleſiã
applicatam inuenies per Cyprianũ in. c. loquitur.
xxiiij. q. 1. & per Hierony. in. c. omnibus. & per Pe
lagium Papam in ca. pudenda. eadem cauſa. &. q.
& per Auguſt. in. c. aliud. de conſec. diſt. iiij. vbi di
cit, per hanc ſtat vnitas eccleſiæ quæ ſignificat in
colũba, de qua dictũ eſt Canticor. vi. Vna eſt co=
lumba mea, & merito eccleſia cõparatur columbę
ſicut, & oui quia fideles intra eam exiſtentes debẽt
totis viribus laborare, vt ſint innocentes & miſeri
cordes ſicut columba infellita & immaculata, quę
& nobis ſimplicitatem oſtendit. ca. ex merito. vi.
quæſt. 1. & capit. ſi cupis. xvi. quæſt. prima. & ge=
mendo a moleſtijs quærit volare, vt iuſtus diſcat
velle eſſe cum Chriſto capit. aduerſitas. vij. quæ=
ſtione. 1. propterea Dauid poſtulabat pennas co=
lumbæ dicens. Pſalm. liiij. Quis dabit mihi pen=
nas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam. Et
ideo legimus Spiritum ſanctum in figura colum=
bæ ap=



bæ apparuiſſe. Ioan. primo. & dict. cap. aliud. & re
gius Propheta, ad hanc vnitatem alludens dice=
bat Pſalm. cxxxij. Ecce quam bonum & quam iu
cundum habitare fratres in vnum. & Pſalm. lxvij.
Deus qui habitare facit vnanimes in domo, &
Pſalm. cxxv. Hieruſalem quæ ædificatur, vt ciui= 7
tas ideſt ciuium vnitas, cuius participatio eius in id
ipſum, & Pſal. cv. Saluos nos fac domine & con=
grega nos de nationibus, & Pſalm. cvi. dicant, qui
redempti ſunt a domino, quos redemit de manu
inimici, & de regionibus cõgregauit eos. & Pſal.
lxxiij. Vt quid Deus repuliſti in finem iratus eſt
furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ memor eſto cõ=
gregationis tuæ quam poſſediſti ab initio quæ ver
ba ponderanda ſunt pro antiquitate iſtius ſancte
vnitatis, vt capite præcedenti dicebam, & Pſalm.
lxxvij. Et ędificauit ſicut vnicornium ſanctificium
ſuũ ſuper terram, quã fundauit in ſecula, ſed inter
alias pſalmorum autoritates põdera quid Regius
Propheta in perſona Chrĩ oret Pſalm. xxi. Erue a
framea Deus animã meã, & de manu canis vnicã
meã quẽ verſum elegãter Boniſa. Papa ad hanc ec
cleſiæ vnitatẽ retulit in extrauag. vnã ſanctã de ma
iorit. & obed. dicens, Orauit enĩ Chr̃s in illis ver=
bis pro anima ſua ideſt pro ſeipſo capite ſimul, &
corpore quod corpus vnicã meã nominauit, ideſt
eccleſiã vide etiã quid Eſa. xlv. dicat, Dicit dñs cõ=
gregamini, venite et accedite ſimul qui ſaluati eſtis,
& cap. lij. Et præcedit Deus & cõgregabit vos, &
cap. lv.

cap.lv. Deus qui congregat diſperſos Iſrael, &.1.
Eſdræ iij.et.ij.Eſdræ viij. Ad audiendã legẽ et ſa=
crificandũ Deo põderat ſcriptura, ꝙ cõgregatus
eſt omnis populus quaſi vir vnus deſignando vni
tatẽ in obſeruatione legis et ſacrificij neceſſariam
et Iudicum.xx. Congregatus fuit populus quaſi
vir vnus et vnius ſermone reſpõdit, et Neemias ij.
Machabæorum primo. Orabat dominum dicẽs,
Congrega diſperſionem noſtram, et Eccleſiaſtici
xxv. dicebat Sapientia, in tribus beneplacitum eſt
ſpiritui meo quæ ſunt probata coram Deo et ho=
minibus concordia, ſcilicet, fratrum amor proxi
morum, et viret mulier ſibi bene conſentientes,
et ſi vltra autoritates relatas voluerimus hanc vni=
tatem, et eius vtilitatem in principijs iuris natura=
lis et experientiæ fundare videatur, obſecro. Alber
tus Pighius lib.ij. ſuæ Eccleſiaſticæ hierarchiæ ca
pit.ij. vbi rationibus naturalis et diuini iuris com
probat quaſi per omnes naturæ partes diſcurrens
8 quantum omnia mundi entia ad ſui conſeruatio=
nem appetant vnitatem, et vltra eum nota, quod
teſte Auguſtino in ca. hæc imago trigeſimatertia.
quæſtione ſexta. Vnitas iſta repræſentat in no=
bis Dei ſimilitudinem, vt ſicut adeo omnes per
creationem ſic ab vno homine Adam per propa=
gationem in carne deriuemur, ex quibus autorita
tibus ſupra citatis intelliges quantum Deus dile=
xerit ſemper vnitatem, et ſatis aperte demonſtrat
proprietas vocabuli, quo in lege veteri vtebantur,
ſyna=



ſynagogam enim quæ latine ſonat congregatio,
appellabant ſuorum fidelium collectionem. con=
gregatio autem nihil eſt niſi multorum in aliquid
vnum vnitas & conuentus. Ex eo igitur vocabu=
lo comprehendemus vnitatem Deo dilectiſsimã
per fideles in lege veteri et iuxta eius præcepta fuiſ=
ſe obſeruatam in ijs quæ ad Deum, & ritum co=
lendi pertinebant, & ſciſſuras, ac diuiſiones vehe= 9
menter puniuit dominus in teſtamento veteri, vt
eſt videre.iij. Regum xij. & xiij. quemadmodum
ponderat Cyprianus in cap. denique.vij. quæſt.1.
epiſt.vi.ad magnum, dicens denique, quam ſit in
ſeparabile vnitatis ſacramentum, & quam ſine ſpe
ſint, & perditionẽ ſibi maximam de indignatione
Dei acquirant, qui ſciſma faciunt declarat ſcriptu=
ra diuina in libris Regũ, vbi a tribu Iuda & Ben=
iamin decem tribus ſciſſæ ſunt & indignatus eſt,
inquit, dominus omni ſemini Iſrael, & demoliuit
eos, & dedit eos in direptionem donec abijceret
eos a facie ſua, quia diſsipatus eſt Iſrael a domo
Dauid, & conſtituerunt regem ſibi Hieroboam
indignatum eſſe dixit dominum, quia ab vnitate
antiqua diſsipati fuiſſent & non obſtante ꝙ Ro=
boam Rex fecit malum coram domino. ij. Para=
lypomenon xij. indignatus eſt dominus cõtra de
cem tribus, quia ſe ab eius obedientia ſubtraxerãt
& pondera, catholice lector, quod plures fuerunt
diſsipati quam in vnione permanentes. Decem
enim tribus ſepararunt ſe & duæ vnitatem conſer
uarunt,

uarunt,vt non turberis etiam ſi videas plures eſſe
diuiſos & hæreticos quã catholicos,ſemper enim
fuerunt plures mali quam boni in mundo ſicut in
arbore plura ſunt folia quam fructus, & plures
ſunt vocati pauci vero electi, & vt ad inſtitutum
redeamus tanta indignatio domini fuit & eſt ad-
uerſus eos,qui ſe ab vnitate ſeparant,vt etiam ho-
mo Dei.iij.Regum xiij. qui miſſus erat ad expro
bandum hoc peccatum prohiberetur in terra illa
comedere panem & aquam bibere. Et quia hoc
non cuſtodiuit, diuina cenſura percuſſus eſt mor
ſu leonis,& in itinere occiſus. Refert etiã Cypria-
nus ibidem hiſtoriam,Numer.xvi. dechore Da-
than & Abyron,quos propter ſimilem ſciſſuram
ab vnitate,quæ erat ſub Aaron,terra viuos abſor
pſit quo genere mortis nullum crudelius fuiſſe re
fert Plutarchus apud Romanos, qui ſic veſtales
virgines pro delictis puniebant, vt refert viues in
additionibus ad Auguſtinum libro iij. de ciuitate
Dei capi.v.Conſideremus etiam hiſtoriam Gene
ſeos xi. quia quando terra erat labij vnius & ſer-
monum eorumdem placebat Deo ſed in pœnam
ſuperbi ædificij quod moliebantur gigantes, de-
ſcendit dominus, vt cõfunderet linguam eorum,
ita, vt vnuſquiſque non audiret vocem proximi
10 ſui,vt ibi ponderat ſcriptura, & ideo Beda Mar-
ci.v.eleganter dicebat bene in Babylonis conſtru
ctione linguram vnitas per ſpiritũ ſuperbiæ ſciſſa
eſt & in Hieroſolyma per gratiam Sancti ſpiritus
lingua-



linguarum varietas eſt adunata & bene illa confu
ſio hæc viſio pacis interpretatur, quia videlicet
electos in pluribus linguis & gentibus vna fides,
ac pietas toto orbe pacificandos confirmat, re-
probos autem plures ſectæ quam linguæ diſſo-
ciando conſundunt,& Oſeæ xiij.legitur ꝙ diabo
li & inferni eſt inter fratres diuidere dominus au-
tem ædificans Hieruſalem id eſt iſtam ciuium vni 11
tatem,& viſionem pacis,diſperſiones Iſraelis con
gregabit Pſal.cxlvi.& Pſalm.ci. dicitur,vt annun
cient in Sion nomen Domini, & laudem eius in
Hieruſalem, in conueniendo populos in vnum,
& reges vt ſeruiant domino. Paueat ergo, qui in
eccleſia Dei, quæ ſemper vna fuit, ſciſſuram ten-
tat inducere, & diſpergere congregatos in dño.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Chriſtus intenſæ & enixæ pro hac vnitate patrem orauit,& cum magna verborum repetitione vt ſint vnmu dicendo.
2 Chriſtus quaſi dolẽs lamentabatur de hac vnitate nõ ſeruata dicens Hieruſalẽ Hieruſalẽ quoties volui congregare &c.
3 Chriſtus ſeipſum in premiũ promittit ſeruantibus hanc vnitatem dicens ibi ego ſum in medio eorum.
4 Liberalitas ſingularis eſt vbi donator venit in donum,& datum eſt idem penitus cum datore.
5 Pacem vnitatis germanam ſepius Chriſtus in euangelio commendauit.
6 Chriſtus laborauit vſque ad mortem pro hac vnitate.
7 Vnitatem hanc deſignauit tunica Chriſti in conſultilis deſuper contexta per totum.

8 Chriſtus

8 Chriſtus congregatis in vnum apparuit poſt reſurrectionẽ, & ſpiritus ſanctus ſuper congregatos in vnum deſcendit.
9 Apoſtoli docuerunt nos hanc vnitatem varijs exemplis.
10 Paulus in epiſtolis ſuis deprecans nos humilibus verbis, & quaſi inferiorem ſe nobis cõſtituens poſtulat a nobis pro nobis hanc vnitatem docens nos eam conſeruare.
11 Vnitatem nihil eſt quod magis offendat quam obliuiſci prę latorum noſtrorum per in obedientiam & audire nouas, & peregrinas doctrinas.
12 Vnitas hæc tanquam articulus fidei fuit explicata in ſymbolo & ex quatuor ſignis eccleſiæ potiſsimũ eſt eſſe vnã.
13 Ordo literæ & ſcripturæ facit primo nominatum præſumi magis dilectum.
14 Vnitas eſt præcipua dos eccleſiæ.

# Caput Nonum, De varijs noui Teſtamenti autoritatibus hanc ouilis vnitatem comprobantibus.

QVANTVM IN LE=
ge noua Chriſtus Dominus
noſter commendauerit hanc
vnitatem facile intelliget, qui
legerit Ioan. xvij. vbi patrem
1 orans pro hac vnitate, ſic ait,
Pater ſancte ſerua in nomine
tuo eos quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut &
nos, & paulo inferius, Non pro eis tantum rogo,
ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorũ
in me, vt omnes vnũ ſint ſicut & tu pater in me,
Et ego in te, & vt ipſi in nobis vnum ſint, & cre=
dat



dat mũdus quia tu memiſiſti & ego charitatẽ quã
tu dediſti mihi dedi eis, vt ſint vnum ſicut & nos
vnũ ſumus, ego in eis & tu in me vt ſint cõſumma
ti in vnum pondera obſecro, catholice lector quã
intenſe & emxe Chriſtus patrem orauerit pro
hac vnitate & quotiens in prędicta oratione repe
tierit verba illla vt ſint vnum ſicut & nos & cum
illa dictione ſicut, que eſt teſte alberico indictiona
rio aliquando pluſquam ſimilitudinaria, & licet
hic non poſſit denotare omni modam ſimilitudi=
nem ſicut nec in illis verbis Matthęi. v. eſtote per=
fecti ſicut & pater veſter qui in cælis eſt, iuxta glo.
in. l. cuſtodiam. ff. de periculo rei venditæ vbi alle=
gat illud Matthęi, tamen ex tanta repetitione illo=
rum verborum vt ſint vnum & toties geminãdo
dictionem, ſicut denotatur quã vnice Chriſtus di
ligat hanc vnitatem ouium ſuarum neq; enim ob
aliã cauſam credere debes repetita toties illa ver=
ba niſi quia ſalus noſtra ab hac vnitate ſumit exor
dium ſuper hac vnitate etiam ſi pie vis contempla
ri quaſi dolens lamentabatur Matth. xxiij. dicens 23
Hieruſalẽ Hieruſalẽ quoties volui cõgregare filios
tuos quemadmodum gallina congregat pullos
ſuos ſub alas ſuas & noluiſti. In ſuper qui patrem
orabat pro hac vnitate & qui quaſi ſuper ca non
ſeruata dolebat, vide quid ſeruantibus eam pro=
mittat in præmiũ. Ait enim Matth. xviij. ſi duo ex
vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quã
petierint fiet vobis vbi enim ſunt duo, vel tres cõ=
F gregati

gregati in nomine meo ibi ego ſum in medio eo=
rũ. O vnitas in eſtimabilis pro qua no ſolũ Chri
ſtus orat & lamentatur ſed & ſeipſum promittit
in premium ſeruantibus illam non vt cuncꝗ nec
vbicunq; ſed in medio ipſorum, inquit, ſum, O ſin
gularis & admiranda liberalitas vbi donator ve=
nit in donum & datum eſt idem pænitus cum da
tore, quam larga & prodiga largitas cum tribuit
4 quis ſeipſum, vt verbis Vrbani Papę vtar in cle. ſi
dominum dereliquijs & veneratione ſanctorum,
licet ad propoſitum ſacramenti eucharistiæ dicta
fuerint. Confundantur ergo & auertantur retror
ſum, qui nouos errores ſuſcitant diſtinctos & diſ
ſonantes ab illa vnitate, quam ſemper ſequuta eſt
vniuerſalis eccleſia cernentes quantum Chriſtus
dilexerit vnitatẽ. Aduertamus etiam quãdo Chri
ſtus ad cœlos parabat aſcẽſum quomodo pacem
5 vnitatis noſtræ germanam diſcipulis commenda
uerit dicens multoties, pax vobis, pacẽ meam do
vobis pacẽ meã relinquo vobis. Ioannis, xij. tran=
ſumptiue in. c. niſi bella. xxiij; q. i. vide etiam Ioan
nis, x. quantũ ſuper hac vnitatẽ laborauerit dicẽs.
6 Et ego animã meã pono pro ouibus meis, et alias
oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas o=
portet me adducere, & fiet vnũ ouile, & vnus pa=
ſtor a quibus vltimis verbis tractatus iſte titulum
& nomen aſſumpſit. Hoc etiam prophetauit et
Cayphas quãuis malus, quia tamen erat Põtifex
anni illius teſtãte Ioãne, c. xi. euãgelij quãdo dixit
expedit



expedit vobis vt vnus homo moriatur pro popu
lo dicit enim euangeliſta. Hoc tamen ex ſemetipſo
non dixit, ſed cũ eſſet Pontifex anni illius prophe
tauit quia Ieſus erat moriturus pro gente & non
tantum pro gente ſed vt filios Dei qui erãt diſper
ſi congregaret in vnum. Hanc etiam vnitatem de=
ſignauit tunica illa Chriſti inconſutilis de ſuper cõ
texta per totum Ioannis decimo nono vt ponde=
rat Hieronymus in capitulo quoniam vigeſima
quarta queſtione prima & paſcalis Papa in capit.
ſicut. xvi. q. vij. dicens ſicut domini veſtimentum
ſciſſum non eſt ita nec eccleſia ſcindi debet, & per
Bonifacium Papam in extrauag. vnam ſanctã de
maiori. & obedien. & Auguſtinum Ioann. xix.
& in epiſtola ad ſeuerinum & cyprianum in epi=
ſtola de vnitate eccleſiæ. Hanc etiam vnitatis
dilectionem oſtendit quando poſt reſurrectionẽ.
Ioãnis. xx. apparuit diſcipulis congregatis in vnũ
dicens, pax vobis, & accipite ſpiritum ſanctum
&c. nec Thomæ Apoſtolo ab eis ſeparato voluit 8
apparere donec cum alijs eum congregatum in=
uenit, & in die pentecoſtes actuum. ix. non
deſcendit Spiritus ſanctus ſupra diſcipulos niſi
quando erant omnes pariter in eodem loco,
vnde Alexander Papa eleganter dicebat in cap.
audiuimus. xxiiij. quæſt. i. non niſi congrega=
tis in vnum dictum eſt accipite Spiritum ſan=
ctum, nec niſi ſuper congregatos in vnum
deſcendit Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes, 9

 Hanc

Hanc etiam vnitatis dilectionẽ docuerunt nos a-
poſtoli, de quibus dicitur actuum iiij. multitudinis
autem credentium erat cor vnum & anima vna,
& actuum. v. Et erant omnes vnanimiter in eodẽ
loco & actuum primo. Hi omnes erant perſeue-
rantes vnanimiter in oratione cũ mulieribus vn-
de Auguſtinus ſuper Ioannem ſermone xxiiij. &
in libro de vera penitentia, ſpiritus ſanctus multas
animas facit vnam animam & plura corda vnum
cor ſuper hac ſimiliter vnitate audivas illud electio
10 nis beatum Paulum in diuerſis epiſtolis loquen-
tem, & eam ſupra quã dici poteſt commendantẽ
qui ad Epheſios. iiij. ſic deprecatur nos. Obſecro
itaque vos, vt digne ambuletis ſolliciti ſeruare vni
tatem in vinculo pacis vnum corpus & vnus ſpi-
ritus, Sicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis ve-
ſtre vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma,
vnus Deus, & pater omnium. Pondera hic terq;
quaterque repetitam & commendatam vnitatem
& ad Philippenſes ij. vide quibus verbis tam hu-
milibus poſtulat a nobis pro nobis hanc vnitatẽ
dicens, ſi qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod
ſolatium charitatis, ſique ſocietas ſpiritus ſique
viſcera miſericordię, ſeu miſerationis, Impletegau
dium meum, vt idem ſapiatis eandem charitatem
habentes vnanimes id ipſum ſentientes, pondera,
obſecro, ſingula iſta deprecatoria verba & vim
illorum, vt intelligas quibus precibus, qua humili
tate quaſi ſe nobis inferiorem cõſtituens, qua de-
nique



nique verborum exaggeratione poſtulet a nobis,
vt intra vnitatem maneamus immobiles, & pr. ad
Corinth. xij. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in
vnum corpus baptizati ſumus & Paulo inferius
non ſit ſciſma in corpore, ſed in ipſum pro inui-
cem ſollicita ſint membra. Et idem vos eſtis cor-
pus Chriſti & membra de membro & ad Roma-
nos. xij. multi vnũ corpus in Chriſto ſumus, &
ſtatim addit, id ipſum inuicẽ ſentientes. Et ad Phi
lippenſes. i. euangelio inquit, digne conuerſamini
vt ſiue cum venero & videro vos ſiue abſens au-
diã de vobis quia ſtatis in vno ſpiritu vnanimes,
& ad Philippenſes tertio. Idem ſapiamus & in
eadem permaneamus regula & prime. ad Corin-
thios primo deprecatur nos pro eadem vnitate,
ſic dicens obſecro autẽ vos fratres per nomen do
mini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis oẽs, &
non ſint in vobis ſciſmata ſitis autẽ perfecti in eo-
dem ſenſu, & in eadem ſcientia & ſecunde ad Co
rinthios. xiij. Id ipſum ſapite & pacem habete &
Deus dilectionis & pacis erit vobiſcum. Vide e-
tiam quibus quaſi præſidijs & muris doceat nos
conſeruare hanc vnitatẽ qui ad Hebreos. xiij. poſt
quam dixerat charitas fraternitatis maneat vobiſ-
cum Paulo inferius dicit mementote prępoſitorũ
veſtrorum, qui vobis loquuti ſunt verbum Dei,
quorum intuentes exitum cõuerſationis imitami
ni fidẽ, doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci
Nã profecto, ſi recte conſideramus, nihil eſt quod 11

F 3 magis

magis hanc vnitatem offendat quam prepoſitorũ
noſtrorum, qui nobis loquuntur verbũ dei obli=
uiſci per in obedientiam & cõtemptum & audire
nouas varias & peregrinas doctrinas pro vnius
cuiuſq; libito & libidine imaginatas abſque appro
batione ſedis apoſtolicæ, & eorũ qui vices ipſius
gerunt in vnaquaq; prouincia. Et ad Timotheum
primæ vltimo o Timothæe depoſitũ cuſtodi de=
uitans prophanas vocum nouitates & appoſitio=
nes falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promit=
tentes circa fidem exciderunt &. ij. ad Timotheũ.
tercio. Tu vero permane in his quæ didiciſti, &
ad Titum cap. fin. ad mone illos principibus & po
teſtatibus ſubditos eſſe ſtultas autẽ queſtiones &
pugnas legis deuita hęreticum hominẽ poſt vnã
& ſecũdam correctionem deuita. Et beatus Iudas
Apoſtolus in ſua canonica neceſſe habui ſcribere
vobis deprecans ſuper certari ſemel tradite ſancte
fidei, & propterea in uicina ſynodo fuit additum
12 ſymbolo apoſtolorũ verbum illud. Et vnam ſan=
ctam Catholicam & Apoſtolicam eccleſiã vt tan
quam verum articulum fidei credamus & con=
fiteamur vnitatem eccleſiæ & huius ouilis quorũ
verborum autoritate dicebat elegãter Petrus aſo=
to quem refert hoſius Cardinalis in titulo de Ca=
tholica eccleſia in. ij. tomo fol. ccccclxxxj. quod vni
tas eſt ſignum magis certum eccleſiæ quia ex qua=
tuor ſignis & attributis quæ ibi dantur primũ eſt
vnitas in ordine ſcripturæ, Ita enim dicitur & vnã
ſanctam



ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiã. Pro
qua conſideratione fuit apud nos, quod dicitur vt
de pluribus nominatis in eadem ſcriptura primo
loco nominatum preferẽdum ſit. l. quoties. ff. de
vſu fructu quem allegat gloſſa in. c. loquitur. xxiiij
q. 1. & eſt tex. in. l. generaliter. §. ſi quidem. ff. de fi=
dei com. liber. vbi ſi teſtator legat certum prætiũ
pro redimendis duobus ſeruis ab eo nominatis ſi
precium non ſufficiat omnibus redimendus erit
primo nominatus tanquam magis dilectus vide
Domini cum in. c. fi. de offi. delega. in vj. Bald. in
l. ij. ff. de vulg. & felinum in. c. cum dilecta nu. iiij.
de reſcriptis per illa etiam verba ſimboli dicebat
hoſius in eod. tit. folio. ccccclxxxiij. quod vnitas eſt
precipua dos eccleſiæ nam vt ait Auguſtinus epi= 14
ſtola. cli. qui ab vnitate eccleſiæ diſjungitur quãuis
laudabiliter viuat hoc ſolo ſcelere quo ſe ab vnita=
te ſegregat non habebit vitam.

Ex Capite ſequenti.

SVMMARIVM.

1 Vnitatis perturbatores varijs penis & crudeliſſimo interitu domino percuſſit fuerunt etiam qui panem in terra ſciſmatica comederunt.

2 Vnitatem eccleſię qui non tenet quiſquis ille ſit prophanus ea hoſtis eſt nec poteſt habere Deum patrem.

3 Diuiſio ab hac vnitate ſceleratior eſt quam idolatria & prophetici libri exuſtio quia grauius fuit a domino punita.

4 Vnus Petrus pro pluribus reſpondia Matth. xvi. vni Chriſto vt vnitas in omnibus obſeruaretur.

5 Vnitas ſociales eſt forma cõuerſationes angelici & in rebus creatis nihil gratioſius audiri nec delectabilius cõcupiſci nec vtilius poſſideri ſolet.

 5 Vnum

Vnum præponitur multis quia multa ab vno non vnum a multis procedunt.

6 Vnitas & pax tam firmiſſimo colligatę ſunt vinculo vt vna ſine altera nec diſſolui nec ſeruari poſſit.

7 De vnitate eſſentię Dei etiam apud philoſophos fuit habita fides trinitate penitus ignorata.

8 Vnitatis gloria magna eſt quæ ab æterno in eſſentia deitatis collocata eſt.

9 Vnus de vno naſcitur & ſplendor lucis vnus eſt & vnum eſt verbum cordis nec in numerũ pluralem de fluit in corporea generatio nec cõparationẽ aliquã poteſt habere q vnicũ eſt.

10 Chriſtus ſicut vno patre in eterna generatione genitus eſt ita & in temporali ſecundum carnem vnica matre natus eſt ſine alterius coniunctione.

11 Naturæ ratio edocet omnem multitudinem ab vno proficiſci & natura agit in omnib⁹ quod optimũ eſt & perfectũ ſecundum ſpeciem ſingulorum.

12 Vnitas principium eſt omnium rerum & ei dualitas ſubiecta eſt & vnitas exordium eſt bonorũ dualitas vero malorũ.

13 Vnitas in boni portione cõſtituitur. Dualicas in parte malorũ, & in omniũ rerũ genere id optimum eſt quod vnicum vitioſa vero plurima ſunt & eſt fons & origo numerorum.

14 Pacis laudes multæ.

15 Vnitatem ſi habẽt decem vnus illorum nõ vnus dicitur ſed decuplus & eodẽmodo vnitas de vno facit millenum.

16 Mundus eſt maximus omnium viſibilium ſicut inuiſibilium maximus eſt Deus.

17 Mundus ſicut vnus eſt in quo omnes continentur ſic eccleſia vna in qua omnes fideles comprehendantur.

18 Vnicã appellamus rẽ quã plurimi ęſtimamus & propterea romanæ delitię nominarũt ab vnitate vnionẽ gẽmam precioſam rarã & ſingularẽ quarũ nulli duo in chõchis reperiũtur.

19 Sapientia cum ſit vna omnia poteſt.

20 Vnũ aliqd ſati⁹ eſt inſigniter facere quã plura mediocriter.

21 Vnam omnium naturã volens cõſtituere Deus ab vno creaturę principio in cœpit & ideo non duo viri nec vir & mulier a principio ſed vnus tantum vir creatus fuit.

22 Chriſtus initiũ ſignorũ quę fecit ad vnitatis miraculũ retulit.

Caput Deci-



# Caput Decimum, De diuerſis ſanctorum patrem doctrinis in commendationem huius tam neceſſariæ vnitatis & de proprietatibus eius.

QVAMQVAM VNItas hec tot ſacræ Scripturę autoritatibus cõprobata vlteriori confirmatione non indigeat, tamen ad conſolationem chriſtiãi & catholici lectoris viſum eſt mihi hoc capite aliquas ſanctorum patrũ autoritates referre, vt cognito quantum ſancti iſti martyres & confeſſores huic vnitati detulerint, perſeueremus in ea credentes magis doctrinę vitę & ſanctitati eorum quam ſuperbię, temeritati & libidini reproborum & diſcolarum, qui vt ſuis voluptatibus ſubſeruirent nudius tertius nouas ſciſſuras, & noua phantaſmata in po-
pulo fabricarunt. In primis, vt de beato Cypriano 1
loquamur, vide canonẽ eius, qui incipit denique vij.q.i. cuius verba retuli ſupra cap. vj. ad finem, vbi ponderat pænas populi Iſraelitici eo quod ſe ab vnitate ſeparauerit, & mortem illius prophetæ qui panem manducauerat in terra illa ſciſmatica & ab antiqua vnitate diuiſa refert etiam crudeliſſimum interitum chore Dathã & Abyrõ eo quod ſe ab vnitate ſacerdotis Aaron diuiſerant, tranſ-

 gredientes

gredientes officium ſuum vide etiam eundē bea=
tum Martyrem in. c. nouatianus & in. ca. factus
adem ca. & quę. vbi dicit, qui ergo nec vnitatē ſpi
ritus nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab
eccleſiæ vinculo ſeparat, nec vnitatem vult habe=
re, nec pacem. Et qui eccleſiæ non tenet vnitatem,
2 quiſquis ille fuerit de ſe multum iactans & pluri=
mum ſibi vendicans, prophanus eſt alienus eſt,
foris eſt, & adulter eſt, cū ſit a Chriſto vna eccle=
ſia per totum mundum in multa mēbra diuiſa. Et
idem ſanctus in c. alienus eſt. xxiiij. q. 1. dixit & ad=
didit alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt, habere
non poteſt Deum patrem, qui vniuerſalis eccleſię
non tenet vnitatem. Et cum Dominus vnanimi=
tatem diſcipulis ſuaderet in illis verbis quia ſi duo
ex vobis conſenſerint &c. Oſtendit non multitu=
3 dini, ſed vnanimitati deprecantium plurimū tri=
bui, quomodo enim poteſt ipſe cum aliquo cōue
nire, qui cum corpore ipſius eccleſiæ & cum vni=
uerſa fraternitate non conuenit. Et idem ſan=
ctus in. c. loquitur. xxiiij. q. i. ſic ait, loquitur do=
minus ad Petrum. Ego dico tibi quia tu es Petrus
& ſuper hanc Petram edificabo eccleſiam meam,
&c. Super vnum, inquit Cyprianus edificat ec=
cleſiam vt vnitatem manifeſtaret vnitatis eiuſdem
originem ab vno incipiētem autoritate ſua diſpo=
ſuit, & exordium ab vnitate proficiſcitur, vt eccle
ſia Chriſti vna eſſe monſtretur, & Paulo inferius,
quā vnitatē tenere firmiter & vēdicare debemus
maxime



maxime nos ipſi, qui in eccleſia Dei præſidemus,
vt ep̄atū quoque ipſum vnum & indiuiſum eſſe
probemus nemo fraternitatem fallat, ep̄atus vnus
eſt in eccleſia vna eſt quę in multitudine latius in=
cremento fæcunditatis extēditur, quomodo mul=
ti radij ſunt, ſed vnum lumen, et ramī arboris mul
ti ſunt ſed vnum robur tenaci radice fundatū. Et
quomodo de fonte vno riui plurimi defluunt, Et
numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis co=
piæ largitate, vnitas tamen intergra ſeruatur in o=
rigine, auelle radium ſolis a corpore, diuiſionē vni
tas non capit, ab arbore frange ramū, fructus ger
minare non poterit, a fonte pręſcinde riuum, prę=
ſciſſus areſcet. Sic & eccleſia per totum orbē dif=
fuſa Domini luce radios ſuos porrigit, vnum ta=
men eſt quod vbique diffunditur, nec vnitas cor=
poris ſeparatur, vnum caput eſt, et vna origo &
vna mater copioſæ fœcūditatis, adulterari nō po=
teſt ſponſa Chriſti incorrupta eſt & pudica, vnam
domū nouit, vnius cubiculi ſanctitatē in caſto pu
dore cuſtodit, hęc nos deo ſeruat, hec filios regno
quos generarit aſſignat, quiſquis ab eccleſia ſe=
gregatur adultere iungitur a promiſſis eccleſiæ ſe=
paratur, nec pertinet ad Chriſti pręmia, qui relin=
quit eccleſiam Chriſti, alienus eſt, prophanus eſt,
hoſtis eſt, habere nō poteſt Deū patrē, qui nō ha=
bet eccleſiā matrē, ſi potuit euadere, qui extra achā
Noe fuit, & q̄ extra eccleſiā foris fuerit euadet, mo
net dn̄s & dicit, qui non eſt mecū aduerſus me eſt
qui non

& qui nõ mecũ colligit, ſpargit, q̃ pacẽ Chriſti &
cõcordiã rũpit, aduerſus chriſtũ facit, qui alios pre
ter eccleſiã colligit, chriſti eccleſiã ſpargit, dixit dñs
Ego & pater vnũ ſumus, & iterũ de patre & filio
& ſpũ ſancto hi tres vnum ſunt, & quiſquis credit
hãc vnitatẽ de diuina firmitate veniẽtẽ ſacramẽtis
cęleſtibus coherentẽ ſcindi in eccleſia poſſe, & vo=
luntatẽ colligentiũ diuortio ſeparari, hanc vnitatẽ
nõ tenet, dei legẽ non tenet patris & filij vitã non
tenet, nec ſalutẽ, hęc Cyprianus martyr cuius ver
ba non potui non tranſcribere, quia elegãter in eis
nrãm cõprobat vnitatẽ vide etiã eundẽ Cyprianũ
in.c.neq; ad Cayn. xc. diſt. vbi ait. Neq; ad Cayn
neq; ad numera eius reſpexit deus neque enim pla
catũ deũ habere poterat qui cũ fratre pacẽ nõ ha=
bebat, ſic hi qui extra eccleſiã colligũtur opinãtur
ſecum eſſe Chriſtũ cum collecti fuerint tales etiã ſi
occiſi in cõfeſſiõe nominis Chriſti fuerint macula
iſta nec ſanguine abluitur nec paſſiõe purgatur. Põ
deremus ergo verba ſanctis martiris et paueamus
pęnas quas nobis minatur fugiẽtes nouitates et il=
luſiones iſtorũ q̃ a tã ſancta & antiq̃ vnitate rece=
4 dũt. Patres etiã cõcilij toletani in.c.nihil. i.q.i. dice
bãt cũ ſimus oẽs vnũ in Chriſto nihil cõtrarium
perſonarũ diuerſitas format vbi efficaciã ꝓſperita
tis vnitas fidei repreſentat, & aug. in.c. quia paſſus
de conſecra. diſtin. ij. dicebat ad cathecumenos.
Ecce quod accepiſtis quomodo ergo vnum eſt
quod factum eſt ſic & vos vnum eſtote diligen=
tes



tes vos, tenentes vnam fidem, vnam ſpem & indi 10
uiduam charitatem, quia heretici quando hoc ac
cipiunt teſtimonium contra ſe accipiunt, querunt
enim diuiſionem cum panis iſte indicet vnitatem,
vide ea quę ſupra capite ſecũdo retulimus. Beatus
etiam Hieron. in.c. non afferamus. xxiiij. q.i. ait tẽ=
pore quo dominus priora delicta recentibus pęna
rum exemplis cauenda mõſtrauit idolum fabrica
tum atque adoratum eſt propheticus liber ira re=
gis contemptoris incenſus & ſciſma tẽtatum ſed
idolatria gladio punita eſt exuſtio libri bellica ce=
de & peregrina captiuitate, ſciſma autem hiatu ter
re ſepultis autoribus viuis & cæteris cæleſti igne
conſumptis quis iam dubitauerit hoc eſſe ſcelera=
tius commiſſum, quod eſt grauius vindicatum?
hec Hieronymus, qua doctrina inſtruimur ſcele=
ratiorem eſſe ſciſſuram ab hac ſancta vnitate quã
ſit idolatria & prohetici libri combuſtio. vide etiã
eundem Hieronymum in.c. quoniam Ambro=
ſium. c. aduocauit Gregorium in.c. quia ex ſola
Bedam in.c. omnis et alios ſanctos patres in diuer
ſis canonibus. xxiiij. q. i. quorum verba tranſcri=
bere timor prolixitatis & moleſtię lectori futuræ
perturbat, ſed gloſſam ordinariam Matthæi. xvi.
tacere non poſſum, quæ ſuper illis verbis reſpon=
dens ſimon Petrus &c. ſic ait vnus reſpondet & 11
vni reſpõdetur, vt in omnibus vnitas obſeruetur.
et Caſſiadorus ſuper pſalmos dicebat habeatis v=
nitatẽ in vniculo pacis; Nec enim inueniri poteſt 12
forma

forma expreſſior conuerſationis angelicæ quam
vnitas ſocialis et Auguſtinus de ciuitate dei libro
decimo nono in c.xi. quem refert Guillermus be
nedictus in capitulo rai nuntius verbo mortuo ita
que teſtatore el primo numero ccxviij. de teſta=
mentis. Tale bonum eſt bonum vnitatis & pacis,
vt in rebus creatis nihil gratioſius ſoleat audiri,
nihil delectabilius concupiſci & nihil vtilius poſ=
13 ſideri. Sicut enim ſpiritus humanus nunquam
viuificat niſi membra ſimul vnita ſic Spiritus ſan=
ctus nunquam viuificat eccleſiæ membra niſi fue=
rint in pace vnita. Sed ſuper omnia hæc quamuis
optime & multum eleganter fuerint a ſanctis pa=
tribus iſtis conſiderata, audi ſanctam temerita=
tem beati Hilarij libro ſexto de trinitate loquen=
tis de iſta vnitate ad Deum, & deijs, quæ a ſan=
ctis apoſtolis & eorum ſucceſſoribus ab antiquo
tempore ædoctus fuerat, qui dicebat. His im=
medicabiliter imbutus ſum ignoſce omnipotens
Deus, quia in his commori poſſum, emendari
non poſſum. O diuinam & humilem audaciam.
O propoſitionem ſuperbam & obedientem Dei
poteſtati quaſi reſiſtentem, & ipſi Deo ſimul o=
bedientiſſimam Deo enim & miniſtris Dei ſe o=
bedire promittit, & ſimul Deo ideſt qui falſo no=
mine dei cõtraria imperet, vſque ad mortem reſi=
ſtere profitetur tam ſanctis præceptis & doctrinis
immedicabiliter imbutus & vnitatis amore ine=
briatus cuius vnitatis ardore vtinam omnes ine=
briaremur.



briaremur. Pondera etiam verba Richardi quæ
ſupra retuli capite ſexto ad finem ibi domine ſi er=
ror eſt a te ipſo decepti ſumus, & reliqua quæ ad
hoc propoſitum ibi adducit. Conſeruemus er=
go hanc ſanctam vnitatem Deo placentem &
quam patres noſtri annunciauerunt nobis ex v=
triuſque diuini teſtamenti autoritatibus collectã
de qua dicebat Auguſtinus ſuper illis verbis Lucę
x. porro vnum eſt neceſſarium & maria optimã
partem elegit, vnde meliorem? quia marta circa
multa maria vero circa vnum et pręponitur v=
num multis non enim a multis vnum ſed mul=
ta ab vno & Paulo inferius tranſit labor multitu
dinis et remanet charitas vnitatis vide etiam in=
cõmendationem vnitatis orationem habitam in
concilio lateranenſi ſeſſione. v. ſub Iulio Papa. ij.
in iiij. tomo conciliorum vbi inter cętera dicitur
neque enim ſeruari iuſtitia poteſt niſi & iuſtitiæ
vnitas & vnitati concordia copuletur vbi ele=
ganter probat nullum regnum ciuitatem do=
mum nauim congregationem & cœtum poſſe
ſtare atque permanere diu abſque hac vnitate tan=
ta eſt enim inquit inter pacem & vnitatem ne=
ceſſitudo & ſocietas vt cum arctiſſimo & fir=
miſſimo colligate ſint vinculo nullo modo vna
earum ſine altera diſſolui valeat aut ſeruari. Sed
attende obſecro ad alias diuinæ noſtræ vnita=
tis proprietates et excellentias, ex quibus etiam
intelliges quantum DEVS illam amauerit,
quanto=

quantoque ſtudio & ſolicitudine eam nos conſeruare teneamur. Imprimis enim vt ab ipſo ſummo deo & eius eternitate incipiamus. Contemplari nos oportet Deum ipſum in eſſentia vnum eſſe, quod apud chriſtianos & legis euãgelicæ profeſſores probare non oportet, cum Chriſtus Ioannis xvij. vt dixi capite pręcedenti orauerit patrem pro fidelibus ſuis dicens, vt ſint vnum ſicut et nos et Ioannes in ſua canonica dixerit tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo pater verbum et ſpiritus ſanctus et hi tres vnum ſunt et Geneſeos xviij. Abraham tres vidit et vnum adorauit quæ omnia citari ſolent ad trinitatem perſonarum et diuinæ eſſentiæ vnitatem comprobandã. Sed et ex gẽtilibus philoſophis qui doctores habebãtur teſte Auguſtino lib. iiij. de ciuitate dei cap. xi. et ibi Ludouico viues in additionibus ad eum dixerunt, Deũ vnum eſſe, qui licet trinitatem perſonarum non credebant, vnitatem tamen eſſentiæ pleno ore fatebantur: vt Ariſtoteles qui dixit Deus eſt ens vnũ et maxime bonum et plato vnum Deum principem aliorum credidit vt per eundem Ludouicũ in additionibus ſuis addiuum Auguſtinum de ciuitate dei cap. primo lib. v. macrobius etiã de ſomno ſcipionis relatus a tiraquello de iure primigeniorũ. q. xxiiij. dicebat quod monas id eſt vnitas ad ſummum Deum refertur eiuſque intellectum et ſequentium rerum et poteſtatẽ numero ſequeſtrat nec in inferiori gradu fruſtra eam poſt Deũ

deſideraueris.



deſideraueris. Et teſte trimegiſto quem idem tiraquellus refert ibi, hec illa eſt mens quæ e ſummo nata Deo vices temporum neſciens in vno ſemper quo conſiſtit & ad animã refertur quæ aliena a cõtagione materiæ tantum ſe autori ſuo ac ſibi dedens ſimplicem ſortita naturam cum ſe animãdæ immeſitati vniuerſitatis infundat nullum inijt cũ
ſua vnitate diuortium. Magna eſt ergo gloria vni 15
tatis que ab ęterno in eſſentia deitatis collocata eſt quam bene ipſa de ſe ipſa dicere poſſet quod de ſapientia inquit Salomon prouerbiorum. viij. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, ante quam quicquam faceret a principio ab ęterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret, non dum erant abiſſi & ego iam concepta eram, & reliqua, O admiranda & ineffabilis vnitas quę vt proprietas eſſentie Dei a multis gentilibus cognita fuit trinitate diuinarum perſonarum ab eiſdem penitus ignorata. Contemplare etiam verba ſimboli Apoſtolici et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum de quo etiam Paulus ad Epheſios. iiij. vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma, vnus Deus et pater omniũ. Vnus enim Deus pater vnicum filium Deum generat et a patre et filio vnicus Spiritus ſanctus procedit. Super quo beatus Cyprianus in expoſitione illius ſimboli et articuli huius aiebat per hoc
docemur, quod ipſe Chriſtus vnicus filius Dei ſit 16
et Dominus noſter, vnus enim de vno naſcitur,

quia ſplendor vnus eſt lucis, & vnum verbũ cor=
dis,nec in numerum pluralem defluit in corporea
generatio nec indiuiſionem cadit,vbi qui genera=
tur agenerante, non ſeparatur,vnicus eſt vt men=
ti ſenſus, vt ſapiẽtia ſapienti cordi verbum, vt for
ti virtus.Et Paulo inferius, & ideo recte vnicus di=
citur,vnicus enim eo ſolus eſt,quia ſolus natus ſit,
nec comparationem aliquam poteſt habere,quod
vnicum eſt. Vide obſecro Cyprianum ibi. Vnitas
ergo incredibilem autoritatem ſibi acquiſiuit ab
eſſentia generatione & proceſſione diuina.Quod
ſi ab ea volueris ad temporalem in carne genera=
tionem Chriſti Domini noſtri deſcendere contẽ
17 plare vnitatem illius qui vnicum & ſingularẽ na=
ſcendi modum ex vtero virginis prodiens & vni
tatis amator elegit vnam matrẽ in terris aſſumens
ſine patre terreno ſicut vno patre in eterna genera
tione genitus eſt ſine alterius commixtione vſq;
adeo diligens vnitatem,vt in ſeipſo vnico Chriſto
& in vnica ſua hipoſtaſi copulauerit diuinã natu=
ram omnium rerum creaticem cum natura huma
na creata, qui iuſtitiam & miſericordiã fecit de o=
ſculari, pacem & vnitatem inter eas componens,
qui factus eſt pax noſtra , & fecit vtraque vnum,
vt duos con dat in ſemetipſo in vno homine no=
uo fouens pacem , vt reconciliaret ambos Deo
per crucẽ interficiẽs inimicitias in ſemetipſo qui pa
cem euangelizauit his qui longe & his qui prope,
quoniam per ipſum habemus acceſſum in vno
ſpiritu



Spiritu ad patrem Paulus ad Epheſios.ij. qui de=
nique virginitatem & maternitatem in ſola vna,
Maria ſupra naturæ ordinem vniuit in orbe ter=
rarum. Sed vt iam ad terrena & naturalia ipſa
conuertamur vnitatis excellentia per ea quæ fa=
cta ſunt viſibilia comprobatur. Nam vt dicebat
patricius relatus a tiraquello vbi ſupra numero
decimo ſexto naturę ratio edocet omnem multi= 18
tudinem ab vno proficiſci: agit enim natura in o=
mnibus quod optimum eſt perfectumque ſecun=
dum ſpeciem ſingulorum, vt philoſophi omnes
tradunt,reſque ipſa ſatis comprobat.Sed vnitas i=
pſa quæ agræcis monas dicitur eiuſmodi eſt vt ex
ea omnia fieri omniaque iterum in eam reſolui ve
teres ſapientes putauerint. Cuius ſententiæ auto=
rem laertius circa initia librorum quos de vitis ſen
tentijsque philoſophorum conſcripſit, fuiſſe tra=
dit Muſeum athenienſem eumolpi filium,qui lõ= 19
go interuallo pręceſſit homerum.Pithagoras etiã
ſamius principium omnium rerum monadem id
eſt vnitatem dicit et ei dualitatem ſubiectam eſ=
ſe quemadmodum & Plutarchus in libro de=
dogmatis Philoſophorum & Alexander in li=
bro de ſucceſſionibus Philophorum & laertius
in libro de vitis et ſententijs Philoſophorum di= 20
cunt vbi vnitatem bonorum exordium appel=
lant, dualitatem vero malorum principium, v=
nitatis enim natura inſcia circumferentiæ, cœ=
lo temperiem, animis virtutem, corporibus ſa=
G 2 nitatem,

nitatem, domibus et ciuitatibus pacem, & animorum gignit concordiam. At dualitas diuerſa omnia, aeri enim tempeſtatem tribuit, animis malitiam, egritudines corporibus, ciuitatibus et domibus ſeditiones et diſſidia inducit, omne ſiquidem malum ex diſpari inoritur voluntate, et proinde homerus vnitatis naturam in boni portione conſtituit, in mali vero dualitatem. Et pithagoras vltra tiraquellum in ſuis relationibus ex parte boni ponebat vnum et ex parte mali pluralitatem. Galenus etiam libro ſecundo de ſanitate tuenda licet falſo a tiraquello allegetur lib. vj. ſcriptum reliquit in omnium rerum genere quod optimum eſt id vnicum eſſe, vitioſa vero plurima eſſe. Et ideo plato in timęo omnia ꝑducit ab vno, in philebo omnia vno metitur; in epinomi de omnia reducit ad vnum vſque a Deo philoſophi etiã gentiles et in ſolo lumine naturali ratiocinãtes dilexerunt vnitatem. Vide etiam tiraquellum ibidẽ vbi et a mathematicis mutuat dignitatem vnitatis quam fontem et originem numerorum appellarũt et initium ac finẽ omnium, vt apud nos gloſſa ſenſit in. §. Affinitatis inſti de Nuptijs et in. l. ſi quis ante. ff. de acquirem. poſſe. & ibi Bart. & Baldus in. c. cum in iure de electione et angelus cõſilio. lvj. quod incipit quę reformatio et beatus Bernardus libro. ij. de conſidera. ad eugẽnium inquit vbi vnitas ibi perfectio reliqui numeri perfectionem non habent ſed diuiſionẽ recedentes ab vnitate. Boe-

tius



tius etiam dicebat in libris de conſolatione quod vnitas pertinet ad rationem boni & quod omne quod eſt tam diu erit quam diu vnum erit & tunc deſinet quando vnum eſſe deſierit & origines homilia. ix. ſuper Ezechielem aiebat quod principiũ malorum eſt multitudo ac diuiſio, principium vero bonorum vnitas & a multitudine in vnitatẽ reductio. & prout dicebat Gregorius in moralibus relatus apud nos a Guillermo benedicto in repetitione cap. rai nuntius de teſtamentis verbo mortuoque teſtatore. i. nu. ccxxxvj. ſicut noxium eſt ſi vnitas deſit in bonis, ita pernicioſum eſt ſi non deſit in malis, peruerſos quippe vnitas corroborat dum concordat. Et hoc eſt quod dicebat Dominus Lucæ. xij. non veni pacem mittere in terram ſed ſeparationem a malis videlicet. Et Eſaias. lviij. diſſolue colligationes impietatis & faſciculos deprimentis. Et inter hoſtes procurare diſcordias ſapientis eſt ducis ſecundum vegetium de re militari capite. x. & ſalluſtius in iugurtino inter bonos amicitia cui fauendũ eſt inter malos factio eſt que poſſetemus diſſolui debet. Vnitas hec pacem procreat animorum & cõcordiam inter homines, de qua dicebat Dñs Zachariæ. viij. & tranſum ptiue in. c. ieiuniũ. lxxvj. diſt. dies planctus & ieiuniorũ q̃s hactenus habuiſtis in lutus ſciatis quia ego cogitaui vt benefaciã Iſrael domui Iuda & vobis cõuertam in letitiam & gaudium ita dumtaxat ſi veritatem diligatis & pacẽ quam Dominus in teſta- 21



mento

mento ſuo reliquit dicens pacem meam do vobis
pacem meam relinquo vobis Ioannis. c. niſi bella
xxiij. q. j. quæ pax Chriſto naſcente fuit per ange=
los decantata quando dixerunt gloria in altiſſimis
Deo & in terra pax hominibus bone voluntatis
Lucæ. ij. c. de hymnis. c. hi duo de conſecra. d. ij. de
qua Chriſtus Marci. ix. dicebat ad diſcupulos ſal
& pacem habete inter vos. c. ſi rector. xliij. dis &
Paulus ad romanos. xij. ſi fieri pōt quod ex vobis
eſt pacē habete cū omnibus hominibus, quæ ver
ba declarat optime beatus Gregorius in cap. inter
verba. xj. q. iij. dicens hoc difficile eſſe perſpiciens
pręmiſit Paulus ſi fieri poteſt & ſubiunxit quod
fieri poteſt cum dicit quod ex vobis eſt quia ſi nos
in mente charitatem erga odientes ſeruare cupi=
mus & ſi illi non habeāt nos ſine dubio habemus
& Salluſtius in iugurtino concordia parue res creſ
cunt diſcordia autē & maxime dilabuntur & Va=
lerius maximus dicebat, ſicut placidum mare ex
aſpero celumq; ex nubilo ſerenum Hilari aſpectu
ſentitur ſic bellum pace mutatum plurimum gau
dij affert. Et teſte Catone relato a benedicto vbi
ſupra ira odium generat concordia nutrit amorē
vnde Dominus appellatur Deus pacis primæ ad
Corinthios. xiiij. & pax roganda eſt iuxta illud
Pſalmi. cxxj. rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſa=
lem vide multa alia per Ludouicum romanū con
ſilio fina. & Guillermum benedictum in repe. ca.
raynuntius verbo mortuo itaque teſtatore el pri=
mo num.



mo num. ccxxvij. cum ſequentibus. Ex iſta etiam
vnitate & pace proficiſcuntur quaſi omnia virtu=
tum genera vt charitatis exercitia pacientia in tri=
bulationibus & alia multa quæ chriſtiano lectori
contemplanda relinquo quia teſte Bernardo ſer=
mone. v. de aſſumptione ſuper illis verbis porro
vnum eſt neceſſariū niſi opus tuum in vnitate fe=
ceris Deo qui vnus eſt acceptū profecto nō erit et
Paulo inferius omnis quippe creatura & maxime
rationalis debet ſuum principium imitari ſi ergo
Deus vnus eſt dicente Moyſe audi Iſrael Domi=
nus Deus tuus vnus eſt debemus & nos quiſque
vnus eſſe ſibi per integritatē virtutis & vnum cū
proximis per vinculum dilectionis vide multa in
laudem vnitatis ibi per Bernardum. De hac vnita
te dicebat eleganter pro more ſuo beatus Chriſo=
ſtomus homilia lilicet eum zaſius in conſilio pri= 22
mo num. vij. in. ij. tomo corrupte alleget homi=
lia. cx. quod ſi in vnitate ſint decem vnus iam non
eſt vnus ſed decuplus quiſq; eorum fit & et offen=
dens vnum illorum tāquam decem offendens re=
putatur & horū quiſq; viginti manus habet. Et
totidem pedes ac oculos et eodemmodo ſi ſint cē
tum aut mille et ſic eſt mirabile dicit ipſe quod v=
num facit millenum, quid referā amplius de vni=
tate niſi quod quælibet res quanto eſt magis v=
na tanto in maiori precio & eſtimatione repu=
tatur vt Sol vnus vna Luna vna auis phæniæ.
Vnus mundus de quo mundo dicebat eleganter

beatus Auguſtinus cap.iiij.libr.xj.de ciuitate Dei
quod viſibilium omnium maximus eſt mundus
& inuiſibilium omnium maximus eſt Deus, ſed
mundum eſſe conſpicimus, Deum eſſe credimus
& ibi viues refert varios philoſophos varia in or=
natum mundi philoſophatos & propterea quod
vnicus eſt mundus, & ornatiſſimus dictus eſt mũ
dus ab ornatu abſolutaque elegãtia eius vt ex pli=
nio lib.ij.cap.j.&.iiij.& ex Cicerone in libro defi=
nibus bonorum & malorum colligitur, quemad
modum ergo Deus vnus eſt et mundus ab eo fa=
ctus ſub quo continetur quicquid ſub toto cæli
24 ambitu factum eſt ſic vna eccleſia debet eſſe in qua
fideles omnes vniantur. Si vis etiam vnitatis ex=
cellentiam intelligere conſidera quod quãdo rem
pretioſam & nobis dilectiſſimam volumus ſigni=
ficare ſtatim hoc per nomen vnitatis exponimus
dicentes vnice res eſt vnicę diligo te, vnde plautus
25 in Bachide aiebat immo vnice vnum plurim pen
dit hinc dicebat apud nos eleganter Budeus in an
notationibus ad pandectas in.l. ſi ſeruus ſeruum.
§.fi. ff. ad legem aquiliam quod quibuſdam mar=
garitis & gemmis delitię romanæ impoſuerũt no
men vnitatis appellando eas vniones propter ea=
rum raritatem & ſingularitatem & quia etiam te=
ſte Plinio lib.ix.cap.xxxv. nullę duę in chonchis
reperiuntur. Vide obſecro quanti fuerit ſemper
vnitas eſtimata vt ab ea res precioſſimæ nomen
acceperint, Et de ſapientia dicebat Salomon et cũ
ſit vna



ſit vna omnia poteſt quaſi iſtam potentiam vni=
tati attribuens, Et teſte Platone quem refert Pari
ſius conſilio.vj.numer. xxij.vol. primo eſt indiui
ſibilis & de virtute vnita dicunt philoſophi quod
eſt fortior ſeipſa diſperſa cap.j. de treuga & pace
& teſte plinio iuniore lib.ix.epiſtolarum ad ruſti=
cum ſatius eſt vnum aliquid inſigniter facere quã
plura mediocriter & vnũ magnum præualet plu= 27
ribus paruis.li. ſi is qui.§.fi.ff. de excuſa. tutorum
& vt dicit molina de primogenijs Hiſpanorum
li. primo. cap. xj. allegando Tiraquellum vbi ſu=
pra omnis dualitas ad deſtructionem ſubiecti &
vnitas ad conſeruationem eiuſdem ordinatur &
ante eum Lucas de penna in. leg. quicunque. C.
de exactoribus lib. xij. cod. licet eum non alleget
Molina dicebat quod vnitas conſeruat res quas
dualitas annihilat ex quibus omnibus & alijs mul
tis quæ doctiſsimus lector conſiderare voluerit
facile deprehenditur vnitatis excellentia & quod
Deus elegit eam & preelegit eam & habitare fecit
eam in tabernaculo ſuo dilectiſſimo tanquam me
dium Deo ipſi omnium autori conformius & re=
bus precioſiſſimis ab eo creatis in quibus lampas
hec vnitatis reſplendet conuenientiſsimum. Vn=
de apud Platonem ciuitas illa iuſtiſsime ordinata
vocatur, in qua proprios quiſque neſcit affectus,
ſed communes & vnitos, vt refert Gratianus in c.
primo.viij.diſt. & vt dicit Ambroſius in c. nec il=
lud.xxxiij.q. v.ideo Eua ex coſta Adę formata eſt,
G 5 vt ſci=

vt ſciremus in viro & muliere, vnam eſſe naturam vnum fontem generis humani, ideo non duo a principio facti vir & mulier, nec duo viri nec duæ mulieres, ſed primũ vir & deinde ex eo mulier, vnam enim hominum naturã volens conſtituere Deus ab vno principio creaturæ hoc incipiens multarum & diſparium naturarum eripuit facultatem. Et eleganter Auguſtinus de hæreticis & ab hac vnitate ſeparatis loquens ait in cap. odit. j. q. j. odit Deus ſacrificia eorum & a ſe proijcit de teſtatur enim fetorẽ eorum & claudit nares ſuas. Et inter cætera propter quæ Chriſtus inuitatus ad nuptias venit Ioan. ij. crederem fuiſſe vt vnitatem diuerſorum corporum & animorum quam nuptiæ denotant vt ſupra cap. viij. diximus confirmaret et ſua corporali preſentia decoraret, etiã operando in eis initium ſignorũ eius quaſi quodam miraculum vnitatis aquam ſcilicet in vinum conuertendo et duas diuerſas ac diſtinctas naturas in vnam coniungendo. Quod etiam vnitatis miraculum tempore Theodoſij imperatoris factum legimus de duabas cathenis beati Petri hieroſolimitana et romana quæ ſic interſe vnitæ fuerunt. Vt non duæ ſed vna ab eodem artifice confecta reputetur.

Ex Capite ſequenti.

SVMMARIVM.

1 Hæreticorum controuerſia hec eſt vtrum eccleſia ſit pænes illos an pænes nos.
2 Chriſtus eſt paſtor prima eius huius Ouilis.
3 Chriſtus cælos aſcendens voluit paſtorem viſibilem & quem fideles agnoſcerent relinquere pro ſe.
4 Eccleſia quæ ab initio creati hominis ſemper fuit vna ſemper gubernata fuit per vnum præſidem viſibilem vices deigerentem.
5 Pontifex ſummus ſemper fuit vnus in lege veteri quem alij reuerebantur.
6 Chriſtus magis debuit prouidere ſuæ eccleſiæ de Pontifice quam Moyſes ſynagogæ.
7 Argumentum de figura ad figuratum et de vmbra ad veritatem & de lege minus perfecta ad legem perfectiorem (vt quę illic tanquam nobilia tenebantur a fortiori teneantur in lege perfectiori) validum eſt.
8 Vno ouili dato neceſſario dandus & pręſupponendus eſt vnus paſtor ſupremus quem alij reuereantur & ex vnitate regni infertur ad vnitatem regis & ediuerſo.
9 Chriſto ad cœlos aſcendente & cum hominibus amplius facie ad faciem in hoc mundo non debente conuerſari relinquendus erat ouibus paſtor pro eo viſibilis ſicut in. l. veteri, quia Deus non potererat ab hominibus videri datus fuerat alius paſtor pro deo viſibilis.
10 Argumentum ab idemptitate rationis validum eſt.
11 Pontifici ſummo mortuo in lege veteri ſtatim eligebatur alter in locum eius qui dicebatur ſedere ſuper cathedram Moyſi.
12 Pontificis conſtitutio in lege veteri non ad vitam Moyſi tantum reſtricta fuit ſed ad durationẽm illius legis & ſinagogę.
13 Sacerdotes licet multi fuerint in lege veteri vnus tamẽ pręſidebat ſupra alios qui reſponderet iudicij veritatem.
14 Hereſes ſchiſmata & omnes confuſiones naſcuntur ex inobedientia & contemptu huius ſupremi ſacerdotis.
15 Nouitates quaſi vipera & Baliliſcus in negocijs fidei ſunt vitandę.

Caput Capitulo

# Caput Vndecimum, De vni-
# nitate paſtoris gubernantis hoc
# Sanctum Ouile.

COGNITO IAM
quod vnum eſt ouile & vna ec
cleſia vniuerſalis, ſupereſt vt
etiam vnitatē paſtoris, & quis
iſte paſtor ſit, cognoſcamus
1 nam vt dicit Auguſtinus con=
tra donatiſtas, controuerſia hę
reticorum hec eſt, vtrum eccleſia Chriſti ſit pęnes
illos, an pęnes nos & propterea oportet intellige=
re quis ſit paſtor huius eccleſiæ & vnici ouilis &
breuiter notoria, quæ nec hęretici negant, percur
rendo, omnes confitemur paſtorem primarium
huius ouilis & precipuum caput eccleſię eſſe Chri
2 ſtum Ieſum Dominum noſtrum. Nam vltra auto
ritates ſupra allegatas, ipſemet de ipſo dixit Ioan.
x. Ego ſum Paſtor bonus. bonus paſtor animam
ſuam ponit pro ouibus ſuis & illud percutiam pa
ſtorē & diſpergentur oues Matthæi. xxvj. & Lu=
cæ. xij. dixit ad diſcipulos. Nolite timere puſillus
grex. Et ad Hebreos vltimo dicitur Deus autem
paſtor qui eduxit de mortuis paſtorem magnum
ouium in ſanguine teſtamenti æterni Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum apter vos in omni bo=
no. Sexcentas potuiſſem in earem autoritates ad=
ducere,



ducere, quas conſultus omitto, vt communes &
manifeſtas. Sed quādo iſte bonus paſtor poſt cō 3
ſummatam redemptionem humani generis ad cę
los parabat aſcenſum, licet Matthæi vltimo pro=
miſerit diſcipulis dicēs ego vobiſcum ſum vſque
ad conſumationem ſeculi & licet Ioannis. xiiij. di=
xerit. Non vos relinquam orphanos vado & ve=
nio ad vos, &c. nihilominus quia cælos aſcende=
bat & cum hominibus in hoc mundo corporali=
ter & facie viſibili ad faciem conuerſari non debe
bat, ſicut quando in terris viſus eſt triginta & tri=
bus annis. Ideo Paulo ante eius aſcēſionem voluit
relinquere loco ſui vniuerſalem vicarium. Cui to=
tius Domini gregis pręcipua cura demandaretur
& quem vt vices eius tenentem fideles agnoſce=
rent quemque facie ad faciem & corporaliter allo
querentur conſulentes eum tanquam præſidem
ſuper omnibus dubijs, quæ pro tempore ipſis fi=
delibus occurrere potuiſſent.

Ad comprobandam ergo huius vnici paſtoris
& pro Chriſto vicarij vnitatem, ponderāda ſunt
fundamenta & conſiderationes ſequentes. Impri
mis quod ſancta hęc fidelium collectio quę, vt ſu= 4
pra diximus, ab initio creati hominis ſemper fuit
vna ſemper etiam fuit gubernata per vnum præſi
dem viſibilem & hominem Dei vices gerentem,
vt eſt videre in lege veteri quæ figura eſt legis no
ſtræ quamuis enim Deus, cui nihil eſt impoſſibile
nec difficile, poterat liberare a diluuio multis alijs
vijs acto

viȷs octo animas & cetera animalia, voluit tamen, vt iſtud fieret mediante vna archa, quę typum eccleſiæ vniuerſalis gerebat, & quod in illa archa vnus Noe eſſe dux & rector et cum ipſo tanquam illorum præſide loquebatur Deus, & mandato ſolius Noe dimiſſus eſt coruus, & poſtea Colũba et ſic Deus omnia pertinentia ad ſalutem animarum intra archam exiſtentiũ operatus eſt mediante organo & imperio vnici Noe, ad eum enim ſolum dixit Deus Geneſis. vj. finis vniuerſæ carnis venit ad me fac tibi archam de lignis leuigatis & poſtea finito diluuio cap. 8. recordatus eſt Dominus Noe & dixit ei egredere de archa tu & filiȷ tui &c. Et a ſimili quando populum iſraeliticum de Egypto voluit educere, poterat quidem Deus cui omnia ſunt facilia momento populum in terram promiſſionis transferre vel capillo capitis ſicut Danielis vltimo fecit cum Abachuc propheta miniſterio tamen vnius hominis. Moyſi vſus eſt ad hoc, & vnus Moyſen ingrediebatur ad Pharaonem, & ad vnius Moyſi vocem operatus eſt tot prodigia, & mortuo Moyſe vnius Ioſuæ ducatu & preſidentia vſus eſt ad expugnandum terram illam quã promiſerat filiȷs Iſrael, ſic Reges, ſic duces, ſic principes ſacerdotũ elegit, ita quod vnus ſemper præ eſſet aliȷs, quemque cæteri reuererẽtur vt ſuperiorem & eos qui ab eius obedientia ſe ſubtrahebant vel etiam contra eum murmurabant ſuppliciȷs caſtigauit horrendis vt eſt videre de



re de chore datan & Abyron, & de maria ſorore Moyſi numerorũ duodecimo &. xvj. lege etiam teſtamentum vetus & videbis quod licet multi ſacerdotes fuerint vnus tamen fuit ſemper ſummus Pontifex & princeps Sacerdotum vt legitur Iudith. xv. Ioachim autem ſummus Pontifex venit de Hieruſalem in Bethuliam cum vniuerſis preſbyteris ſuis vt videret Iudith. & Marcio decima quarto dicitur, & adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem & Paulo inferius exurgens autem ſummus Sacerdos ſcidit veſtimenta ſua, &c. & actuum. xxiȷ. Princeps autem Sacerdotum Ananias iuſſit percutere os Pauli, & reſpondente Paulo percuciat te Deus paries de Albate, dictũ eſt ei, ſummum Sacerdotem Dei maledicis? & Paulus, neſciebam fratres quia princeps eſt Sacerdotum ſcriptum eſt enim Principem populi tui non maledices. Semper ergo fuit in lege veteri & Synagoga vnius ſummi ſacerdotis dignitas cõtinuata qui in dubiȷs conſuleretur & reſponderet deuteronomiȷ. xvij. cuius verba ſtatim exponẽda. 6
referam, ſi ergo vt eleganter Nazianzenus ponderat Moyſes Synagogę prouidit de vno Sacerdote Principe aliorum cur Chriſtus eccleſiæ ſuæ magis dilectæ non prouideret. Nazianzenũ allegat æchius in enchiridione titulo de primatu Petri, concludens eſt hoc argumentum 7
quod de figura ad figuratum, de vmbra ad veritatem & de lege veteri minus perfectã ad legem

ad legem euangelicam, multo perfectiorem aſſu=
9 mitur, vt per Ambroſium in. c. revera de conſe.
diſt. ij. Et illo vtitur frequentiſſime beatus Paulus
præcipue in epiſtola ad Hebreos cap. ix. & x. vide
etiam regium prophetam Pſa. lxxvij. ne ab ouilis
parabola recedamus qui poſtquam dixerat & edi
ficauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum in ter=
ra quam fundauit in ſecula, dicit & elegit Dauid
ſeruum ſuum de gregibus ouium de poſt fetantes
accepit eum paſcere Iacob ſeruum ſuum & Iſrael
hereditatem ſuam & pauit eos in innocentia cor=
8 dis ſui. Et profecto ſi vnum ouile confitẽdum eſt
vt ſupra probauimus, probatum remanet quod
vnus pro Chriſto paſtor et vicarius illud regere
debet, vt Ezechielis. xxxiiij. poſtquam de ouili
iſto facta fuerat mentio & de ouibus Iſrael dixit
Deus. Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui
paſcat ea ſeruum meum Dauid ipſe paſcet & ipſe
erit eis in paſtorem ego autem Dominus ero eis
in Deum & ſeruus meus Dauid princeps in me=
dio eorum & Ezechielis. xxxvij. & erit rex vnus
omnibus imperans & non erunt vltra duæ gen=
tes, nec diuidentur in duo regna, ex quibus verbis
facile colligitur quod ex vnitate regis infert Deus
ad vnitatem regni & ex remotione dualitatis re=
gnorum infertur etiam vnitas regis, ſi ergo vnum
eſt ouile vt ſupra concluſimus, neceſſe eſt quod
vnus ſit viſibilis paſtor eius & pro Chriſto a no=
bis in mundo vicarius poſtquam Chriſtus viſibi=
liter &



liter & corporaliter iam videri non poterat inter=
ris, neque enim videbit me homo & viuet dicebat
Dñus ad Moyſen exodi. xv. & Ioãnis. xvj. modi
cum, & videbitis me & iterum modicum & non
videbitis me quia vado ad patrem, & interpretan
do verba hæc dixit Paulo inferius iterum autem
videbo vos & gaudebit cor veſtrum & gaudium
veſtrum nemo tollet a vobis, quæ verba de viſio=
ne beatifica in gloria intelliguntur. Neceſſario er=
go relinquendus erat Chriſto ad cęlos aſcenden=
te et amplius conuerſari non debente viſibiliter
cum fidelibus ſuis in hoc mundo paſtor et Vica=
rius vniuerſalis pro eo ad ſuorum cõſolationem
et confirmationem in dubijs, quæ potuiſſent oc=
currere. Si enim in lege veteri, eo quia deus in mũ
do a ſuis videri non poterat, vt et ipſemet aduerte
rat Moyſi conteſtare populum ne forte velit trã=
ſcendere terminos ad vidẽdum Dominum et pe=
reat Exodi. xix. et. xx. vbi ad ſolas voces et lampa=
des et montem fumantem dicebat populus Moy
ſi, loquere tu nobis et non loquatur Dominus, ne
forte moriamur, ſi propterea inquam voluit Do
minus in lege veteri gubernari populum ſuũ per
vnum Moyſen, et per vnum ſuccedaneum paſto
rem viſibilem loco ſui. Militante hac eadem ratio
ne in Chriſto Ieſu Domino noſtro qui cælorum
excelſa tranſcendit et ſedet a dextris Dei, cur obſe
cro, in ouili hoc tam dilecto non debuit vnus pa=
ſtor et vicarius viſibilis pro eo relinqui, qui conſo

H larctur

laretur nos in oĩ anguſtia & dubitationibus nr̃is certiſsimũ preberet oraculũ, ſicut erat in Synago= ga illa valet eñ argumẽtũ ab idẽtitate rationis. l. ſi
10 ſocer. ff. ſolu. mat. & in auth. multo magis. C. de ſa cros eccl. Et ſi forte hereticus replicet. Noe & Moi ſen & Dauid tenuiſſe figurã ſolius chriſti Ieſu et in eo conſummatas fuiſſe figuras illas replicamus & nos ad hoc nõne Moyſe Dauide Aarone et deniq;
11 vno quoq; illo vno mortuo voluit Deus quod al= ter viuus & viſibilis in locũ demortui regeret Sy nagogã? qui ſummus Sacerdos erat & vt Matth. xviij. dicebat Chriſtus, ſuper cathedrã Moyſi ſe= derunt ſcribæ, &c. Nõne etiã Oſeæ primo legitur cõgregabũtur filij Iuda & filij Iſrael pariter & po nẽt ſibimet caput vnũ. Quẽ textũ ad hoc propo= ſitum citat gloſſa in. C. ad noſtram verbo eccleſię de hęreticis licet ſub nomine Iohelis cum ſit Oſeę nonne denique ex his probatur in lege veteri fuiſ= ſe vnius capitis conſtitutionem & vnius ducis pre ſidentiam in orbe terrarum ſic ergo Chriſto in cę lum aſcendente debebat vnus pro eo vicarius cõ ſtitui, qui regimen dilectiſsimæ eccleſię ſuſciperet. Quando enim Chriſtus & pro tẽpore quo Chri= ſtus in terris viſus eſt & cum hominibus conuer= ſatus eſt tunc nullus alius regebat puſillum illũ & Apoſtolicum gregem, quia licet Petro promiſſus erat Matt. xvj. non tamen collatus fuit niſi Paulo ante aſcenſionẽ Ioannis vlt. vnde Deut. xvij. non ad ſolã vitã Moyſi & Aarõ, ſed vſq; ad durationẽ eccleſiæ



eccleſię ſuæ dictũ fuit ſi difficile & ambiguũ iudi= ciũ apud te eſſe perſpexeris & iudiciũ intra portas tuas videris variari, ſurge & aſcende ad locũ, quẽ elegerit Dñs Deus tuus, venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fuerit illo tẽpore quereſque ab eis, qui iudicabit tibi veritatẽ iudicij facieſque quodcunque dixerint, qui præſint loco quem elegerit Dñus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſentẽtiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram, qui autem ſuper bierit nolẽs obedire ſacerdotis imperio ꝗ eo tẽpo re miniſtrabit dño tuo ex decreto iudicis, morie= tur homo ille et auferes malũ de Iſrael, cũctuſq; po pulus audiẽs timebit, vt nullus deinceps intumeſ= cat ſuperbia. Põdera obſecro, catholice lector ver ba illa ad tuã confirmationẽ, & in ſanctę huius vni tatis perſeuerẽtiã. Imprimis eñ ſicut ſupra dicebã Deus omnipotẽs cui oĩa ſunt poſsibilia potuiſſet facillime omnibus dubijs populi ſui multis alijs modis ſatisfacere, & tamẽ hoc mediũ tanquã ma= gis cõſonũ rationi naturali elegit ſcilicet ſacerdotũ reſpõſa qui in cõtinuo Dei miniſterio aſsiſtũt & nr̃am obediẽtiã pręfatis ſacerdotibus pręſtãdã vt populi ſit obedire, et ſacerdotũ diffinire iuxta id ꝙ pię & catholice reſpõdẽs pro vniuerſo populo Iſrael dixit Sechemias ad Eſdr. j. Eſdr. x. ſurge tuũ eſt diſcernere, nos erimus tecũ. Põdera etiã ꝙ etſi verba illa pluralitatẽ ſacerdotũ premittãt, tñ vnius iudicis vnitatẽ, & vnius ſacerdotis imperiũ ſupra

 alios,

alios prę ſuppònitur. Inqt enim, venies ad ſacerdo
tes leuitici generis, & ad iudicē, qui fuerit illo tem
pore. Ecce iudicis vnitatem cū pluralitate ſacerdo
tum ad mixtam, & ad oſtendendum magis iſtam
vnitatem dicit quereſque ab eis in plurali, & ſta=
tim in ſingulari, qui iudicabit tibi iudicij veritatē.
13 Quare enim ei qui a multis querebat, reſpondet
vnus? qui iudicabit, (inquit,) tibi iudicij veritatē
niſi vt iſtius vnici Pontificis ſupra alios vnitas &
autoritas deſignetur, vt & poſtea in ſingulari di=
cit, qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdo
14 tis imperio, ex decreto iudicis morietur. Nota pæ
nam inobedientie huius & vnici Sacerdotis con=
temptum, morte (inquit) morietur & æterna &
temporali. Et ſtatim addit, & auferet malum de
Iſrael malum (inquam) a quo cetera mala deri=
uantur, quia ex ſolo contemptu iſtius ſupremi ſa=
cerdotis hæreſes ſchiſmata, confuſiones bella &
id genus alia multa reſultant. Si enim huic v=
nico Pontifici debitam obedientiam præſtare=
mus, omnia iſta mala ceſſarent, quia vt proſequi
tur autoritas illa cūctus populus audiens timeret,
& nullus intumeſceret ſuperbia, delirans ſe quo=
que habere ingenium ad intelligendas ſcripturas
pro ſenſu ſuo: & hinc fit, vt trahatur vnus quiſque
ad deſideria ſua, & ad ea inuenit magiſtros prurië
tes auribus ſuis, & ſic incidit in malum, quod eſt
ſuper omne malum. Tu autē Catholice lector de
poſitum cuſtodi deuitans prophanas vocum no=
uitates



uitates & appoſitiones falſi nominis ſcientiæ quā
quidam promittentes circa fidem exciderunt pri=
mę ad Timothęum vltimo, quam autoritatē vide
Catholicę et eleganter declaratā a Pighio li. j. cap.
v. ſuæ Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ait enim. O Ti=
motheę imprimis exclamatio iſta magni aliquid,
prætendit & legentem excitat ad grande aliquid,
magnique momenti) depoſitū cuſtodi, id quod
tibi creditum eſt, non a te inuentum, quod accepi
ſti, non quod excogitaſti, rem nō ingenij, ſed do=
ctrinæ non vſurpationis priuatę, ſed publicæ tra=
ditionis rem a te perductam non a te prolatam. In
qua non autor eſſe debes ſed cuſtos non inſtitu=
tor, ſed ſectator, non ducens, ſed ſequens, deui=
tans quaſi viperam, aut Baſiliſcum prophanas vo
cum nouitates id eſt dogmatum & opinionū no= 15
uitates quæ ſunt vetuſtati, quæ ſunt vnitati con=
trarię, lege obſecro pighium ibi vt et permaneas
in ijs quæ didiciſti et credita ſunt tibi. Et nota qd
de ſapientia Salomon dixerit Sapientiæ. vij. et cū
ſit vna omnia poteſt & inſe permanens omnia in
nouat, et per nationes in animas ſanctas ſe tranſ=
fert, pondera obſecro rationem cauſalem, nempe
quod ab vnitate eius deriuetur, et quod omnia
poſſit, et animas ſanctas in ſe transferat per na=
tiones, autoritas enim iſta ad vnitatem paſtoris
etiam pertinet ſicut et ad vnitatem ouilis ſupra re=
tulimus.

Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Eccleſia militans quanto magis aſsimilatur triumphanti tanto perfectior erit in hiis in quibus ſimilitudo dari poteſt.
2 Primo perfectiſsimo principio quanto aliquid magis adhęret tanto perfectius & nobilius erit.
3 In Eccleſia triumphanti ſicut omnes Spiritus vnum Deum reuerentur ita in militanti omnes debemus reuereri vnum pro Deo paſtorem.
4 In vnitate bonitas conſiſtit & tanto aliquid magis de vnitate participat quanto magis in vnitate fundatur.
5 Vnum eſt ex parte boni & plura ex parte mali.
6 Vnus princeps ſupremus dandus in Spiritualibus quia principatuum multitudo mala eſt.
7 Vnitas pertinet ad rationem boni.
8 Vnio & a multitudine in vnum reductio eſt principiũ bonorum ſed diuiſio principium malorum.
9 Vnus princeps eſt in apibus & Grues vnam ſequuntur.
10 Roma condita duos fratres habere non potuit & ſic fratricidio dedicatur.
11 Regnum omne ab vnius principis vnitate diuiſum fuit deſolatum.
12 Vnus etiam præſidens inter Spiritus Angelicos eſt.
13 Michaelem Eccleſia paradiſi præpoſitum & primatem cæleſtis exercitus appellat.
14 Lucifer propter diuiſionẽ incidit in ſcandalũ ſcandalorũ.
15 Michaeli vt prę́ſidi tribuit victoriam ſcriptura in illa autoritate Michael pugnauit et fecit victoriam licet ipſe & angeli eius cum Dracone pugnaſſent.
16 Sol inter ſeptem ſiderum orbes conſtitutus eſt tanquam Imperatore omniũ a quo ſidera lumen accipiunt.
17 Hominis membra ab vno capite pẽdẽt pro cuius ſalute nõ dubitant alia membra proprio periculo ſe exponere.
18 Regni ſocietas nũquã aut cũ fide cæpit aut ſine cruore deſit.
19 Ciuitas vna nõ epiſcopos plures quaſi mõſtra debet habere.





20 Pontifices plures eligere eſt contra illum articulũ fidei vnã, ſanctam Catholicam Eccleſiam.
21 Argumẽtũ de parte quo ad partẽ valet de toto quo ad totũ.
22 Romani poſt varios modos regiminum inuenerunt rebus dictantibus eſſe neceſſarium reipublicæ, per vnum conſuli.
23 AEquales multi de facili diſſentiunt.
24 Tutela per vnũ facilius exercetur & ſegnius expediunt cõmiſſa negotia plures.
25 Miraculum eſt quod raro accidit.
26 Deus communiter operatur per cauſas ſecundas et media ordinaria ab eo conſtituta.
27 Vnitas hęc paſtoris & Monarchica gubernatio magis neceſſaria erat in Spirituali et Eccleſiaſtica republica.
29 Reſpublica Eccleſiaſtica excellit tẽporalẽ ſicut Sol Lunã.
30 Pręſcriptio nulla etiã immemorialiſsima currit contra obedientiam Papę.

# Caput Duodecimũ, De multis aliis fundamentis quibus hæc vnici paſtoris vnitas comprobatur.

QVAM CONFORmis & conſentanea Eccleſiæ triũphanti & cæleſti Hieruſalẽ ſit vnica hæc vnici Paſtoris & pro Chriſto vicarij gubernatio facile intelliget, qui mẽte & Spũ cõtẽplari voluerit Hieruſalẽ illam cæleſtẽ Regi vnius veri Dei & ſupremi Dñi diſpoſitione vt ad eundẽ modũ intelligamus Eccleſiã hãc in vnius rectoris adminiſtratiõe 1
fundatã quia quãto gubernatio militãtis eccleſiæ magis aſsimilat̃ triũphãti in ordine ſui regiminis

& in his in quibus ſimilitudo et conuenientia cadere poteſt tanto magis perfecta erit et ſecura. Et quanto aliquid plus adhęret primo et perfectiſsimo principio tanto nobilius erit vt dixit glo.not. in.§.cũque ante, verbo, altiori, Inſt. de bono. poſſ. vbi dicit quod altior eſt qui proximior Domino eſt et iuxta eum ſedet quam, gloſſam ſequitur Baldus in.l.obſeruare.§. antequam. ff. de officio proconſu. Ioannes de Imola in.l. qui ſoluẽdo la.ij.ff. de hęredibus inſtitu. Felinus in rub. de maiori. et obed. et alibi ſepe doctores pro qua gloſſa facit ꝙ Darius rex promiſit.iij. Eſdræ. c.iiij. Zorobabel et proximus mihi ſedebis et Geneſis. xlj. Pharao ad Ioſeph ad tui oris imperium cunctus populus obediet vno tantum regni ſolio te præcedam et ne mẽdicata ſuffragia quæramus facit illud quod de ſancto Dionyſio retulimus ſupra cap. vj. ad finem. ſcilicet quod eccleſia militans tunc conſiſtit decentiſsimo ordine et habet congruentiſsimum ſui ſtatus tenorem cum illi triumphanti in ſuperna ciuitate Hieruſalem celeſtium ſpirituum principatui conformatur. Quod autem eccleſia iſta militans facta ſit ad ſimilitudinem triumphãtis aperte demõſtrat autoritas illa Apocalypſis.xxj. Ecce ego Ioannes vidi ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, &c. et Pauli ad Hebręos.viij. dictum eſt ad Moyſen. Inſpice et fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte et
3 alia multa quæ ſupra diximus ca.vj. ex quo ſequitur quod



tur quod ſicut ibi vnum Deum et Dominum omnes Spiritus reuerentur cuius beatifica viſione confruuntur, ita etiam in hac militãti eccleſia vnũ pro Deo paſtorẽ viſibilem et Chriſti vicariũ conuerſabilem habeamus & veneremur, vt quãtum fieri poſſit Hieruſalem noſtra militans aſsimiletur in his in quibus ſimilitudo cadere poteſt illi cæleſti Hieruſalẽ triumphanti, vnde deſcẽdit teſte Ioãne & ſicut deus per quẽ omnia facta ſunt vnus eſt teſte etiã philoſopho qui dixit. Deus eſt ens maxime vnum et maxime bonum & Ioannes cap.v. ſuæ primæ canonicæ tres ſunt qui teſtimoniũ dãt in cœlo pater verbũ, & ſpiritus ſanctus & hi tres vnum ſunt & Ioannis.xvij. vt ſint vnum ſicut et nos vnum ſumus ſicut ſupra retuli. Ita etiam qui nos in terris regere debeat pro Deo et vt Chriſti vicarius viſibilis ſit vnus, quem ſubditi videant, tractẽt & alloquantur. Gubernatio enim tãto erit magis bona quãto ſit magis vna, quia appropinquat ad id quod eſt ſumme vnum ſumme bonũ & ſumme perfectum et ſic optima bonitas in vnitate cõſiſtit et tanto magis aliquid de bonitate participat quãto magis in vnitate fundatur et Pithagoras in ſuis relationibus ex parte boni ponebat vnũ, & ex parte mali ponebat plura, et Ariſtoteles.xij. methaphiſicę dicebat prope finẽ. Entia nolunt male diſponi et principatuũ multitudo mala eſt, et ſic vnus princeps. Et ethicorũ.iij. et.viij. concludit Monarchiã, quæ eſt principatus vnius iuxta. gl. in. c. fundamẽ- 4

 ta.§.

ta, §. ne autem verbo, Monarchiam de electio lib.
vj. meliorem eſſe & Boetius de conſolatione di=
cebat quod vnitas pertinet ad ratione bonj, & O=
6 rigenes Homilia. ix. ſuper Ezechielẽ principium
7 malorum multitudo & diuiſio, principiũ vero bo
8 norum vnio & a multitudine in vnitatẽ reductio.
quibus fundamentis neceſſe eſt confiteamur vni=
cum debere eſſe ſupremum pro Chriſto Vicariũ
& paſtorẽ huius ouilis, licet iſte ſanctiſsimus pa=
ſtor habeat & habere debeat ſub ſe alios paſtores
& miniſtros in partem ſollicitudinis paſtoralis, vt
infra ſuo loco dicemus. Nam pernicioſa fuiſſet et
peſtifera Dyomachia hoc eſt multitudo principũ
& paſtorum vnius ouilis habentium ęqualem in=
ter ſe poteſtatem pro eodem tempore.

Hanc etiam vnici & ſupremi pro Chriſto pa=
ſtoris viſibilis vnitatem comprobat Hieronymus
9 ex apum cõgregatione dicens in. c. in apibus, vij.
10 q. j. In apibus princeps vnus eſt Grues vnam ſe=
quuntur, & Roma condita duos fratres habere
non potuit, & ſic fratricidio dedicatur. In vtero
Rebeccæ Eſau & Iacob exiſtentes bella geſſerunt
hæc Hieronymus. Et certe ſi legas hiſtorias & an=
tiquas & nouiſsimas Eccleſiaſticas & ſeculares in=
telliges varias ſeditiones confuſiones & ſcandala
prouenisse ex principũ multitudine pro eodẽ tẽ=
11 pore ęqualẽ poteſtatẽ habentiũ, & quomodo o=
mne regnum ab vnius principis vnitate diuiſum
ac ſegregatum fuerit deſolatum quod etiam ſedi=
tionis



tionis genus & in cęlo ante Angelos in gratia cõ=
firmatos lucifero illi qui erat angelorum nobiliſsi 12
mus contigiſſe videmus factum eſt enim ſilẽtium 13
magnum in cælo dum Draco committeret bellũ
dicens ero ſimilis altiſsimo, &c. Michael autem
quod interpretatur quis ſicut Deus, & Angeli
eius pugnabant cum eo & fecit victoriam Apo=
calypſis. v. Propter quam ſeditionem incidit luci= 14
fer in ſempiternum ſcandalum ſcandalorum &
hunc triumphum & victoriam Michaeli duci &
principi exercitus Angelici attribuit ſcriptura Sa=
cra. Sic enim dicitur. Et Michael fecit victoriam
cum ipſe & Angeli eius cum Dracone pugnaue= 15
rint voluit enim Deus miniſterio Michaelis An=
gelorum præſidis vti ad hanc victoriam obtinen=
dam, ſicut de Moyſe dicebamus capite ſuperiori.
Et ſic etiam inter Spiritus Angelicos vnum pro
Deo præſidem & ducem Michaelem Deus con=
ſtituit. Sic enim de illo canit Eccleſia Michael præ
poſitus paradiſi quem honorificant ciues Angelo
rum, & in hymno illius dicitur ſed præcipue pri=
matem cæleſtis exercitus Michaelẽ in virtute con
tenerentur Zabulon. Quod ſi vltra Deum vnum
optimũ & maximũ & vltra vnum præpoſitũ Spi
rituũ Angelicorũ ad ipſa celeſtia corpora te cõuer
tas inuenies etiã ibi ſolẽ ipſum inter ſeptẽ illos errã 16
tium ſyderum orbes medium cõſtitutum tanquã
ducẽ & imperatorẽ illorum, a quo & ipſa ſidera
Lucẽ accipiũt & quaſi motuũ & ꝓgreſſuũ ſuorũ
ordina=

ordinationẽ vt elegãter hoc põderat Pighius lib.
ij.cap.ij.ſuę eccleſiaſticæ Hierarchię vbi etiam ad=
uertit. Et in vno homine reperiri quandam duali=
tatem et eam ab vnitate vnius hominis gubernari
17 & rurſum omnia corporis membra ab vno capi
te pendent pro cuius ſalute & conſeruatione non
dubitant cætera membra proprio periculo ſe ex=
ponere. Etiam in animalibus brutis ductis quodã
inſtinctu naturæ in amorem & conſeruationem
capitis proprij vniuſcuiuſque . Vnde eleganter
Baſilius ad religioſos dicebat Planetæ inferiores
ſubſunt ſuperioribus, & animalia bruta ducem ſe
quuntur, auis item vna cunctas ducit, apes in mini
ſterio regi obediũt, in corporibus quoque animã
tium cætera membra tuentur & venerãtur caput
& in partibus animę rationi appetitus ſubijcitur,
quod ſi ab eo deſciſcat in pręceps non ſolum ani=
mam ſed et corpus trahit, & Cyprianus de idolo
rum vanitate dicebat, quando regni ſocietas , aut
18 cum fide cępit aut ſine cruore deſijt? ſed Thebano
rũ germanitas rupta & permanens regibus diſsi=
dẽtibus etiã in morte diſcordia fuit & Romanos
geminos vnum non cæpit regnum quos vnũ vte
ri cæpit hoſpitiũ, Pompeius & Cæſar affines fue=
runt nec tamẽ neceſsitudinis Fœdus in æmula po
teſtate tenuerunt. Et idẽ Baſilius in Gordiũ marty
rem, naturę lex in nata apibus eſt, vt niſi rex prius
agmen pręcedat ab aluearibus nũquam diſcedãt,
vide obſecro Pighium vbi ſupra quaſi per omnes
naturæ



naturæ & mundi partes philoſophantem & pro=
bantem omnia acclamare & dicere in quocũque
regimine vnius principis vnitatem eſſe neceſſa=
riam & homerus in. ij. iliados dicebat non bona
multorum ditio rex imperet vnus , & quin=
tus curtius de geſtis Alexandri magni aiebat im=
perium quod ſub vno ſtare poteſt dum a pluri=
bus ſuſtinetur ruit & Lucanus nulla fides regni
ſocijs omniſque poteſtas impatiens conſortis erit
vt refert Archid. in. ca. in apibus. vij. q. j. & ideo 19
innocentius. iij. in. c. qm̃ qui eſt textus concilij la=
teranen. de offi. ordinarij dicebat prohibemus ne
vna & eadem ciuitas, vel dioceſis diuerſos Ponti=
fices habeat veluti corpus diuerſa capita quaſi mõ
ſtrum & gl. in. c. non autem. vij. q. j. dicebat quod
eligere duos ſummos Pontifices pro eodem tem= 19
pore eſſet contra illum articulum fidei vnam ſan=
ctam catholicam eccleſiam, quam ſingularem ap=
pellauit Panor. in. cap. quoniam & Archid . in. d.
can. non autem in principio dicit quod beatus Au
guſtinus qui viuente valerio Hiponenſi epiſcopo,
coepiſcopus cum eo fuit creatus dicebat de ſe ipſo
adhuc in corpore poſito patre meo ſene valerio
epiſcopus ordinatus ſum & ſedi cũ illo quod con
cilio Niceno prohibitum eſſe neſciebam, nec ipſe
ſciebat ſed ſpeciale ibi fuit, propter eximiam bea=
ti Auguſtini probitatem & ſcientiam, vt ibi per
Archid. ſimiliter & beatus clemens Papa in. ca. in
illis. lxxx diſt . refert quod beatus Petrus in ſingu
lis ciui=

lis ciuitatibus ſingulos ep̃os. & non plures conſti=
tui pręcepit. Ex quo etiã infertur quod ſicut in qua
libet particulari dioceſi reputatur monſtrum plu=
12 ralitas ep̃orum. ita & in hoc vniuerſali ouili. Quod
enim iuris eſt de parte quo ad patem debet eſſe
de toto quo ad totum. l. quę de tota. ff. de reivendi
ca. l. an pars. ff. pro derelicto. l. qui ſcit. ff. de vſur.
& apud noſtros iuris conſultos habetur in. l. ij. §.
22 nouiſsime. ff. de origine iuris vbi Põponius poſt
recitatos varios modos regiminũ quos Romani
experti fuerant dicit nouiſsime autem rebus dictã
tibus euenit vt eſſet neceſſariũ reipublicę per vnũ
23 conſuli. Nam multi equales de facili diſſentiũt vt
per Oldradum in conſi. vj. q. j. et textum in l. j. ff.
quod cuiuſq; vniuerſita. nomine preſertim cũ hu=
mana natura de ſeipſa prona ſit ad diſſentiendũ. l.
quia poterat. ff. ad trebellia. l. Item ſi vnus. §. fina. ff.
de arbi. c. quia diuerſitatem de conceſsio. prebẽde
& de adminiſtratione tutele dicebat iuris cõſultus
in. l. iij. §. apparet. ff. de adminiſtratio tutorũ. Appa
ret igitur pretori curę fuiſſe ne tutela per plures ad
miniſtretur ſane enim vnus facilius exercet & ex=
cipit ne per multos tutela ſpargatur, & facit verſus
quẽ ibi allegat gloſa. Segnius expediũt comiſſa ne
gocia plures, quę omnia neceſſario debent intelli=
gi quando eſſent plures qui non recognoſcerent
vnũ in ſuperiorẽ ſed vellent eſſe interſe equales et
paris poteſtatis, quia ad iſtos referuntur ſupradi=
cta & illud euãgelij omne regnũ in ſe diuiſum de=
ſolabitur.



ſolabitur. Et Lucas de pẽna in. l. fi. C. de delatori=
bus lib. x. cod. dicebat quod Dñs dicitur quaſi do
mi vnus & caput vnius corporis ſi enim plures eſ
ſe vellent Domini gubernatio ęconomica periret
ſicut cum plures magiſtri nauis eſſe vellent, & Tul
lius lib. j. de officijs dicebat ſic facere eos qui inter
ſe contendunt vter eorum rẽ publicam gubernẽt
vt ſi nautę certarẽt in medio maris & periculi quis
eorum nauim potiſsimum regeret. & Ariſtote=
les. ij. Politicorum ait. Politia vnius optima eſt ſed
multorum difficile eſt vt ſit bona. Vnitatem ergo
Pontificis & paſtoris pro Chriſto vicarij confite
ri neceſſe eſt, & hanc tanquã gubernationem cõ=
munem ordinariam & iuri diuino conformẽ ele=
git Deus et prælegit eam & fecit illam habitare
in tabernaculo ſuo qui dignatus eſt populũ ſuum
regere & conſeruare per media ordinaria & ratio
ni naturali conſentanea. Neque enim miraculis a=
gendum erat ſemper, quę Deus non operatus eſt 25
niſi vrgẽte cauſa quam imperſcrutabilis diuini cõ
ſilij diſpoſitio ſola ſciebat, et ideo a petentibus mi
racula tentari dicitur vt refert gloſa ordinaria
Matthæi. iiij. & ipſemet Chriſtus tentatori re=
ſpondit, quando petijt vt deorſum ſe mitteret
quia angelis ſuis Deus mandauit, &c. Nõ tẽtabis,
inquit dñm tuũ vnde dicebat gl. in. c. legimus.
xciij. diſt. quod miraculũ dicitur quia raro accidit
quod certe ratione naturali fundatur nõ enim eſt
petendum remedium extra ordinarium quando
adeſt

ad eſt ordinarium.l.in prouinciali.ff.de noui ope
nũtia &.l.in cauſę.ff.de minoribus ſi igitur prima
16 cauſa cauſarum hoc eſt Deus communiter opera
tur per cauſas ſecundas & miniſterio illarum quæ
ſunt magis communes & ordinarię & ad guber=
nationem cuiuſcunque rei publicę videmus de iu=
re naturali & diuino Monarchiam id eſt principa
tum vnius magis cõuenire propter confuſiones
& ſcandala quę ex multitudine etiam dualitate, vt
ita dixerim, duorum principum pro eodem tem
pore æqualem poteſtatem habentium prouenire
ſolent, profecto in eccleſiaſtica Hierarchia & Chri
27 ſtiana republica vnitas hæc paſtoris vnici magis
neceſſaria erat, quia vbi maius vertitur periculum
ibi cautius prouidendum erat.c.vbi periculũ de
electio.lib.vj.& hic agitur de gubernio animarũ,
& directione ſpirituum ad Deum, quæ eſt ars ar=
28 tium teſte Gregorio cap.p.ſui paſtoralis &.c.cum
ſit ars artium regimen animarum de præb.lib.vj.
præſertim cum tanta ſit differentia inter ſpiritua=
lia & temporalia, quanta inter Solem & Lunã re=
29 peritur.c.ſolitæ de maiori & obed. & Põtificatus
eſt luminare maius quod præeſt diei, & poteſtas
ſecularis eſt luminare minus, vt ibi dicitur. Monar
chia ergo iſta in ſpirituali republica magis conue
niens erat quam in tẽporali dominatione, & pro=
pterea optimo iure fuit ſtatutum quod cõtra obe
dientiam iſtius ſanctiſsimi vicarij nulla etiam im=
30 memorialiſsima preſcriptio currat. C.cum non





liceat a capite membra recedere de præſcrip. quia in his nemo poteſt eſſe acephalus, & tamen, vt ibi notatur videmus contra Imperatoris & Prin=cipis ſecularis obedientiam currere præſcriptio=nem, vt de multis ciuitatibus intelligimus iuxta notata. in l. hoſtes, de captiuis & poſtliminio re=uer. cum vulga. quæ ab obedientia Imperatoris ſe ſubtraxerunt titulo præſcriptionis, quod aſſere=re in Spiritualibus & reſpectu obedientiæ debitæ huic vnico Chriſti vicario, eſſet hæreticum & o=mnino deteſtabile, quia vt dicit Cyprianus in c. loquitur. xxiiij.q.j.nemo fraternitatem fallat, Epi=ſcopatus vnus eſt.

## Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Catholicum gregem varia inimicorum & perſequuntorũ genera quotidie circundant.

2 Chriſtum ſicut tentatum per omnia oportuit pati & ita intrare in gloriam ſuam ita & nos tentari oportet, vt in gloriã ipſius intremus.

3 Homo licet rectus creatus fuerit a Deo ipſe tamen multis ſe implicat quæſtionibus.

4 Chriſtus indicens bellum fidelibus ſuis arma eis neceſſaria ad bellum relinquit quibus pugnarent & ſic ad exemplum eius Paulus Ephæſijs quibus pugnandum dixit arma miniſtrauit.

5 Duces & principe exercitus erant deſignandi quorum exẽplo & doctrina firmarentur infirmiores.

6 Acies bene ordinata tunc dicitur quando habet vnum ſupremum ducem quem cęteri inferiores reuereantur.

7 Hæreſum perſequutio & ſchiſmatum contentio deteſtabilior eſt Eccleſiæ quam reliquæ.

8 Chriſtus veritas ipſa & Paulus prædicator veritatis mirabile dictu eſt quoties & quanta verborum exaggeratione de hæreticis futuris & fugiendis nos admonuerint.

9 Hæretici ſuo ventri ſeruiunt & per duces ac meloſos ſermones & falſas benedictiones teſte Paulo ſeducunt corde innocentium.

10 Vnitate iſtius paſtoris ſuccurri debuit molatã peſtifero & deo in hęreſum & ſchiſmatum remedium vnus fuit præpoſitus ne vnuſquiſque ad ſe trahens, Chriſti Eccleſiam rumperet.

11 Vnitatis vincula rumperentur ſi diuerſa capita eſſet in eccleſia Dei non recognoſcentia vnum caput viſibile ſupremum.

12 In vnitate & vnanimitate populi conſiſtit pax ſalus & bonum ipſius populi ad quam conſeruandam neceſſarius eſt vnus gubernator multis enim exiſtentibus paribus rectoribus in vna vniuerſitate & quolibet pręuidente quod ſibi foret delectabile vniuerſitas deſtrueretur.

13 Hęreſes et ſciſmata exorta ſunt licita quia vni ſacerdoti dei non obtemperatur & dum ille ſuperba quorũdam pręſumptione contemnitur.

14 Magiſtri plures nec debemus nec poſſumus eſſe.

15 Hęretici propter vnius ſacerdotis Dei obedientiam denegatam experiuntur diuerſos errores & prauas Sacrę ſcripturę interpretationes.

16 Pontifex ſupremus & vnus in lege veteri datus fuit propter hoc malum euitandum.

17 Intrinſeca ab vno quem illuminet gratia Sancti Spiritus reuelanda ſunt.

18 Paſtor iſte in his quę ad fidelium directionem pertinẽt errare non poteſt.

19 Vnitate hac vnici paſtoris nihil tranquillius & melius poterat inueniri ad ſedanda hęc mala & ideo fuit donum & inuentio Dei.

Caput



# Caput. XIII. De neceſſitate huius vnici paſtoris, & per Chriſto vicarij quo in particulari egebamus ad veram Euangelicę legis intelligentiam & ad reuincendos hęreticos, quos Chriſtus futuros eſſe prædixerat.

QVAM NECESSArius erat iſte vnicus paſtor & pro Chriſto vicarius viſibilis ad veram Sacræ ſcripturæ interpretationẽ & confundendos hæreticos, qui in veſtimẽtis ouium tanquam lupi rapaces Catholicum gregem perſequuturi erant facile intelliget, qui Spiritu & experientia ipſa conſiderare voluerit quot inimicorum exercitus non circundant, quot perſequutionum & tentationum 1
genera experimur quotidie, colluctatio enim eſt nobis aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia nequitiæ in cęleſtibus ad Ephęſios vltimo,
vt quemadmodum caput noſtrum Chriſtũ ten= 2
tatũ per omnia oportuit pati & ita intrare in gloriam ſuam, ſic & nos pati & tentari oportet vt in gloriã ipſius intremus. Ipſe enim hoc dixit, Si me perſequuti ſunt & vos perſequentur. Conſtitutis ergo nobis in tam periculoſo & aſſiduo certamine,&

ne, & contendere habẽtibus cum diabolo & An=
gelis eius, cum propria concupiſcentia & libidi=
noſa vnius cuiuſque ſenſualitate quę prona eſt ad
malum. C. omnis ętas. xij. q. j. §. ſiquis igitur. in au
thẽ. de Monach. col. prima. quia natura noſtra imi
3 tatrix eſt vitiorum. c. procliuis. xx. q. iij. & quia ho
mo licet eum Dominus rectum creauerit tamen
ipſe multis ſe implicat quæſtionibus Eccleſiaſtes
4 vij. æquum erat & rationi cõueniens vt Chriſtus
dux caput & princeps noſter aſcendens in cęlum
& nobis indicens in terris bellũ terribile muniret
exercitum ſuorum fidelium aggere vallo & armis
neceſſarijs ad faciendum in tentatione prouentũ
primæ ad Corinthios. x. ſicut ad exẽplum & imi=
tationem Chriſti fecit Paulus Epheſijs ſuis, qui in
eodem capite poſtquam eis pugnandum præ=
dixit, arma etiam miniſtrauit dicens, propterea
accipite armaturam Dei vt poſſitis reſiſtere in die
malo, et in omnibus perfecti ſtare, ſtate ſuccinti pe
des in præparationem Euãgelij pacis in omnibus
ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela
nequiſsimi ignea extinguere, & Galeam ſalutis aſ=
ſumite & gladium Spiritus quod eſt verbum Dei
per omnem orationem & obſeruationem orãtes
omni tempore, &c. Si ergo arma et omnia ad ob=
5 tinendam victoriam neceſſaria nobis Deus dona
uit, duces etiam & principes in iſto exercitu deſi=
gnãdi erant quorum exhortatione, induſtria imi
tatione & exemplo firmarentur infirmiores & de
biliores



biliores cõſolidarẽtur ac tribuni Cẽturiones quin
quagenarij & decani præficiendi erant ſicut Ie=
thro cõſuluit Moyſi Exodi. xviij. qui militum in=
feriorum curã haberent ſicut in omnibus exerci=
tibus & bellorum agminibus ſemper factum ſuiſ
ſe legimus et fieri videmus. Si igitur exercitus vnus
eſt, & fuit ſemper vt ſupra declarauimus, & Can=
ticorum. vj. dicitur de Eccleſia quod eſt terribilis
vt caſtrorum acies ordinata, quis obſecro, nõ in=
telliget caſtrorum aciem ordinatam, licet in ea ſint 6
multi duces & Centuriones referri tamen totam
ad vnius principis & ſupremi ducis obedientiam,
quem cæteri miniſtri exercitus & particulares mi=
lites reuereantur? Et quãdo vel Imperator vel rex
perſonaliter non aſsiſtit in exercitu ſuum tamen,
capitaneum & vicarium generalem conſtituit, in
cuius obedientia a reliquis eidem præſtanda con=
ſiſtit aciei & exercitus congrua ordinatio. Inter
cęteras autem perſequutiones & cõtentiones quę
cõtra fideles armantur vna fuit eſt et erit deteſtabi
lior cæteris, hæreſum ſcilicet & ſchiſmatum abo 7
minatio teſte Auguſtino contra donatis. lib. vj.
cap. xliiij. vbi ait, Hereticum hominem peiorẽ eſſe
quouis ethnico quantumcunque malo, quia exe=
crabilior eſt, qui ſub ſpecie mutui amoris prodit
amicum, De qua non ſolum Paulus & cæteri A=
poſtoli ac ſancti patres nos ſæpe ſępius aduerte=
runt, verum mirabile dictu eſt, quoties & de illis
futuris & fugiẽdis nos in Euangelio ipſo pręmo= 8

 nuerit

nuerit Chriſtus Dominus noſter, qui Matthæi xxiiij. ſic ait ad diſcipulos videte ne quis vos ſeducat multi enim venient in nomine meo dicentes, ego ſum Chriſtus & multos ſeducent & paulo inferius, & multi pſeudo prophetę ſurgent & ſeducent multos & ſtatim tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus aut illic nolite credere ſurgent enim pſeudo prophetæ, & pſeudo Chriſti & dabunt ſigna magna ita vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt, etiam electi, pondera, obſecro Chriſti exaggerationem, ecce prædixi vobis conſidera dictionem ecce quę non modicā aduertētiam poſtulat poſt tātam de futuris pſeudo prophetis monitionem ſi ergo prædixerint ecce in deſerto eſt nolite exire ecce in penetrabilibus eſt nolite credere. lege obſecro totum illud caput Matthæi & videbis quanta verborum exaggeratione & hæreſes futuras prænuntiet & fugiendum ab eis præmoneat. Vide etiam iſta eadē verba Marci. xiij. & Lucæ. xxj. quaſi in ſubſtantia. ſic etiam dixerat Chriſtus, Attendit a falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, vide etiam ad Galatas primo Paulum mirantem & in hæc verba clamantem. Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti in aliud Euangelium quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos conturbant & volunt conuertere Euangelium Chriſti, ſed licet nos, aut angelus de cælo

euangelizet



euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis anathema ſit ſicut prædiximus & nunc iterum dico ſi quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis anathema ſit, vide quibus verbis nos admoneat fugere ab hęreticis quaſi angelos de cælo cōtrariū docentes anathematizās ſi fieri poſſet, vt & chriſtus dixit, quod etiam in errorem ducātur electi ſi fieri poteſt tales enim exaggerationes non fierent per Chriſtum Dominum noſtrum, nec per illud vas electionis cælorum ſcrutatorē & conſcium archanorum Dei niſi grauitas & periculum materiæ ſubiectæ poſtularet. & ad Romanos cap. fin. vltimum vale dicens, ita exhortatur, rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis faciunt et declinate ab illis, huiuſmodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per 9
dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium, veſtra enim obedientia in omni loco diuulgata eſt, vide obſecro quam bene depingit nebulones iſtos noſtri tēporis, vide ad Timothæum, ad Titū, ad Epheſios, ad Corinthios, quaſi in omnibus epiſtolis videbis præceptū defugiēdis hęreticis, & ſchiſmaticis, qui ab huius ouilis & paſtoris vnitate recedunt, quid referā Petrū, Ioannē, Iacobum, & Iudā, qui oēs in ſuis epiſtolis malum hoc præcauendum, quia futurum annuntiauerunt, Oportet enim, inquit Paulus, hæreſes eſſe

I 4 vt qui

vt qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis,id eſt appareat vnuſquiſque quam tenax,& quam fidelis ſit Catholicæ fidei conſeruator,vt & Deuteronomij. xiij. dicitur, quia tentat vos Dominus an diligatis eum an non, & vt hoc palam fiat.

10 Huic malo tam peſtifero nihilo melius prouiderã potuit qui ſancti huius paſtoris & pro Chriſto vicarij viſibilis vnitate præmiſſa, vt dicit beatus Hieronymus in.c.legimus.xciij. diſt. Vbi ait quod vnus electus eſt, qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt,ne vnuſquiſq; ad ſe trahẽs Eccleſiam Chriſti rumperet, & gloſſa Matthæi.xvj. ſuper illis verbis, Tibi dado claues regni cælorum dicit, quod ideo principem Apoſtolorum fecit Petrum & paſtorem Eccleſię, vt eccleſia vnum Chriſti haberet vicarium ad quem
11 diuerſa membra recurrerent ſi forte inter ſe diſſentirent, quia diuerſa capita ſi eſſent in Eccleſia vnitatis vincula rumperentur, vbi Hieronymus, ait ex duodecim vnus eligitur vt capite conſtituto ſchiſmatis tolleretur occaſio. Albericus etiam noſter in prima conſt. ff. veteris allegando dantem
13 & fratrem AEgidium de regimine principũ, dicit quod in vnitate & vnanimitate populi conſiſtit pax ſalus & bonum ipſius populi, teſtante Caſsiodoro, qui ait, omni quippe regno deſiderabilis debet eſſet tranquillitas, in qua & populi proficiunt & vtilitas cuſtoditur, & multitudo ſibi ipſi diſſentiens oneroſa eſt, & nil habens ho-

neſti. §.



neſti. §. penultimo. in authen. de referenda.& ad eãdem gubernandam opus eſt, quod ſit vnus gubernator Prouerbiorum. xj. vbi non eſt gubernator, populus corruet, & ideo regimen quanto efficacius fuerit ad vnitatem conſeruandam tanto erit vtilius. Hoc autem commodius fieri poteſt per vnum quam per plures in pluribus enim requiritur quædam vnio ad hoc, vt modo debito regere poſsint vnici vero dicuntur plura per appropriationem ad vnum, multis enim exiſtentibus paribus in vna vniuerſitate rectoribus, & quolibet prouidente quod ſibi foret delectabile vniuerſitas de facili deſtrueretur & vnitas non poſſet in ſeipſa ſubſiſtere verba ſunt Alberi. vbi allegat Philoſophum. xij. Methaphiſicæ dantem fratrem AEgidium de regimine principum, & Magiſtrum Ioannem Pariſienſem in libro de poteſtate Papali & Imperiali, & illud Ezechielis. xxxviij. cap. ſeruus meus Dauid rex erit & paſtor vnus omnium illorum, vide obſecro Albericum ibi & elegãter Innocentius quartus in. c. primo. de homicidio lib. vj. dicebat, quod ideo Dominus vnum Vicarium viſibilem loco ſui reliquit in terris ne gregem pretio ſui ſanguinis glorioſi redemptum aſcenſurus poſt reſurrectionem ad patrem abſque paſtore deſereret, & vt ſuæ ſtabilitate fidei cæteros in chriſtiana religione firmaret eorumque mentes ad opera ſalutis accenderet deuotionis ardore, &

I 5 Cypria-

Cyprianus in epiſtola ad Cornelium dicebat, nec
aliunde nata ſunt ſchiſmata quam cum Sacerdo=
ti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ſa=
cerdos vice Chriſti cogitatur cui ſi ſecũdum ma=
giſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuer=
ſa non diſsidio vnitatis Chriſti eccleſiam ſcinde=
ret, & in Epiſtola ad Florentiũ ait, inde enim ſchiſ
mata oriuntur dum Epiſcopus qui vnus præ=
eſt ſuperba quorundam præſumptione contem=
nitur, & homo dignatione Dei honoratus indi=
gnus hominibus iudicatur, & idem in epiſtola ad
Gratianum, hęc inquit ſunt hęreticorũ initia & or
tus atque conatus ſchiſmaticorum male cogitan=
tium, vt ſibi placeant & præpoſitum ſuperbo tu=
more contemnant, ſic de eccleſia receditur, ſic al=
tare prophanum foris collocatur, ſic contra pa=
cem Chriſti & ordinationem, atque vnitatem re=
bellatur hæc Cyprianus martyr & doctor egre=
gius. Hic eſt, qui poteſtate ſibi tradita lupos ve=
nientes in veſtibus ouium arcere debet & perſua=
dentibus Chriſtum eſſe in domo, & in deſerto, &
14 penetralibus obuiare autoritate ſcientiæ ſibi do=
natę, neque enim plures magiſtri eſſe poſſumus,
teſte Iacobo, nec doctrinis varijs & peregrinis ab
duci nec ſeduci debemus ad Hebręos vltimo, nec
fluctuantes omni vento doctrinæ moueri debe=
mus. Sunt enim difficilia quædam in Sacra ſcri=
ptura, vt de epiſtolis Pauli dixit, beatus Petrus. ij.
Petri. iij. & teſte Paulo. ij. ad Corinth. iiij. opertũ
eſt euange=



eſt euangelium ijs qui pereũt, & teſte Hieronymo
in epiſtola ad Algaſiam oĩs epiſtola Pauli ad Ro=
manos, nimijs obſcuratibus inuoluta eſt. & in le=
ge veteri difficilia erant & ambigua quamuis lex
data et ſcripta fuiſſet in tabulis lapideis, ad quo=
rum ſolutionem neceſſaria erat ſummi ſacerdotis
autoritas, noſtra autem lex non fuit data inſcriptis
per Chriſtũ a principio, vt infra dicemus, & iſto
reſpectu magis indigebamus paſtore & pontifice
viſibili. Sed dicant hoc hæretici ipſi ſi fateri volũt
veritatẽ, ꝙ ſecta ſectas perditiõis, ꝙ errorũ diuer=
ſitates ꝙ prauorũ interpretationũ ad ſacrã ſcriptu
ram cõfuſiones experiuntur quotidię quod enim
vnus ſeminauit hodie cras alter conatur euellere
nouã ſuper ſeminans zizaniã, & Ezechielis. xiij. le 15
gitur. Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur
Spirituum ſuum & nihil vident. Vnico ergo viſi
bili magiſtro in terris opus erat nobis poſtquam
miraculoſam Dei reſponſionem ad dubia, quę oc
currere potuiſſent nõ meremur vt ipſe nobis cer=
tiſsimũ pręberet oraculũ queẽadmodũ in lege ve=
teri prouiſum extiterat in illa autoritate Deutero= 16
nomij. xiij. ſuperius declarata & Deuter. xiij. ad=
uertitur. Si ſurrexit in medio tui ꝓpheta aut qui
ſomniũ vidiſſe ſe dicat, et p̃dixerit ſignũ, atq; por=
tentum et euenerit quod loquutus eſt et dixerit ti=
bi eamus et ſequamur deos alienos quos tu igno=
ras et ſeruiamus eis, nõ audies verba prophetæ il=
lius, aut ſomniatoris, quia tentat vos dominus vt
palam

palam fiat, an diligatis, eum, an non. Quis ergo
nobis dicet ſi eſt ſomniator an non maxime cum
videamus portentum illud quod fecit & eueniſſe
quod loquutus eſt, vt vbi dicitur? Quis in quã no
bis poterit ſatisfacere, qui ſumus infirmi & omni
vento doctrinæ circumferimur, ſi non ſtatuamus
vnum Archimagiſtrum & pro Chriſto doctorẽ
cuius obedientiæ & reſponſo tenaciter inhęrea=
mus præſertim cum tot Pſeudo Prophetas & hæ
reticos veritas ipſa Chriſtus & Paulus prædica=
tor veritatis vẽturos prędixerint? Quem obſecro
infirmorum non decepiſſet tot prodigijs Simon
Magus, ſi Simon Petrus ei non obuiaſſet? Si Pau
lus dicit, nolite omni ſpiritui credere, opus eſt er=
go quod aliquis Spiritus certus & infallibilis cir=
ca rem tam neceſſariam præſupponatur in terris,
cui credere debeamus? Si primæ ad Corinthios.
viij. et ad Coloſſẽſes. ij. dicitur, Nemo vos decipiat
in ſublimitate ſermonum per Philoſophiã & ina
nem fallaciam, nõne oportet eſſe aliquem vnum,
qui nobis ediſſerat illam eſſe inanem fallaciam cũ
ſermonum ſublimitate permixtam & iſtum eſſe
falſum prophetam qui licet oculis ſimplicibus ap=
pareat veſtitus veſtimentis ouium Lupus ta=
17 men rapax eſt intrinſecus? Intrinſeca ergo ab
aliquo vno quem illuminet gratia Spiritus San=
cti reuelanda ſunt quemque nos viſibilem agno=
ſcamus reſpõſorem, poſtquam miraculoſam Dei
& Chriſti Ieſu reſponſionẽ neque meremur, neq;
expecta=



expectamus niſi per ſacram iſtius vnici paſtoris et
pro Chriſto vicarij doctrinam & monitionẽ, qui
lac paruulis & eſcam alijs ſuo tempore miniſtra=
bit. Vnde Hieronymus eleganter in. d. c. legimus.
xciij. diſt. dicebat, quod autem vnus electus eſt in
ſchiſmatis remedium factum eſt ne vnuſquiſque
ad ſe trahens Eccleſiam Chriſti rumperet. Et idẽ
Hieronymus aduerſus luciferianos ait. Eccleſiæ
ſalus in ſummi Sacerdotis dignitate pendet cui ſi
non exors quędam & ab omnibus eminens pote
ſtas detur tot in Eccleſia efficiẽtur ſchiſmata quot
Sacerdotes. Hunc ergo vnicum paſtorẽ ſequi &
venerari debemus & eidem in omnibus quę prę= 18
ceperit humiliter obedientes confiteamur eum in
his quę ad ouilis gubernationem pertinent errare
non poſſe, qui ſicut eſt pro Chriſto vicarius ita et
ab ipſo Chriſto regitur in his quæ vt Chriſti vica
rius operatur, & diſponit ad gregis ſibi commiſſi
directionem, & hoc fundamẽto ſolido & Catho
lico præmiſſo, neque oues huic paſtori obediẽtes
errabunt, neque Deus ſtante lege eas de tali obe=
dientia reprehendet, quia qui fecit eas oues hu=
ius ouilis voluit eas eſſe humiles & obedientes pa
ſtori eiuſdem ouilis, & poterunt dicere cum bea=
to Hilario, His immedicabiliter imbutus ſum, in
his commori poſſum, emendari non poſſum &
pabulum mihi a tuo paſtore & vicario miniſtra=
tum, a te miniſtratum Deus meus agnoſco magis
volo ouis tua de illa obediẽtia, quam mihi prę=
cepiſti

cepiſti tibi ſatisfacere quam de ſacrificio iuxta con ſilium ſerui tui Samuelis primi Regum. xv.ca. ſi= qui ſunt presbyteri lxxxj.diſt.& cap.illud.de ma iori.& obed.eligat paſtor a te conſtitutus prata in quibus depaſcere debeam, quia nociua eſſe non poterũt,& ſi potuiſſent nocere, quod ſteterit im= poſsibile, non ab oue obedienti,ſed a paſtore tuo quem mihi dediſti rationem ſuæ villicationis pe= tere debes iuxta legem a te conſtitutam.quæ om= nia,ſi recte conſiderantur, omnis cura omnis hæ= ſitatio omnis denique hæreticorum ſuggeſtio a nobis procul abeſſet, & ſecuri intra hoc ouile re= cumberemus, nihil ſolliciti niſi Chriſto & eius vi cario obedire ſcientes quod ſi magiſtri eſſe plu= res voluerimus, maius iudicium ſumimus in no= bis, vt dicit beatus Iacobus in ſua Canonica, & beatus Paulus ad Hebræos. xiij. hoc nobis inſi= nuat dicens, obedite præpoſitis veſtris, ipſi enim peruigilant quaſi reddituri rationem pro anima= bus veſtris. Qua tranquillitate nihil nobis tran=
19 quillius & iucundius ad paſtus ſecuritatem pote= rat excogitari. Donum quidem Dei, & inuentio fuit ad tollendas confuſiones & ſcandala quæ ex magiſtrorum pluralitate proficiſcuntur. Hæc vo= lui ex ſacris literis & ſanctis patribus in cõmenda tionem huius vnitatis congerere teſtimonia & li= cet aliqua ex illis ad vnitatem charitatis & gratiæ applicentur vt oratio illa Chriſti Ioan. x. vt ſint vnum ſicut & nos iuxta tex. in. c. damnamus. de ſumma



ſumma trini. vbi tex. dicit cum veritas pro fideli= bus ſuis orat ad patrem volo inquiens vt ſint vnũ ſicut & nos vnum ſumus hoc nomen vnum pro fidelibus accipitur vt intelligatur vnio charitatis in gratia. Tamen & ex ipſis poteſt hęc fidei & oui lis vnitas cõprobari teſte enim Gregorio ſuper Ezechielem niſi prius fides teneatur nullatenus ad ſpiritualem amorem attingitur non enim chari= tas fidem ſed fides charitatem præcedit & vt dicit Ambroſius libro de Cayn & Abel fides eſt radix omnium virtutum & Auguſtinus de fide ad Pe= trum fides eſt humanę ſalutis initium ſine hac ne mo ad filios Dei poteſt peruenire ſine hac omnis labor vacuus eſt. Ideo autoritates illę ad vnitatem huius fidei et ouilis tanquam ad fundamentum et radicem aliarum virtutum comprobandam ad= ducuntur.

## Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Paſtoratus iſte fuit promiſſus Petro in illa autoritate Mat- thęi.xvj. Tu es Petrus & ſuper hanc Petram, &c.

2 Filiationem adoptiuam Dei vt conſequerentur homines quantumcunque ſancti neceſſe fuit iuxta Domini diſpoſi- tionem Deum hominem factum mori non ſic in Chriſto filio vero Dei viui.

3 Petrus appellatur Barjona hoc eſt filius columbæ quaſi fi- lius Spiritus ſancti Hieronymo teſte.

4 Paſtoratus petri confirmatur Lucæ. xxij. vbi Chriſtus ad Petrum

Petrũ dixit ego rogaui pro te vt non deficiat fides & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.

5 Petri nomen primo loco præponitur ab Euãgeliſtis ante nomina aliorum apoſtolorum.

6 Petrus per aquam venit ad Chriſtum alijs nauigio venientibus inſignum maioris Pontificij teſte Bernardo.

7 Petro dictum eſt duc in altum rete, alijs quod laxent retia in teſtimonium maioris poteſtatis teſte Ambroſio.

8 Petro ſoli dictum eſt vt ſoluat didrachma pro Chriſto & pro ſe tanquam patrefamilias deſtinato pro Chriſto.

9 Petro ſoli dictum eſt vt hamo piſcet intelligendo per hamũ ferrum iuris dictionis qua Petrus alijs præeſſe debebat teſte Ambroſio.

10 Petrus tanquam dux aliorum reſpondit Chriſto Ioan. vj. Domine ad quem ibimus verba vitæ ęternæ habes nos credimus & cognouimus quia verba vitæ ęternæ habes.

11 Petrus de omnibus diſcipulis curam habens dixit ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te quid ergo erit nobis.

12 Petro dicitur tanquam capiti ſi peccauerit in te frater tuus corripe eum &c. & ipſe reſpondet interrogans quoties debeat hoc facere.

13 Petro impoſitum eſt nomen Cephas quod interpretatur caput & ipſe quaſi inſtructionis aliorum curam gerens dicit ediſſere nobis parabolam hanc.

14 Petrus præcęteris increpatur quando Chriſtus inuenit diſcipulos dormiẽtes quaſi ex commiſſo officio debuerit plus vigilare.

15 Petrus humilitate magna reſiſtebat humilitati Chriſti in lotione pedum dicens tu mihi lauas pedes & non lauabis mihi pedes in ęternum.

16 Petrus tanquam dux illorum qui Ieſu Chriſti partes agebant eduxit gladium & amputauit auriculam malchi feruens amore magiſtri quẽ vinctum & a ſuis derelictum aſpiciebat.

17 Petrus licet conſuluiſſet Chriſtum eo tempore dicens Domine ſi percutimus in gladio nullam tamen reſponſionem expectauit eius amor inflammatus.

18 Chriſtus multis verbis & rationibus perſuaſit flãmato amo-

ri Petri



ri Petri vt ab armis & impedimento tam neceſſarię paſsionis deſiſteret.

19 Petrus tam amare fleuit propter negationem vt in eius facie callos haberet per quos lachrimæ decurrebant.

20 Petro per verba illa Matthæi. xvj. promiſſus fuit paſtoratus quę erant de futuro.

21 Electione facta etiam in concordia de aliquo ad dignitatem opus eſt vt poſt ea confirmatio ſubſequatur.

# Caput. XIIII. In quo monſtratur primum pro Chriſto vicarium & paſtorem huius Ouilis fuiſſe Beatum Petrum apoſtolorum principem, & eidem a Chriſto fuiſſe promiſſum hunc paſtoratum.

POSTQVAM IN SVperioribus oſtendimus vnitatẽ huius Ouilis et paſtoris pro Chriſto vicarij eſſe de neceſsitate ſalutis, et a Chriſto domino noſtro traditam ſub pręcepto. Supereſt nunc iam intelligere quis ſit iſte vicarius, et quis primo fuerit huic paſtoratui deſignatus poſt Chriſti ad cœlos aſcẽſum. Et quidẽ, ſi ſanis & ſimplicibus oculis id inſpiciamus, non tumidis, aut ſuperbis luce clarius inueniemus beatiſsimo Petro Apoſtolo fuiſſe primo loco demandatam hanc prouinciam. Nam imprimis adducitur inſignis ille tex. Matth. 1

K xvj. quan

xvj. quando ſcilicet Chriſtus interrogabat diſci-
pulos ſuos, quem dicunt homines eſſe filium ho-
minis, reſponderunt ipſi, Alij Ioannem Baptiſtã,
alij Heliam, aut vnũ ex prophetis & dicente Chri-
ſto, vos autem quem me eſſe dicitis, reſpondit Si-
mon Petrus, tacentibus alijs fide plenus, vt verbis
Hilarij vtar. lib. de trinitate, in cunctorum apoſto
lorum ſilentio Dei filium reuelatione patris intelli
gens vltra humanæ infirmitatis modum, & dixit.
Tu es Chriſtus filius Dei viui per quę verba, filius
Dei viui, veram diuinitatem confeſſus fuit. Nam
2 prædeſtinati homines & ſancti etiã ſi filij Dei no-
minentur, & ſint teſte Ioanne tamen hanc filiatio
nem adoptionis vt conſequerentur, neceſſe fuit
Deum fieri hominem, & ſic factum hominẽ mo-
ri. At Chriſtus Dominus noſter veram non ado
ptiuam filiationem dei viui ab ęterno habuit, nec
pro illa conſequẽda oportuit Deum fieri hominẽ
mortalem. Confeſſus eſt etiam Petrus verã Chri-
ſti humanitatem, vt Lyra põderat in illis verbis,
Tu es Chriſtus &c. In remunerationem ergo tã
ſublimis & glorioſę confeſsionis meruit a Chri-
ſto audire, beatus es Simon Barjona, quia caro et
ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in
cælis eſt, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & ſu-
per hanc petram ędificabo eccleſiam meã, & por-
te inferi non præualebunt aduerſus eã, & tibi da-
bo claues regni cęlorum, & quodcunque ligaue-
ris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quod-
cunquę



cunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in
cælis, Mercedẽ recepit vera confeſsio inquit Hie-
ronymus ibi beatus es Simon Barjona, quia non
reuelauit tibi caro & ſanguis, quod caro & ſan-
guis reuelare non potuit, Spiritus Sancti gratia
reuelatum eſt, ergo ex confeſsione ſortitur voca-
bulum, quod reuelationem ex Spiritu Sancto ha-
beat, cuius & filius appellandus ſit, ſi quidem Bar
jona in noſtra lingua ſonat filius Columbæ, qui- 3
bus verbis Hieronymus Petrum quaſi filium Spi
ritus Sancti nominare videtur, vt intelligas lector
propter tam glorioſam confeſsionem quem titu-
lum audire meruit. Et ego dico tibi cuius dice-
re facere eſt, quia tu es Petrus & ſuper hanc pe-
tram ędificabo eccleſiam meam, &c. Per iſta ver-
ba fuiſſe Petro primatum hunc promiſſum dun-
taxat teſtantur tot Sacri doctores relati a Roffen-
ſe articulo. xxv. a Pighio. lib. ſecundo de eccle-
ſiaſtica Hierarchia, & ab Echio in Enchiridione
& libris etiam de primatu Petri, quod eos recen-
ſere non eſſet niſi tranſcribere verba eorum, vi-
debis Cyprianum, Ireneum, Dionyſiũ, Originẽ,
et pleroſq; alios, tam antiquos, quam nouiſsimos,
quibus quãto maior fides ſit adhibẽda quã hęreti
cis noſtri tẽporis ſatis oſtendit vicinitas eorũ, ſe-
culis apoſtolorũ ſanctitas vitę martyriũ Dionyſij,
& Cypriani, & eruditio illorum ſanctorum patrũ
collata cum libidine ſuperbia & noua chimera
iſtorum, qui vt voluptatibus ſuis & carnalibus

K 2 deſi-

desiderijs ſubſeruirent noua hęc, & a tanta ſancti=
tate & eruditione diſſonãtia phantaſmata ſuſcita=
runt contra veritatem Eccleſiæ & proprietatẽ ver
borum tam aperte primatum hunc comproban=
4 tium. Citatur etiam et illud Lucæ. xxij. teſtimo=
nium vbi Chriſtus dixit Petro. Simon ecce ſata=
nas expetiuit, vos vt cribraret ſicut triticũ ego au=
tem rogaui pro te vt non deficiat fides tua et tu ali
quando conuerſus cõfirma fratres tuos tranſum=
ptiue in. c. j. xxj. diſt. & in cap. maiores. de Ba=
ptiſsimo. vbi nominatim & diſiunctim ab alijs
eum vocat, & communem omnium tẽtationem
prædixit, ibi expetiuit vos & tertio ad Petrũ ſpe=
cialiter ego rogaui pro te, non dixit pro vobis, vt
non deficiat fides tua non dixit, veſtra & in præ=
ſentia aliorum dixit, & tu confirma fratres tuos,
ego tui & tu illorum curã habẽtes. Quid obſecro
apertius et clarius poteſt adduci authoritate iſta in
qua pro Petro rogat Chriſtus, & petit indefecti=
bilitatem fidei & poteſtatem confirmandi fideles,
vide quos ſupra citaui conferentes quaſi eoſdem
ſctõs patres ſuper hoc teſtimonio. Allegatur etiã
5 in comprobationem huius primatus quod Mat=
thæi. x. Marci. iij. & Lucæ. vj. Apoſtolorum no=
mina recitantur, & ſemper a primo Petro incipit
nominatio, vt ponderant Hieronymus & Chry=
6 ſoſtomus ibi relati, & quod Ioannis. xxj. legitur
quando ſolus Petrus per aquam venit ad Chriſtũ
alijs nauigio venientibus, vt põderat Bernardus,
insignum



inſignum ſingularis Pontificij lib. ij. de conſide=
ratione ad Eugenium ibi relatus, & Lucæ. v. alijs
diſcipulis dicitur quod laxent retia ſoli Simoni di
citur, duc in altum, vt per Ambro. in. c. non tur=
batur. xxiiij. q. j. vbi ait, & ſi alijs imperatur vt la=
xent retia, ſoli tamen Petro dicitur, duc in altum,
hoc eſt in profundum diſputationum quid enim,
tam altum, quam altitudinem diuitiarum videre
id eſt ſcire Dei filium & profeſsionem diuinæ ge=
nerationis aſſumere quam licet mens nequeat hu=
mana plene rationis inueſtigatione comprehen=
dere, fidei tamen plenitudo complectitur & Mat
thæi. xvij. ſoli Petro in præſentia aliorum diſcipu
lorum præcipitur, vt ſoluat didrachma pro Chri= 8
ſto & pro ſe ipſo Petro tanquam ſuperiore alio=
rum, vt etiam ponderant ſancti patres ab Echio
& alijs congeſti & ei dicitur. Mitte hamum quo 9
genere apoſtolico piſcandi ſolus Petrus piſcari iu=
betur, vt põderat Ambroſius in. c. eſt aliud. xxiiij.
q. j. intelligendo per hamum ferium iuriſdictio=
nis qua Petrus præfuit alijs, vt ibi declarat glo. no
tab. Adducitur etiam illud inſigne teſtimonium
de fide Petri Ioannis. vj. quo feruor amoris eius 10
ad Chriſtum inſpicitur. Quando dicente domi=
no niſi manducaueritis carnem filij hominis & bi
beritis eius ſanguinem non habebitis vitam in vo
bis multi ex diſcipulis abierunt retrorſum, & non
iam cum Ieſu ambulabant dixerant enim durus
eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire & con=

uerſus Chriſtus ad duodecim dixit, nunquid &
vos vultis abire? reſpondit Petrus vnus vt ibi
gloſſa dicit pro omnibus & tanquam dux om=
nium deſtinatus, Domine quo ibimus? verba vi=
tæ ęternæ habes & nos credimus & cognoui=
mus, quia tu es Chriſtus filius Dei, & Matthæi
11 decimo nono, quo tempore iam erat ſibi pro=
miſſa eccleſiæ gubernatio tanquam curam ge=
rens aliorum, interrogauit. Ecce nos reliqui=
mus omnia & ſequuti ſumus te quid ergo erit
nobis? & ſimiliter Matthæi decimo octauo, re=
ſpiciens Ieſus in diſcipulos ſuos dixit Simoni
12 Petro tanquam capiti. Si peccauerit in te frater
tuus, &c. & ipſe reſpondit interrogans ſi vſque
ſepties deberet corrigere quæ omnia poſt pro=
miſſum primatum hunc contigerunt, & ad hunc
primatum comprobãdum ponderat ea ibi. Chry
ſoſtomus eleganter. Quid præterea referã quan=
do impoſitum eſt ſibi nomen Cæphas, quod in=
13 terpretatur caput & principium Apoſtolatus te=
ſte Anacleto in capite Sacroſancta vigeſima ſecũ
da diſtin. quid quando Matthæi decimo quin=
to, & Lucæ decimo octauo, dixit Domine ediſ=
ſere nobis parabolam hanc quaſi inſtructio=
nis aliorum curam habere profeſſus? quid quan=
14 do Marci decimo quarto, Dominus reuerſus
eſt ad diſcipulos tres & inueniens eos dormien=
tes Petrum pręceteris increpat dicens, Simon dor
mis non potuiſti vna hora vigilare mecum quaſi
excem=


ex commiſſo ſibi officio debuerit plus reliquis vi=
gilare. Quid commemorem quod factum fuit
in lotione pedum tempore Cęnæ quando venit
primo loco vt ad pręſidem aliorum ad Simonem
Petrum qua admiratione qua humilitate Chriſti
humilitati reſiſtebat dicens, Domine tu mihi la=
uas pedes, tu quem ego confeſſus ſum filium
Dei viui lauas immundos pedes mihi qui ſum
puluis & cinis? non lauabis mihi pedes in æter=
num, & replicante Domino, ſi non lauero te
non habebis partem mecum, Timore tantæ pę=
næ triplicat Petrus Domine ne a tuo conſortio
ſeparet, non tam pedes, ſed manus & caput & ſic
cæteri tacuerunt tanquam capite deſtinato eiſ=
dem iam cõfutato. Quid etiam rememoret tem=
pora paſsionis quando tanto amore accenſus &
inflammatis promiſit quod poſtea per fragililita=
tem adimplere non potuit. Et ſi oportuerit me
commori tecum non te negabo, a qua promiſsio=
ne ſi ad vocem ancillæ defecit, vide quid prius
contra fortiſsimum militem aggreſſus fuit quan=
do traditor Iudas dux eorum, qui compre= 16
henderunt Ieſum cum miniſtris faſcibus & ar=
mis acceſsit ad Chriſtum & oſculatus eſt eum, cę=
teri vero iniecerunt manus in Ieſum & diſcipuli
omnes relicto eo fugerunt. Solus autem Petrus
tanquam dux eorum qui Ieſu Chriſti partes a=
gere debebant eduxit gladium & percuſsit ponti=
ficis ſeruum auriculam eius pręſcindens & mortis
 pericu=

periculo tam notorio ſe ſolus exponens cõtra tot
aduerſarios feruens amore magiſtri quem liga=
tum & oppreſſum ac a ſuis derelictum aſpiciebat.
Nec myſterio vacauit auriculæ huius abſciſsio te=
ſte Gregorio in ca. ſi Petrus. xxiiij. q. j. vbi ait
ſi Petrus volens percuſsit aurem docuit quod au=
rem in ſpecie habere non deberent quam in mi=
niſterio non habebant, ſed bonus Dominus &
ipſi refundit auditum ſecundum prophetica dicta
demonſtrans & ipſos ſi conuertantur poſſe ſana=
ri qui in paſsione Chriſti vulnerati ſunt eo quod
omne peccatum in miniſterio fidei abluatur. Tol=
lit ergo Petrus aurem quare Petrus quia ipſe eſt
qui accepit claues regni cælorum: Ille enim con=
demnat qui & abſoluit, quoniam ligandi & ab=
ſoluendi ipſe eſt qui accepit poteſtatem, tollit autẽ
aurem male audientis, tollit gladio ſpirituali aurẽ
17 interiorem male intelligentis & licet prius Domi=
num cõſuluiſſet dicens. Domine ſi percutimus in
gladio, nullã tamen potuit eius amor inflamma=
tus reſponſionem expectare, nec quamuis ſolus
erat timuit tantum concurſum & multitudinẽ ar=
18 matorum, nec a propoſito deſtitiſſet quamuis tru
cidandum ſe videbat a tantis, ſi & Chriſtus non
dixiſſet. Mitte gladium tuum in vaginam Ca=
licem quem dedit mihi pater non vis vt bibam il=
lum? an putas quia non poſſum rogare patrem
modo & exhibebit mihi pluſquam duodecim le=
giones Angelorum? quomodo ergo implebun=
tur ſcri=



tur Scripturæ? Vide quot rationibus & verbis o=
portuit Chriſtum perſuadere flammato amori,
beati Petri, vt ab armis & impedimento tan ne=
ceſſariæ paſsionis deſiſteret & deſtitit Petrus vt
Chriſto obediret, & ne iterum audiret, vade poſt
me Sathan Matthæi. xvj. vbi Sathan fuit appel=
latus, quia auſus fuit dicere Domine non erit tibi
hoc & ſic Petrus conuertit gladium in vaginam
& tamen non per hoc præceptorem deſeruit ſed
continuo ſequutus eſt eum vſque ad fragilem ne=
gationem pro qua poſtea quam amare fleuerit re
ferunt euangeliſtæ, refert etiam beatus Clemens 19
eius diſcipulus, quod quotidianam fletus amari
pro illa negatione pœnitentiam agebat, adeo vt
in eius facie callos, per quos lachrimæ decurre=
bant, quiſquis aſpiceret. Quibus omnibus auto=
ritatibus facile & apertiſsime conuincentur om=
nes niſi qui Spiritui Sancto obſtinate reſiſtant cre
dere primatum hunc fuiſſe Petro conceſſum in
premium tam glorioſæ confeſsionis. Et eundem
beatum Petrum a Chriſto fuiſſe deſtinatum & e=
lectum in paſtorem ac pro Chriſto vicarium hu=
ius ouilis, præcipue Matthæi. xvj. dum ſibi di= 20
ctum eſt. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ędi=
ficabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni
cœlorum, quodcunque ſolueris ſuper terrã, &c.
quæ verba cum omnia ſint de futuro non eſt mi=
rum ſi gloſſa in cap. in nouo. xxj. diſt. verbo,
Tu es, & in can. conſiderandum. l. diſtin. & Pa=

normitanus in cap. ſignificaſti. de electione. & in alijs multis locis dixerint alij Canoniſtæ, promiſſione & deſtinatione fuiſſe per illa verba electum beatum Petrum preſertim cum per verba de præſenti tam aperta & manifeſta primatus iſte vel collatus, vel confirmatus fuerit Ioan. vltimo quando dictum eſt ei, Paſce oues meas, non ergo negant Canoniſtæ Catholici (prout hæretici cōtra eos cauillantur) locum illum Matthæi. xvj. non probare primatum Petri. Imo concludentiſsime illum probat prout, & in varijs decretis adhoc citatur textus ille, ſed tantum dicunt per illa verba probari electionem & deſtinationem a Chriſto factam de Petro ad huius dignitatis apicem. Collationem autem ſeu confirmationem accepiſſe Ioānis vltimo paulo antequam Chriſtus cœlos aſcenderet. Nam vt ſæpe diximus, pro tempore quo Chriſto viſibili & affabili ſecundum præſentiam humanæ conuerſationis fruebatur ille puſillus & Apoſtolicus grex nullo alio paſtore & doctore indigebat, qui in carne videbat et facie ad faciem alloquebatur regem regum, doctorem doctorum, & dominum dominantium. Fuit ergo Petrus per illa verba ſecundum Canoniſtas, electus in paſtorem & pro Chriſto vicarium, collatus autem actualiter & confirmatus per illa verba, Paſce oues meas ſicut & experientia nos docet et quotidie videmus de iure & de facto ſeruari, nam in dignitatibus, tam eccleſiaſticis, quam ſecu-

laribus



laribus vltra electionem et nominationem etiā in concordia factam de aliquo quātumuis bene merito interponitur confirmatio adminiſtrationi neceſſaria iux. ca. cupientes. de electio. lib. vj. cum multis ſimilibus et iuxta illud Pauli nemini cito manū imponas. Sed ſiue per illa verba, Tu es Petrus, &c. electus fuerit tantum ſeu (vt alij volunt) primatum acceperit, vtcūque ſit et deciſioni ſedis apoſtolicæ tanquam magiſtræ veritatis totum id relinquendo, locus ille pro primatu Petri ab omnibus et Theologis et Canoniſtis vniformiter allegatur tanquam ſolidiſsimum huius cathedræ fundamentum. Sed audiamus, obſecro, et perpendamus textū illum Ioannis vltimo in quo ſecūdum Canoniſtas actualis collatio confirmatio et realis inueſtitura Petro facta per Chriſtum dominum paulo antequam cælos aſcenderet irrefragabiliter probatur.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Petrus & Ioannes auditis mulieribus licet ambo cucurrerint ad monumentum & licet Ioannes præcucurriſſet citius Petro tamen Petrus introiuit primus in monumento tanquam Pontifex aliorum in ſancta ſanctorum.

2 Petro ſoli nulla facta de Ioanne mentione attribuit Lucas iter ad ſepulchrum non quod Ioānes ibi non fuerit ſed quia de ſolo prælato dicitur profectus eſt ad talem locum nulla de comitibus eius facta mentione.

3 Diſcipuli Emaus reuerſi inuenerunt alios loquentes de apparitione facta Petro & dicentes, ſurrexit Dominus vere

& apparuit

& apparuit Simoni tanquam capiti eorum ad inſtructionē
noſtram vt de nulla doctrina loquamur tam certe ſicut de il
la quam Chriſti vicarius vel ſibi reuelatam vel a ſe approba-
tam dicat.

4 De Petri apparitione dicitur ſurrexit Dominus vere et ap-
paruit Simoni.

5 Angeli in reuerentiam Petri dixerunt mulieribus ite dicite
diſcipulis eius & Petro.

6 Petrum ſequentes diſcipuli etiam quando vadit piſcari me-
ruerunt videre dominum.

7 Petrus poſt reſurrectionum videns dominum in mare ſe mi
ſit non timens profunditatem eius nec ventum.

8 Chriſtus Ioan. xxj. ad omnes dixit afferte mihi de piſcibus
ſed ſolus Petrus tanquam illorum pater familias traxit rete
plenum magnis piſcibus.

9 Petri rete licet in aliqua parte diſſuatur nunquam tamen
in rotum rumpetur.

10 Petro confertur paſtoratus iſte Ioan. vlti. per illa verba pa-
ſce oues meas quæ ſunt de præſenti.

11 In cathedra & bibliotheca Petri in qua Ioannes concludit
ſuum euangelium reconduntur omnes libri de actibus Chri
ſti qui ſi ſcribendi fuiſſent nec mundus capere poterat eos
libros teſte Ioanne ibi.

12 Ioannis euangeliſtę dignitas recenſetur qui ſolus huiuſmo-
di paſtoratus collationem teſtificatus eſt.

13 Thoma pręſente qui de reſurrectione dubitauerat confer-
tur paſtoratus ne de eo dubitaretur & propterea fit parti-
cularis mentio ibi de Thoma Dydimo.

14 Pontifex licet peccet, non propterea deficit in eo poteſtas
Pontificalis.

15 Paſtoris eſt paſcere & noſtrum eſt obedire paſtori ac Chri-
ſti vicario.

16 Chriſtus ter interrogauit Petrum de amore & trinam eius
reſponſionē expectauit vt quia tertio negauerat tertio quo-
que Petrus confiteretur.

17 Chriſtus ampliorem curam de Petro quam de alijs geſsit
quia illi ſpeciatim dixit ſequere me.

18 Paſcere verbum in Sacra ſcriptura ſignificat regere.

Caput



# Caput . X V . In quo probatur paſtoratum, & iſtum pro Chriſto vicariatum fuiſſe Petro collatum poſt reſurrectionem, paulo antequam Chriſtus cęlos aſcenderet.

POST GLORIOSAM Domini
noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionem fuiſſe
Petro, vt præſidi aliorum a cæteris apo-
ſtolis habitam reuerentiam quamuis Chriſtum
negauerat plura indicant teſtimonia. Imprimis
memorandum illud documentum beati Ioannis,
quem diligebat Ieſus quando Petrus et ipſe. Ioan.
xx. auditis mulieribus venerunt ad monumētum,
ambo quidem cucurrerunt ſimul & Ioannes præ 1
cucurrit citius Petro et primus ad monumētum
venit non tamen introiuit donec veniret Simō &
Petrus primo in monumentum introiuit quaſi a-
liorum Pontifex in ſancta ſanctorum, & ibi vidit
linthcamina poſita, & ſudarium quod fuerat ſu-
per caput Ieſu. Tunc ergo introiuit et ille diſcipu-
lus qui primus venerat ad monumentum, & vi-
dit et credidit. Hoc teſtimonium ſi non eſt reue-
rentiæ Ioannis ad Petrū pręcipue pręcedentibus
ſupra citatis autoritatibus ignoro prorſus quid
ſit maxime cum ille diſcipulus tantum diligeretur
a Chriſto, vt matrem dilectiſsimam ei commen-
dauerit, et qui ſupra pectus domini in cęna recu-

buit vbi

buit vbi diuinæ fluenta doctrinę pōtauit, inter quę
primatus huius articulum perfecte hauſiſſe credē-
dus eſt cum ipſemet ſit autor, ipſemet ſcribat hoc,
& denique ipſemet Ioannes teſtificatus fuerit col-
lationē huius primatus, quæ Petro ſoli poſtea fa-
cta fuit, vt ſtatim declarabimus. Et pōdera quod
nec Ioannes nec alij Apoſtoli audierant adhuc
Chriſtum remittentem Petro negationis peccatū
nec viderant aliud teſtimonium niſi quod Petrus
fleuerat amare & nihilominus deferebant Petro
vt Pontifici ſibi deſtinato nihil ſolliciti ſi iam Chri-
ſti gratiam recuperaſſet nec propterea debitam ei
obedientiam denegarunt. Vt confundantur mi-
ſeri hęretici temporis noſtri qui Pontifici ita de-
mum obtemperandum eſſe contendunt ſi prius
eis reuelatū fuerit Chriſtum remiſiſſe peccata Pō-
tificum. Phrænesis quidem tam inſana quantum
2 hęretica. Sed progrediamur vlterius. Similiter Lu-
cę. xxiiij. refertur eadem hiſtoria, & nulla de Ioā-
ne facta mentione dicit Lucas, Petrus autem ſur-
gens cucurrit ad monumentum, & procumbens
vidit lintheamina ſola poſita, & abijt ſecum mi-
rans, quod factum fuerat, & ſic ſoli Petro attri-
buit Lucas tanquam paſtori & duci aliorum de-
ſtinato introitum iſtum ad ſepulchrum, nō quod
Ioannes ibi non fuerit, neque enim contradicerēt
ſibi ipſis Euangeliſtæ, ſed quia de prælato & prę-
ſule ſolet dici, quod profectus eſt ad talem locum,
nulla de comitibus eius facta mentione. Adde
etiam



etiam quod eodē xxiiij. Lucæ refertur aliud non
minus notandū reuerentię huius indicium, quan- 3
do, ſcilicet duo illi diſcipuli reuerſi de caſtello E-
maus inuenerunt congregatos vndecim, & eos
qui cum illis erant dicentes, quod ſurrexit Do-
minus vere, & apparuit Simoni. In quo aduer-
tendum eſt, quod licet Marcus referat Chriſtum
primo apparuiſſe Mariæ Magdalenæ, de qua eie-
cerat ſeptem dæmonia, & licet eccleſia pia qua-
dam conſideratione credat, primam apparitio-
nem fuiſſe factam beatæ virgini, & denique licet
alias apparitiones factas legamus, de nulla tamen
eo tempore colloquebantur diſcipuli, niſi de ea ſo-
la, qua apparuit Simoni deſtinato in ſummum ſa-
cerdotem, & vicarium Ieſu Chriſti, a quo cæteri
in fide confirmari debebant iuxta illud, & tu ali-
quando conuerſus cōfirma fratres tuos. Quo etiā
exemplo docemur ad propoſitum noſtrum, nul-
las alias apparitiones, nullas alias doctrinas reci-
piendas, de nullis alijs colloqui nos debere, niſi de
illis, quas Petrus, ſeu eius ſucceſſor vel ſibi reue-
latas, vel a ſe approbatas conteſtetur. Quod ſi
firmiter, & Catholice conſeruaretur, plures
oues in hoc ouili etiam conſeruarentur. Et quo-
que notādum arbitror, quod de nulla apparitione
legitur in Sacra ſcriptura (quamuis omnes certo
certiores & indubitatiſsime fuerint) tāta exaggera
tio certitudinis, quanta legitur de ea quæ Petro fa
cta fuit, quia (inquit) ſurrexit Dominus vere &
apparuit

apparuit Simoni, quaſi illa ſola debeat dici magis
vera ad noſtram inſtructionem & ędificationem,
quæ Pontifici noſtro facta legitur, de illa enim du
bitare nemini licet; quia vere ſurrexit, & vere ap=
paruit illi poſtquam Petrus omnium Pontifex i=
5 pſe dicit. Pondera etiam angelos ipſos eo tempo=
re quaſi reuerentiam quandam in Petro ſeruaſſe,
nam (vt refert Marcus. cap. xvj.) Angeli dixerunt
mulieribus, Ite, dicite diſcipulis eius & Petro, quia
præcedet vos in Galileam; Petro inquam, vt capi
ti & principi aliorum, & inſignum ſingularis Pō=
tificij & præeminentiæ ſupra cæteros, alias enim
quid oportebat commemorare ſpecialiter Petrū,
qui iam nomine diſcipulorum comprehendeba=
6 tur? Preterea Ioan. xxj. erant ſimul Simon Petrus,
& alij multi ex diſcipulis, & dixit Simon Petrus,
vado piſcari, dicunt ei, venimus & nos tecū quaſi
oues paſtorem ſequentes, et ibi meruerunt videre
Ieſum, ſequebantur enim principem ſuum et de=
ſtinatum in ſummum ſacerdotem, quem ſi om=
nes ſequerentur per viam quam ipſe docet domi=
num quoque in cæleſti gloria viderent. Et Petrus
7 ibidem videns Ieſum non nauigio, ſicut alij, ſed tu
nica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in
mare plenus fide, vt citius ad Ieſum veniret ſicut
& venit nullum timens ventū, nec aquæ nec ma=
ris profunditatem ſecurus, quod non mergere=
tur, qui Chriſti vicarius & paſtor huius ouilis fue
rat deſignatus, non ſic Matthęi. xiiij. ante promiſ=
ſum



ſum iſtum primatum, vbi etiam voluit ambula=
re ſupra mare dicēs ad Ieſum domine, Si tu es iu=
be me venire ad te & quamuis Chriſtus ei dixe=
rat, veni, nihilominus timuit ventum validum, &
cū cępiſſet mergi clamauit dicens, Domine ſaluū
me fac & continuo Ieſus extendens manum ap=
prehendit illum, & ait illi, modicæ fidei quare du=
bitaſti? modo autem poſt vicariatum promiſſum
quamuis mittat ſe in mare, & procellę ac tempe=
ſtates contra eum ſuſcitentur non timebit demer=
gi in portu nauigans, quia Dominus rogauit pro
eo, vt non deficiat fides eius. Pondera etiam in illo 8
cap. xxij. Ioannis, quando dominus omnibus di=
xit; Afferte mihi de piſcibus, quos prendidiſtis,
ad omnes ſermonem dirigens in plurali, ſed ſolus
Simon Petrus, vt dux aliorum & præſul deſtina=
tus illi ſancto Collegio, aſcendit & traxit rete in
terram plenum magnis piſcibus cētum quinqua=
ginta tribus, & cum tanti eſſent; non eſt ſciſſum 9
rete (erat enim rete Petri) quod licet in aliqua par
te quandoque diſſuatur, non tamen rūpetur nec
ſcindetur a perſequutoribus ſuis, nec piſces intra
illud rete incluſi pondere ſuo ſcindent rete Pe=
tri, qui piſcator hominum factus erat Matthæi
quarto. Nam humiles, manſueti & benigni qua=
les multi ſunt intra rete iſtud tanquam nihil pon=
deris habentes in malitia non ſolum non ſcin=
dunt illud, ſed eorum orationibus conſeruat do=
minus etiam ſi peccatores cum illis admiſceantur

 ſicut

ſicut Luc. v. factũ agnouimus quando ferè rum=
pebatur rete prę multitudine piſcium copioſa, &
diſcipuli annuebant ſocijs, vt eos adiuuarent, et tã
men quia Petrus laxauerat rete in verbo Domini
non ſolum non eſt ruptum rete, ſed eo proceden=
te ad genua Ieſu & dicente, exi a me domine, quia
homo peccator ſum reſponſum ei fuit, noli time=
re, ex hoc iam eris homines capiens. Sed audi iam
10 catholice lector collatorem huius pontificatus, &
collationem, lege ſcripturã confirmationis, pon=
dera autoritatem notarij, ſeu tabellionis teſtifican=
tis eam, nota teſtes illius integros, conſidera tem=
pus & horam, attende qualitates, ſuper quibus
examinatur prius is cui confertur dignitas iſta,
contemplare modum, & reſponſum examinan=
di, et videbis omnia diuinis referta myſterijs, qua=
lia poſtulabat neceſſaria tantæ dignitatis inſtitu=
tio, in qua concludit Ioannes ſuum euangelium,
quaſi indicans licet multa alia fecerit Ieſus, quæ ſi
ſcribantur per ſingula nec ipſe mundus poſſet ca=
pere libros, qui ſcribi potuiſſent, vt ipſe in fine di=
11 cit, ſed tamen in hac dignitate cathedra & biblio=
theca, quæ hodie confertur, & in qua meum li=
brum euangelij concludo, inuenietis omnia illa
quæ ego non ſcribo, in ea eſt Epilogus & ſumma
omnium quæ dixi in euangelio & quæ dici po=
tuiſſent. Dicit ergo Ioannes vltimo capite & in
vltimis verbis euangelij. Nota notarium diui=
num quem diligebat Ieſus aquilæ comparatum,
qui ſu=



qui ſupra Petrus Domini in cæna recubuit, qui
teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, &
ſcimus, quia verũ eſt teſtimonium eius, qui quod
vidit oculis proprijs quod audiuit quod perſpe=
xit, & quod manus eius contractauerunt de ver=
bo vitæ annuntiat & atteſtatur, cui reuelata ſunt
ſecreta cœleſtia, cui Chriſtus matrem ſuam di=
lectiſsimam commendauit titulo filij tam ſanctæ
genitricis decorato, ille de quo exijt ſermo in=
ter fratres, quia diſcipulus ille non moritur. Is
denique de quo Petrus tantæ dignitatis honore
collatus quaſi expaueſcens cur de Ioanne nullam
Chriſtus in vltimo vale fecerit mentionem, &
quem tempore cænæ interceſſorem ipſemet Pe=
trus ſtatuerat ad Chriſtum, vt cum de nomine
proditoris interrogaret, nunc in hoc capite in=
terrogat Chriſtum, Domine hic autem quid?
Iſte inquam notarius diuinus filius tonitrui quem
Ieſus plurimum amauit, & qui de pectore ſal=
uatoris doctrinarum fluenta potauit teſte Hie=
ronymo in capit. legimus. nonageſima tertia
diſtinct. ſolus ille collationem actualem huius
dignitatis teſtificatur nam de promiſsione & ſin
gularibus Petri geſtis & laudibus loquuti fue=
runt & alij Euangeliſtæ vt ſupra diximus, ſed
de inueſtitura reali ſolus Ioannes loquitur in
hoc vltimo capite dicens. Cum ergo prandi=
diſſent dixit Simoni Petro Ieſus nota tempus &
horam ſcilicet poſtquam cum Ieſu prandidiſ=
ſent,

ſent, & ſic poſt Sacrum illud conuiuium pon=
dera examen magiſtri. Sic enim dixerat in lo=
tione pedum vos vocatis me magiſter & bene
dicitis. Poſt illud ergo conuiuium in pręſentia o=
mnium diſcipulorum qui prandiderant cum Ie=
ſu, & quibus Petrum præeſſe volebat & pre=
ſente Thoma Dydimo, qui de reſurrectione dubi
tauerat, & de quo fit mentio indiuidua in iſto ca=
13 pite ibi erant Simon Petrus, & Thomas, qui dici
tur Dydimus, &c. ne de iſto pontificatu tam ne=
ceſſario ad fidei conſeruationē ambigeret ſicut de
reſurrectione dubitauerat, dixit Simoni Petro, Si
mon Ioannis, diligis me plus his quaſi dicens. Si=
mon Ioannis obediens, miſericors grata Deo &
inſellita Columba. Sic enim interpretantur verba
illa, quia tales debent eligi, & electi curare debent,
vt tales perſeuerent, non quod deficiente gratiam
14 Pontifice deficiat poteſtas pontificalis, quia hoc
hereticum eſſet, & totius confuſionis nutritiuum.
Simon ergo Ioannis, diligis me plus his? &c, Me=
mini me iam verba hęc ſupra cap. iij. declaraſſe, &
illam etiam trinam Petri reſponſionem, & quaſi
illam Ioannis autoritatem. Ideo hic non repetam,
ſed duntaxat ſummabo quæ dixi, examen enim
de dilectione ad Deum & oues fecit, vt intelliga=
mus paſtorem noſtrum primarium directurū &
inſpiraturum vicario ſuo ea quæ nobis in viam ſa
lutis ęternæ cōuenient, & quod nos non oues cu=
iuſcunque, ſed ſuas appellat dicens, Paſce oues
meas, &



meas, & quanto ſtudio curare debemus vt velu=
ti oues manſuetę, benignę & obedientes efficia=
mur. Noſtrum ergo ſit obedire, paſtoris paſcere, 16
quia Chriſti erit vicarium ſibi dilectiſsimum huic
ouili præficere propterea enim Petrum trina in= 17
terrogatione ſuper hac dilectione voluit examina
re, ita, vt Petrus quaſi ſibi importunitatem ſen=
tiens, contriſtaretur de tot interrogationibus ſu=
per amore eius ad Chriſtum qui ſicut patri ęter=
no factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortē
crucis tanquam agnus & ouis ad occiſionem du=
cta Eſaiæ. liij. ſic voluit vt nos tanquam oues &
agni ſui ſimiliter & ipſi & vicario eius obedientes
efficeremur ſi ad eum volumus pertinere & vitam
in ſemetipſo habere qui titulū paſtoris noſtri quo
toties vſus fuit in euangelio Petro & ſucceſſori=
bus ſuis communicauit dicens, Paſce oues meas
paſce agnos meos. Interrogauit autem Chriſtus
ter Petrum, & trinam Petri reſponſionem expe=
ctauit vt ſatisfactio fieret iuxta delictum, etenim
quia tertio negauerat tertio quoque cōfitetur, ſed
negauit in nocte confitetur in die, vt eleganter per
Ambroſium in c. imitare. Petrum. vj. q. j. ad ca=
put. xxij. Lucæ vbi gloſſ. dicit toties ego pœnitē=
tiam agam quoties peccaui. Paſtorem etiam elegit
Petrum, qui in ſua culpa diſceret aliorum miſere=
ri, & in pręſentia aliorum diſcipulorum, & in vlti=
mo vale ſicut ſupra cap. iij. diximus, Pondera etiā
vltra ibidem dicta quomodo Petro prænunciaue
 rit mor=

rit mortem qua Deum erat clarificaturus dicens
illi: cum eſſes iunior cingebas te &c. Et cum hoc
dixiſſet, dicit ei ſequere me per quæ verba Chry
18 ſoſtomus inquit, ampliorem curā habuiſſe Chri=
ſtum de Petro quam de alijs, quia illi ſpeciatim
dixit, ſequere me non ſolum eodem genere mar=
tyrij, ſed in ordine magiſterij, & ideo Petrus au=
dacior factus interrogat ipſum ſtatim de Ioanne
& an ipſe pariter Chriſtum ſequi deberet quem
tempore cœnæ Petrus interceſſorem rogauit ad
Chriſtum ſuper nomine proditoris. Nunc autem
Petrus paſtor factus pro Ioanne ipſo intercedit,
dicens. Hic autem quid? Notemus etiam pro=
prietatem verbi, paſce, quamuis enim Chriſtus
Dominus noſter omnibus Apoſtolis dederit in
communi poteſtatem ligandi atque ſoluēdi Mat=
thæi. xviij. per illa verba, quecunque ligaueri=
tis in terra, erunt ligata & in cælo, &c. Et quamuis
omnibus in cōmuni dixerit, Accipite Spiritū ſan=
ctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis
Ioan. xx. quæ omnia verba Petro ſimul cum alijs
dicta fuerunt attamen ſeorſum & ſeparatim ſoli
Petro dictū fuit Ioan. vltimo. Paſce oues meas, pa
ſce agnos meos, ſicut & Matth. xvj. dictū fuit Pe=
tro pluſquam alijs ſuper hāc petram ędificabo ec=
cleſiam meam, & tibi dabo claues regni cęlorum,
& quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatū
& in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram,
erit ſolutum & in cælis, & ſic in plurali vnde Ori=





genes ſuper Matthęū, eleganter dicebat ſicut my
ſterio non caret, quod Chriſtus apud Matthęum
Petro poteſtatem dedit, ſeu dare promiſit, non
vnius cœli, ſed multorum cœlorū & poſt duo ca=
pita dedit reliquis Apoſtolis poteſtatē ligandi atq;
ſoluendi non in cælis, ſed in vno cęlo dūtaxat. Ita
myſterio non caret, ꝙ Ioānis penultimo a Chri=
ſto omnibus Apoſtolis datus eſt Spūs Sanctus,
& deinde cura gregis ſoli Petro data fuerit per illa
verba Ioan. vlti. Paſce oues meas. Pōdera etiam,
quod verbū paſcere in Sacra ſcriptura ſignificat
regere & gubernare referturq; ad reges & pręla= 19
tos vt. iij. Regum. xxij. vidi cunctū populū Iſrael
diſperſum in montibus quaſi oues non habentes
paſtorem, & Eſaiæ. xliiij. ibi qui dico ciro. Paſtor
meus es, & omnem volūtatem meam complebis.
Conſtat autem cirum fuiſſe Regem Perſarum po
tentiſsimum, & Hieremiæ. j. ſacerdotes non dixe
xerunt, vbi eſt Dominus & paſtores præuaricati
ſunt in me, & Chriſtus de ſe ipſo, ego ſum pa=
ſtor bonus, & ſcriptum eſt percutiem paſtorem,
& diſpergentur oues, & Hieremiæ. iij. & dabo
vobis paſtores iuxta cor meum & paſcent vos
ſcientia & doctrina, & Ezechielis. xxxiiij. Væ pa=
ſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, &
ſtatim & ſuſcitabo ſuper ea paſtorem vnum, qui
paſcat ea ſeruum meum Dauid ipſe paſcet ea, &
ipſe erit eis in paſtorem. Verba ergo illa Paſce
oues meas ſignificant guberna fideles meos, &

per illa fuit beato Petro collatus ſummus iſte pontificatus.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Petrus tanquam preſes aliorum propoſuit electionē de Apoſtolo in locum Iudę proditoris faciēdam & ipſe dicitur Mathiam in locum Iudę ſuffeciſſe.

2 Petrus ſe & alios diſcipulos defendit reſpōdendo pro eis cōtra Iudęos qui apoſtolos de ebrietate notabant.

3 Petri ſermone audito Iudęi compuncti licet ad omnes dixerint quid faciemus viri fratres Petrus tamen vt Pontifex omnium reſpondit pœnitentiam agite.

4 Petrus in claudi curatione non communiter pro ſe & Ioanne reſpondit, ſed ſingulariter pro ſe ſolo.

5 Petrus ſolus pertulit ſententiam terribilem cōtra Ananiam & ſaphiram & in Simonem Magum pro ſimonia qua gregem ſuum maculare volebat.

6 Petro tanquam capiti mandatum eſt vt gentes ſuſciperet in illo lintheo & voce qua dictum eſt ſurge occide & manduca.

7 Petrus fuit autor ceſſationis legalium Actuum. xv.

8 Petri vmbra ſanabat infirmos quod vmbræ ſanantis teſtimonium nec de Chriſto legimus.

9 Sanctorū patrum & vicinorū ſeculo Apoſtolico teſtimonia diuerſa citātur pro iſta Petri ad alios apoſtolos pręeminētia.

10 Petri dignitas ad alios comprobatur ex illis verbis videns Herodes quia placeret Iudæis occiſo Iacobo appoſuit apprehendere & Petrum.

11 Et capitur pro etiam frequentiſsime & ſic ex illa dictione & alijs verbis videns quia placeret Iudęis & ex oratione quæ Petro apprehenſo fiebat ab eccleſia confirmatur paſtoratus iſte.

12 Angelus Domini liberauit Petrum a vinculis Herodis non dum enim fundauerat Romæ cathedram iſtam & poſt eam fundatam Petro fugienti Neronis perſequutionē ad preces eccleſię, Chriſtus apparuit vt reuerteretur ad martyrium.

Caput



# Caput. XVI. In quo probatur primatum hunc Petro promiſſum ante paſsionem, poſt reſurrectionem collatum, a cæteris apoſtolis poſt Aſcenſionem fuiſſe veneratum, & traditum executioni.

MVLTA SVNT ACTVVM Apoſtolicorum teſtimonia quæ luce clarius oſtendūt beatum Petrum poſt Chriſti ad cælos aſcēſum fuiſſe ab apoſtolis & diſcipulis veneratum, vt Chriſti vicarium, quæ omnia, & ſi eleganter congerant Roffenſis & alij, qui cōtra hæreticos noſtri temporis deſcripſerunt, & ideo remiſsione contentus potuiſſem in hoc ſubſiſtere tamen, quia inſtituto noſtro neceſſarium eſt ea recenſere breuiter quaſi alienos labores paucis additis, illa percurram etiam in principijs iuris noſtri iſta fundando.

In primis ergo refertur textus ille capite pri-
mo, Actuum apoſtolicorum vbi dicitur, quod 1
ſtatim poſt Chriſti Aſcenſionem, & ante Spiri-
tus Sancti ſuperuentionem exurgens Petrus in
medio fratrum propoſuit electionem quam fie-
ri oportebat de Apoſtolo in locum Iudæ prodi-
toris, allegando authoritatem Pſalmi. clxxx. Epi-
ſcopatum eius accipiat alter. In iſto enim primo
concilio Petrus propoſuit tanquam caput & Pe-

 trus erat

trus erat, vt præſes in medio aliorum, qui erant vt
ibi dicitur fere centum & viginti congregati, &
denique Petrus tanquam ſupra cæteros habens
autoritatem non propoſuit in commune delibe=
randum, ſed ſuam deliberatam ſententiam tan=
quam aliorum curam gerens aperuit dicens opor
tet ex his viris, &c. Vt eleganter Pighius aduer=
tit cap. x. lib. tertio ſuæ Hierarchiæ, & ſic Be=
da ſuper Actis dicit, quod Petrus duodenarium
numerum apoſtolorum integrauit, & Dionyſius
cap. quinto eccleſiaſticæ Hierarchiæ dicit, quod
Petrus Matthiam in locum iudę ſuffecit. Sic etiã
Petrus tanquam princeps & protector aliorum
2 Actuũ. ij. defendit alios coapoſtolos contra Iu=
dæos, qui eos de ebrietate notabant & ſimiliter o=
rans Petrus cum vndecim eleuauit vocem ſuã ad
Iudæos & compuncti corde auditores ex ſermo
3 ne Petri dixerunt ad Petrum & ad alios. Quid fa=
ciemus viri fratres? Petrus autem ad illos, pœni=
tentiam inquit agite, &c. vide paſtorem anima=
rum, & Chriſti vicarium ſaluti gregis ſibi com=
miſsi prouidentem tacentibus alijs ob reueren=
tiam põtificis, & ex ſuo ſermone circiter tres mil=
le animas eo die conuertentem, Conſidera etiam
illud inſigne miraculum de Claudi curatione, qui
a Petro, & Ioanne templum aſcendentibus ſimul
petebat eleemoſinam cui ſolus Petrus reſpõdit ar
gentum & aurum non eſt mihi, quod autem ha=
beo hoc tibi do in nomine Ieſu Chriſti Naza=
reni, ſur=



rem, ſurge & ambula & apprehenſa manu eius
dextera erexit eum Actuum tertio, quibus verbis
maior in Petro, quam in Ioanne autoritas deno=
tatur cum & ſi vterque rogatus fuit vnus tamen 4
Petrus non communiter pro vtroque dixit ar=
gentum & aurum non habemus, quod autem
habemus hoc tibi damus, ſed ſibi ipſi ſoli & in
ſingulari referens plenus iam Spiritu ſancto dixit,
quod habeo hoc tibi do inſignum ſui pontificij,
quod iam manifeſtari omnibus oportebat, & ſic
miraculum illud ad Petrum refertur licet ibi Ioan
nes interfuerit, & ſolus Petrus ibi veluti paſtor
& Pontifex ad populum ſermonem habuit & A=
ctuum quarto. Ipſe conſtanter coram ſacerdoti=
bus & ſe & Ioannem defendit. & Actuum quin=
to in Ananiam & Saphiram ſolus Petrus terribi= 5
bilem ſententiam pertulit, quia defraudauerant
de pretio agri in maximum ſuæ ſupremę pote=
ſtatis indicium, quod etiam Romæ in Simonem
Magum demonſtrauit, in quem. Actuum octa=
uo, maledictionem illam protulit, pecunia tua te=
cum ſit in perditionem pro ſimonia, qua gregem
domini Petro commiſſum maculare volebat. Prę
terea illi tanquam prælato mandatum eſt, vt gen=
tes ſuſciperet ſi ad eccleſiam cõuerterentur, oſteſo
lintheo in quo erant beſtię & reptilia, &c. & facta
ad eũ voce ſurge Petre, occide, et manduca. Actuũ 6
x. & teſte Hieronymo ipſe fuit autor ſentẽtiæ ceſ=
ſationis legalium iuxta illud, quod Actuum. xv.
capite

capite legitur. Ponderemus etiam, quod Actuum
quinto dicitur de cæteris apoſtolis, quod per ma=
nus eorum fiebãt ſigna & prodigia magna in po=
pulo, ſed de Petro dicitur quod eijciebant infir=
mos in plateas, & ponebant in lectulis & graba=
tis, vt veniente Petro ſaltim vmbra illius obum=
8 braret quemquam illorum & liberarentur om=
nes ab infirmitatibus ſuis, quod vmbræ ſanantis
teſtimonium etiam de Chriſto non legitur, vt ad=
uertit Pighius vbi ſupra. Ita Deus Pontificem i=
ſtum, & ſui vices gerentem voluit inter homines
exaltari & venerari.

Hæc ſunt quæ de actibus apoſtolicis patres no
ſtri colligunt teſtimonia ad probandum paſtora=
tum hunc ſanctiſsimum fuiſſe in perſona beati
Petri traditum executioni, & ab alijs apoſtolis &
diſcipulis primitiuę eccleſiæ veneratum cum effe=
ctu, quorum autoritate ita martyres, & tot ſancti
doctores huic primatui ſe ſubdiderunt tanquam
neceſſario ad Dominici gregis conſeruationem,
quod qui ab eius obedientia recedere ſuperbie=
9 rit nõ poteſt niſi vt impudens arrogans libidino=
ſus & denique hęreticorum hæreticiſsimus euita=
ri. Sanctorum autem ſubſcriptiones & teſtimo=
nia ad obedientiã huius primatus accumularunt
doctores illi qui noſtro tempore deſcripſerunt,
quorum verba tranſcribere non oportuiſſet, ſed
ad fideliũ confirmationẽ non poſſum nõ referre
ſummatim, quod illi dixerunt, videbis ergo apud
Pighium,



Pighium, Fabrũ, Roffenſem, Echiũ, & alios, vide
ſubſcriptionẽ beati Dionyſij martyris, qui fuit co
ætaneus apoſtolorũ & primus Epiſcopus Gallię,
tam aperte & ingenue confitentem hunc prima=
tum, vt flere magis libeat quam ſcribere, contem=
plando quot oues beati Dionyſij in Gallia, cuius
Rex Chriſtianiſsimi titulo decoratur ab hoc oui
li receſſerint. Videbis Ireneum, Cyprianum, Ori
genem, Egeſippum, Euſebium, Hieronymũ, Am
broſium, Auguſtinum, Hilarium, Athanaſium,
Chryſoſtomum, & alios. Cyprianus dicebat in li=
bro de ſimplicitate prælatorum ibi relatus, ꝙ vni=
tas eccleſiæ ab vnitate epiſcopatus Petri depẽdet.
Chryſoſtomus quod Petrus totius orbis magi=
ſter conſtituit Iacobum fratrem domini Hiero=
ſolymitanum Epiſcopum, Hilarius contra ne=
gantes hunc primatum exclamat. O miſere ſtul=
titiæ furor impius, Ambroſius ait, videte quantũ
fletus profuerit Petro, antequam fleret lapſus eſt
poſtquam fleuit electus eſt, & qui ante lachrimas
præuaricator extitit, poſt lachrimas paſtor aſſum
ptus eſt, & alios regendos accepit, qui ſe ipſum
non rexit. Auguſtinus appellat Petrum caput ec=
cleſiæ & verticem membrorum et immobile fidei
fundamentum. Hieronymus autem caput eccle=
ſię & principem apoſtolorum. Chryſoſtomus di
cit de illo fuiſſe piſcatorem & ignobilem, & tamẽ
a Chriſto caput eccleſiæ conſtitutum, & ei pro=
miſſa & data fuiſſe, quæ ſolis Dei ſunt, & vocat
eum os

eum os & verticem totius conſortij propter quod & Paulus eum pluſquam alios viſurus Hieroſolymã aſcendit, & lib. ij. cap. xiiij. eccleſiaſticæ hiſtoriæ probatiſsimum omnium apoſtolorum & maximum fidei magnificẽtia & virtutis merito principem Petrum deſcribitur miſſum a Domino ad vrbem Romam in ipſis claudij temporibus ducem quendam magiſtrum militiæ ſuæ ſcientem diuina prelia gerere & virtutũ caſtra ductare pugnaturumque aduerſus humani generi communem perniciem. Egeſippus antiquiſsimus ſcriptor qui floruit, ſub Aniceto Papa, Anno Domini. clx. libro tertio, de excidio Hieruſalem refert quod dato per Neronem mandato, vt Petrus & Paulus comprehenderentur rogabatur Petrus a fratribus vt ſe ſe alio conferret, quaſi caput neceſſarium, de quo non dicit fuiſſe rogatum Paulum quamuis eſſet doctor gentium, & vas electionis videbis & Cyrilum confitentem Petrum fuiſſe caput & principem omnium apoſtolorum. Origenem etiam appellantem eum verticem apoſtolorum, Theophilum etiam explicantem illud Lucæ. vj. quando dixit Petrus, Domine ad nos dicis hanc parabolam, vbi ait, Petrus, cui iam commiſſa fuerat eccleſia quaſi omnium curam gerens inquirit vtrum Dominus ad omnes parabolam pertuliſſet. Baſilium in ſuper dicentem Petrum in ſe ſuſcepiſſe ædificationem Eccleſiæ Dionyſium etiam, qui comes & diſcipulus Pauli fuerat, vt in confuſionem Gallorum apoſtatarum ipſum ſępius referamus, et ad ędificationem Catholicorum Galliæ quales plures adhuc perſeuerare intelligo videbis appellare Petrum plerunque verticalem apoſtolorum, vide etiam ex noſtris decretis c. in nouo. vigeſima prima diſtinctio. vbi Anacletus quartus poſt Petrum Pontifex & martyr glorioſus dicit poſt Chriſtum Dominum a Petro cæpit ſacerdotalis ordo, quia ipſi primo in eccleſia Chriſti põtificatus datus eſt domino dicente ad eum, Tu es inquit, Petrus & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Hic ergo ligandi, atque ſoluendi poteſtatem primus accepit a Domino primuſque ad fidem populum adduxit virtute ſuæ prædicationis verboque inſtituit, cæteri vero apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem acceperũt ipſumque principem eorum eſſe voluerunt, qui etiam vidẽte Domino in toto orbe terrarum diſperſi euangelium prædicauerunt, et idem Anacletus in. c. Sacro ſancta. §. et poſt pauca. xxij. diſt. ait inter beatos apoſtolos quædam fuit diſcretio poteſtatis, et licet omnes eſſent apoſtoli Petro tamen a Domino conceſſum eſt et ipſi inter ſe voluerunt id ipſum, vt reliquis omnibus præeſſet apoſtolis et Cęphas id eſt caput et principium teneret apoſtolatus, et Leo Papa Sanctiſsimus in canon. Ita Dominus vigeſima nona diſtinctio. inquit, ſed huius muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium

omnium apoſtolorum officium pertinere voluit,
vt in beatiſsimo Petro omnium apoſtolorũ ſum=
mo principaliter collocaret, & vt ab ipſo quaſi a
quodam capite dona ſua velut in corpus omne
diffunderet, vt exortẽ intelligeret ſe diuini myſte=
rij eſſe qui a Petri ſoliditate recederet hunc enim
in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id
quod ipſe erat Dominus voluit nominari dicens,
Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo ec=
cleſiam meam. Hæc Leo, Clemẽs etiam Papa ter=
tius, poſt Petrũ & martyr beatus in c. in illis. lxxx.
diſt. dicit quod Petrus poni præcepit primates &
Patriarchas in illis locis & ciuitatibus in quibus
apud Ethnicos & gẽtiles erant primi flamines eo
rum atque primi legis doctores, & quod vnus Pe
trus apoſtolus omnibus alijs apoſtolis præfuerit
ſic & Cyprianus martyr in c. loquitur. xxiiij. q. j.
loquitur, inquit dominus ad Petrũ, Ego dico tibi,
quia tu es Petrus, ſuper vnum ædificat eccleſiam,
& quamuis apoſtolis omnibus poſt reſurrectio=
nem parem tribuat poteſtatẽ, dicens ſicut me mi=
ſit pater & ego mitto vos, et accipite Spiritum ſan
ctum, tamẽ vt vnitatem manifeſtaret vnitatis eius
originem ab vno incipiẽtem autoritate ſua diſpo=
ſuit. Hoc vtique erant cæteri apoſtoli quod Pe=
trus fuit pari conſortio præditi honoris et pote=
ſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt ec=
cleſia Chriſti vna monſtretur, nemo fraternita=
tem fallat, nemo fidei veritatem perfida præuari=
catione



catione corrumpat epiſcopatus vnus eſt, &c. tex=
tus etiam in can. Paulus Petrũ. ij. q. vij. dicit, quod
& ſi Petrus & Paulus pares erant meritis tamen
dignitate Petrus erat maior qui ſolus primatum 10
gerebat inter Apoſtolos. Et certe preminentia Pe
tri ad alios Apoſtolos vltra ea, quę diximus ex ca
pite Actuum. xij. ſatis oſtenditur, vbi legitur mi=
ſit Hærodes rex manus vt affligeret quoſdam de
eccleſia occidit autem Iacobum fratrẽ Ioãnis gla=
dio, videns autem, quia placeret Iudæis appoſuit
apprehẽdere, & Petrum nam dictio illa, & impli=
catiua eſt maioris perſequutionis et maioris digni
tatis in Petro apprehenſo quam in Iacobo occi=
ſo & alijs Apoſtolis afflictis, quia & exponitur ſæ
pe pro etiam. l. j. ff. ſoluto mat. et ibi gloſſ. verbo, et
reipublicæ &c. & in. l. j. §. quibus. C. de nouo codi
ce & in. §. decernimus. in aut. de hęre. & falci. ibi et
ſacerdos & ſic põderando verba illa, videns quia
placeret Iudæis in occiſione Iacobi & afflictione
aliorum, ſubſequuta nunc oratione illa appoſuit
apprehẽdere & Petrum, nemo erit tam rudis, qui
non intelligat dictionem illam, & pro etiam debe
re exponi & denotari Petrum alijs ſuperiorẽ fuiſ
ſe quem vt ſuperiorem aliorum voluit apprehen=
dere quo magis placeret Iudæis quibus placuerat
in occiſione Iacobi & afflictione inferiorum, Pe=
trus ergo fuit princeps apoſtolorum, pro quo fie=
bat tanquam pro capite oratio in eccleſia ad Deũ
ſine intermiſsione quando Hærodes apprehendit
M eum

eum cum: nec pro Iacobo, nec pro Stephano nec pro aliꝭs tantam orãdi ſollicitudinem legamus Actuum. xiꝭ. quem angelus liberauit, quia nondum Romę fundauerat eccleſiam et primatum noſtrũ, ſed poſt illum fundatum ei fugienti Neronis perſequutionem in via Appia Chriſtus apparuit, vt martyrium non timeret ſicut infra dicemus, confitẽdum eſt igitur hunc paſtoratum & pro Chriſto vicariatum a Petro principe Apoſtolorum incepiſſe poſtquam tot euangeliꝭ & Sacræ ſcripturæ autoritatibus fuit cõfirmatus & a ſanctis patribus antiquiſsimis & eruditiſsimis veneratus, quorum autoritatem, & ſi hæretici obſtinate deſpiciant, tu autem Catholice lector ſanctorum Patrum potius decreta ſectare tam conſentanea euangelio & Sacræ ſcripturæ, nam profecto ſi vnus paſtor & Chriſti vicarius viſibilis erat neceſſarius in hoc ouili, vt ſupra latius oſtenſum fuit neceſſario dicendum eſt fuiſſe Petrum cui tot Sacræ ſcripturę cõſonant teſtimonia, nec legatur de aliquo alio Apoſtolo etiam Ioanne, Paulo, & Iacobo, quod de Petro legimus & ſupra narrauimus quantumcũque Chriſtum per dies paucos antea Petrus tertio negaſſet, vnde eleganter & pie Chryſoſtomus Homilia. lxxxviꝭ. ſuper Ioannem dicebat. Chriſtus enim tãquam negationis oblitus fratrum curam ei committit neque negationis meminit. Tãtum dicit ſi amas me fratrum curam ſuſcipias, & quomodo in omnibus dilectionem oſtendiſti, & quo ego



quo ego delector nunc oſtẽde & animam quam pro me poſiturum dixiſti, hanc pro ouibus meis trade & Cyrillus Ioan. vltimo lib. xiꝭ. feruorem Petri conſiderans ait pręueniebat alios Petrus ardore præcipuo Chriſti feruens, & ad faciendum & reſpondẽdum paratiſsimus erat, vnde tarditatem modo nauigiꝭ vidẽs tunica ſuccinctus in mare exiliꝭt & quando Saluator diſcipulos interrogat dicens, Quem me dicũt homines eſſe & cum iterũ poſt reſponſionem ab eis quęreret vos autẽ quem me eſſe dicitis et princeps caputque cęterorum primus exclamauit. Tu es Chriſtus filius dei viui. Hic Malchi etiam aurem amputauit putans hoc modo magiſtro ſemper ſe inheſurum. Merito enim Chriſtus eum interrogauit ſi plus cæteris eũ diligeret, & id tertio, Petrus autem amare ſe fatetur & amoris ſui non alium, ſed ipſum Chriſtum in teſtem citat in ſingulis enim confeſsionibus variatis parumper verbis, audiuit rationalium ouiũ curam ſibi habendam altius quiddam certe hæc oratio parturit. Nã quoniam cum aliꝭs Apoſtolatus nomine Petrus ab ipſo Chriſto decoratus ter in tempore paſsionis negauit, iure nunc ab eo terna dilectionis confeſsio petitur, vt terna negatio æqualis confeſsionis numero compenſetur, ita vt quod verbis commiſſum fuit verbis curetur. Hactenus Cyrillus quæ omnia catholice lector meditare vt beato Petro & eius ſanctiſsimæ cathedræ te in omnibus ſubditum profitearis quemadmodum

dum & ab omnibus Catholicis & Sanctis patribus eidem fuiſſe reuerentiã exhibitã intelligamus.

Ex Capite ſequenti.

SVMMARIVM.

1 Chriſtus qui fundauit eccleſiam vſque ad conſummationem ſeculi paſtoratum iſtum & cathedram tam neceſſariam non reſtrinxit ad ſolam vitam Petri.

2 Argumentum a maioritate rationis validum eſt nec erat tã neceſſaria cathedra hæc ad illã aurea ſecula quibus viuebant Apoſtoli quantum ad futura quibus iam Apoſtoli non viuebant nec eorum diſcipuli.

3 Pontificatus in lege veteri non ad ſolam vitam Moyſi Aarõ & Eleazar fuit reſtrictus ſed ſemper fuit ibi vnus ſummus Pontifex.

4 Romanus Pontifex eſt Chriſti vicarius & Petri ſucceſſor ac paſtor huius ouilis nec de aliquo alio Pontifice legimus quod de eo continuatum videmus.

5 Teſtibus oculatis & de viſu magis credendum eſt quam hominibus vagis qui nudius tertius negatiuã hanc fabricarunt.

6 Negatiua vaga probari non poteſt & magis creditur teſtibus duobus de affirmatiua deponẽtibus quã negatiuis pluribus.

7 Sanctorum Patrum antiquorum varia teſtimonia recitãtur pro beatiſsimo Romano Pontifice Chriſti vicario & Petri ſucceſſore.

8 Ad Romanam eccleſiam Catholici tanquam ad ſolem intendere debemus vt ex ipſa lumen Apoſtolicæ fidei recipiamus.

# Caput. XVII. In quo demonſtratur poſt glorioſum Petri Martyriũ Romanum Pontificẽ fuiſſe eſſe, & futurum, vſq; ad ſeculi conſummationem paſtorem, & pro Chriſto vicarium huius ouilis vniuerſi.

FVN-



FVNDATO HOC SANCTISſimo Chriſti vicariatu in perſona beati Petri Apoſtolorum principis, vt ſupra demonſtratum fuit facile conuincetur quilibet credere, quod poſt mortem beati Petri, qui etiam inuiſibilis ouibus per mortem ſuam efficiebatur debebat ouile hoc alteri paſtori Chriſti vicario, & beati Petri ſucceſſori demandari quoniam Chriſtus, qui poſt eius ad cælos aſcenſum de Petro pa 1
ſtore & eius vicario prouidit non hanc prouidentiam de paſtore viſibili reſtrinxit ad ſolum tempus viginti quinque annorum parum plus, vel minus quibus Petrus vixit in mundo poſt Chriſti Aſcẽſionem, & qui Ioan. xvij. Patrem orauit dicens, Non pro his autem tantum rogo, ſed et pro illis qui credituri ſunt per verrum eorum in me, & qui ſanctificium iſtud fundauit in ſecula paſcere Iacob ſeruum ſuum, non ad ſolam vitam Petri vicariatũ hunc limitaſſe credendus eſt immo argumento ſumpto a maioritate rationis, quod validum eſt. d. Auth. multo magis ſi aſcẽdente Chriſto in cælum voluit Dominus vicarium pro Chriſto, relinquere & paſtorem viſibilem huic ouili præficere a fortiori Petro relinquente mundum ſucceſſor in locum eius dandus erat, & ſi vicariatus iſte neceſſarius erat ad tempora illa fœlicia & aurea ſecula quibus viuebant fideles, qui Chri- 2
ſtum in carne cognouerant & Spiritum Sanctum acceperant, & denique prædicationem paſsio-

 nem

nem Chriſti, & miracula eius Apoſtolorumque
ſuorum recentiſsima viderant & audierant pro=
fecto multo magis neceſſarius erat iſte paſtora=
tus, & pro Chriſto vicariatus ad tempora quibus
iam, nec Apoſtolos, nec Apoſtolorum diſcipu=
los immediatos mundus habebat quanto enim
quis minus perfectus eſt & magis remotus a pri=
mo & perfecto principio tanto magis indiget me
dijs ad perfectionem pertinentibus. Vicariatus er
go iſte licet ſemper fuerit neceſſarius conuenien=
tior tamen erat ad tempora quæ fuerunt poſt Pe
tri et Apoſtolorum martyria & ex conſequẽti du
rare ac permanere debuit, & debet ad ſecula no=
ſtra & futura de cætero. Sicut etiam in lege veteri
non ad ſola tempora Moyſi Aaron, Ioſuæ & E=
3 leazar fundati fuerunt duces & Pontifices, & ſi=
cut eccleſia triumphans ad cuius exemplar hęc mi
litans noſtra fabricata eſt, vt ſupra late concluſi=
mus, ſemper habet & habebit vnicum Deum &
Dominum ita & eccleſia militans pro eo tempo=
re quo Deus eam durare voluerit habere debet
etiam vnum rectorem & pro Chriſto vicarium,
vt aſsimiletur illi per omnia in quibus proportio
ſimilitudinis applicari poteſt.

Vicarium ergo Chriſti poſt Petri martyrium
& viſibilem paſtorem huius ouilis ac Petri ſucceſ=
ſorem confiteamur fuiſſe, eſſe & futurum Roma
num Pontificem, & non alium & quicunque ei
debitam obedientiam negauerit, ſeu alium paſto=
rem



rem acephalum a Romano Pontifice ſtatuerit,
hunc talem vt hæreticum deteſtamur & abomi=
namur. Et vt hæc Catholica propoſitio facilius
omnibus ſuadeatur quæ de ſe ſatis aperta eſt pon
dera obſecro Catholice lector contra hæreticos
noſtri temporis agendum eſſe diuerſimode ſuper
hoc articulo quam in ſuperioribus quoniam ſu=
periora probata fuerunt autoritatibus Sacræ ſcri=
pturæ hoc eſt teſtamenti noui & veteris, ſed in
probando Romani Pontificis pro Chriſto vica=
riatu & canonica ſucceſsione ad Petrum, cum te=
ſtamentum vetus & nouũ tam literaliter hoc non
probent ſicut ea quæ in ſuperioribus dicta fue=
runt neceſſario agendum eſt ſuper hoc autoritati
bus ſanctorum Patrum antiquorum qui fuerunt
vicini temporibus Apoſtolorum, & cum hære=
tici non habeant aliud diffugium (quę ſua eſt im=
pudentia) niſi negando autoritates iſtorum Pa=
trum ideo iudicio meo, ad eorum peruicaciam re=
uincendam ſic eſt diſcurrendum, firmiter ergo
ſtatue et conteſtare iuxta ſuperius recitata vnita=
tem huius ouilis, ſeu vniuerſalis eccleſiæ & a ſimi=
li crede primitiuum paſtorem huius ouilis eſſe Ie
ſum Chriſtum Dominum noſtrum, ſtatue etiam 4
& firmiter conteſtare vicariatum pro Chriſto in
Petro initiũ ſuſcepiſſe, vt ſupra probauimus, quia
de nullo alio Apoſtolo legimus, quod de Petro
retulimus & firmius credes quãdo cauillationibus
hæreticorũ ſuper hoc reſpõdebimus. Statue deni=

que & firmiter cõteſtare vicariatũ hunc non ad ſolam Petri ætatem, poſt Chriſti aſcenſum fuiſſe reſtrictum, cum tam neceſſarius eſſet regimini & conſeruationi ouilis Chriſtiani preſertim poſt Apoſtolorũ martyria, & temporibus noſtris ſicuti in iſto capite demonſtrauimus & his tribus vel quatuor fundamentis ſtatutis, & in Sacra ſcriptura ac ratione naturali fundatis, interroga hæreticos, quis ergo fuit ſucceſſor Petri? Petrus quidem prędicauit in Ponto, Cappadocia, Aſia, & Bithinia, vt ipſemet dicit in prima ſua Canonica ac Hieroſolyma, & Samaria, Antiochiæ etiã primo loco fundauit cathedram ſuam, vt & nos cõfitemur & celebramus, ſed nũquam vidimus nec cognouimus Epiſcopum Põti, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithiniæ gubernaſſe eccleſiam, ſeu ouile noſtrum, nec etiam Antiocheno Patriarchæ tãtum detulerunt patres noſtri præſertim, cum a multis temporibus fides ibi defecerit quæ nunquam deficere debebat, ſi Petri fides ibi futura erat, & cathedra eius conſtans ibidem permanſura fuiſſet, cum Chriſtus pro cathedra et fide Petri rogaſſet Lucæ. xxij. immo Antiochenam eccleſiam tempore quo fidem ſeruabat licet Patriarchalis titulo fuerit decorata nihilominus pręcedebant, et Conſtantinopolitana, & Alexandrina vt in. cap. Sacro Sancta. & in can. Renouantes xxij. diſtinctio. ſi ergo de nulla iſtarum prouinciarum vbi Petrus prędicauit Petri ſuc-

cedaneum



cedaneum & continuatum agnouimus quem ei, obſecro, ſucceſſorem dabimus in hoc vicariatu, qui ſucceſſore carere non poteſt? niſi cum demus quem Sancta Patrum eius temporis antiquitas et continuata Pontificum ſuccesſio nobis pertulit vſque ad tempora noſtra. Iſte ſolus et non alius Romanus Pontifex a Petri martyrio fuit eſt et erit vſque in finem mundi paſtor eccleſiæ & veluti fidei articulum hanc ſanctam vnitatem lector agnoſce & venerare pro ea ſi oportuerit moriturus. Hanc omnes ſancti Patres, quos ſupra retulimus, agnouerunt et pro fide quam illa ſemper profeſſa eſt martyrium ſubierunt. Romę enim Petrum fuiſſe & prædicaſſe ac ibi ſedem ſuam & cathedram ab Antiochia tranſtuliſſe ibi denique capite in terram verſo crucifixum ſicut ipſe impetrauerat a perſequutoribus, indignum ſe aſſerens quod eodem modo quo Chriſtus crucifigeretur, teſtantur tot ſancti patres & hiſtoriæ, illius temporis vt non niſi cum maxima impudentia & obſtinatione poſſit negari præſertim cum inter cæteros ſanctos teſtes oculati & de viſu reperiantur 5
vt Linus Papa martyr, et eius ſucceſſor Clemens, & Dionyſius Pauli diſcipulus et alij multi relati per Echium in Enchiridione, titulo de primatu Petri in reſponſione ad quintum argumentũ vt et Pighius lib. iij. cap. xiij. citat quam plurimos: & ſic recedere ab affirmatiua tã recepta et per tam ſanctos teſtes, qui cum Romæ viderunt com-

 pro-

probata propter ſolam negatiuam, quam vagam
appellamus & a vagis hominibus nudius tertius
imaginatam extremæ dementiæ eſſet cum negan
tis factum per rerum naturam ſit improbabile. c.
quoniam contra. de proba. c. bone. de electio. l. cj.
ff. de proba. cum vulgaribus & teſtibus affir=
mantibus & vicionioribus de tempore etiam ſi
eſſent pauciores, magis credendum eſt quam plu
ribus cerbicoſe negantibus. glo. in leg. diem pro
ferre. §. ſi plures. de recep. arbitris & cum hoc ſit
tam cognitu neceſſarium oportebit citare autori=
tates eorum qui Petrum fuiſſe. Romæ affirma=
runt & ibi cathedram hanc conſtituiſſe. In pri=
mis, vltra vniuerſalem traditionem & decreta ec=
7 cleſiæ, referunt Faber, Echius, & Pighius illud,
AEgeſippi teſtimonium. libro tertio de excidio
Hieroſolymitano, qui fuit ſcriptor antiquiſsimus,
& floruit ſub Aniceto Papa decimo, poſt Pe=
trum Anno Domini. C L X. Is in quam AEge=
ſippus refert quod cum Nero quęreret cauſas oc=
cidendi Petrum & Paulum datoque pręcepto, vt
comprehenderentur, rogatus eſt Petrus a fratri=
bus, vt ſe alio conferret. Nota Petrum rogatum
& non Paulum, & proxima nocte ſalutatis fra=
tribus & celebrata oratione ſolus proficiſceba=
tur, vbi autem venit ad portam appiam vidit
Chriſtum & adorans eum dixit, Domine quo va
dis? cui Chriſtus reſpondit, Vado Romam iterũ
crucifigi, quo audito ſtatim Petrus in vrbẽ rediit,
captuſqꝫ



captuſque a perſequutoribus & cruci damnatus
impetrauit, vt capite in terram verſo crucifigeren
tur indignum ſe aſſerens crucifigi eo modo quo
Dominus eius fuerat crucifixus, de quo extat Ro=
mæ in via appia monumentum, vide textum de
hoc apud nos in. c. per venerabilem, qui filij ſint
legitimi. Dionyſius etiam Corinthiorum Epiſco=
pus circa annum Domini. C L. Romæ exiſtens
ſic ait ad Romanos. vos habentes communitio=
nem a Petro & Paulo plantationem Romæ eccle
ſiæ coniunxiſtis. Ambo enim ſimul aduentantes
per omnem Italiam & in hac vrbe ſimul docen=
tes etiam martyrio pariter vno eodemque tempo
re coronati ſunt Refert etiã Faber, Gayum quẽdã
ſcriptorẽ antiquũ, qui ſcripſit ſub Zepherino Pa=
pa circiter annũ ducẽteſimum de Petro & Paulo,
ac ſtrata dicentẽ, ego habeo tropheа Apoſtolorũ,
quæ oſtendã ſi enim ꝓcedas via regali, quæ ad va
ticanum ducit, aut via Hoſtienſi inuenies trophea
defixa, de ſepulchris Petri et Pauli loquẽdo refert
etiã Faber, Ignatiũ tertiũ, poſt Petrũ. Antiochẽſẽ
Epiſcopũ, damnatũ ab beſtias, & Romã miſſum
dixiſſe Romanis. Nõ ſicut Petrus & Paulus ego
pręcipio vobis illi eñ apoſtoli IeſuChriſti, ego au
tẽ minimus. Hireneus Lugdunẽſis Epiſcopus di=
ſcipulus beati Policarpi auditoris beati Ioan. Euã
geliſtę lib. iij. c. j. contra hereticos, ſic inquit Mat=
thęus Hebręis ipſorũ lingua ſcripturã edidit euan
gelij, cũ Petrus et Paulus Romæ euãgelizarent &
funda=

fundarēt eccleſia & in cod.l.ca.xiij. ait a glorioſiſsimis duobus Apoſtolis Petro et Paulo Romę fundata & conſtituta eccleſia eam, quā habet ab Apoſtolis traditionem & annuntiatam omnibus fidem per ſucceſsionem Epiſcoporum, vſque ad nos iudicantes, cōfundimus omnes Tertullianus autem presbyter Carthaginēſis, quem beatus Cyprianus magiſtrum vocare ſolebat, quique floruit circa annum Domini.c. l.in lib. de præſcriptione hæreticorum dicit. Percurre eccleſias Apoſtolicas proxima eſt tibi Achaia, habes Corinthium ſi non longe es a Macedonia habes Philippis, ſi potes Aſiam tēdere habes Epheſum, ſi autem Italiam adieceris habes Romam, vnde nobis quoq; autoritas prę ſto eſt ſtatuta Felix eccleſia cui totam doctrinam & Apoſtolicum ſanguinem profuderunt vbi Petrus Paſsioni Dominicæ adęquatur, & in quarto libro aduerſus Marcionem Romanis inquit, euangelium Petrus & Paulus ſanguine ſuo ſignatū reliquerunt. Et Euſebius Cæſarienſis in lib. de temporibus. Petrus natione Galilæus chriſtianorum Pontifex primus quum primum Antiochenam fundaſſet eccleſiam, Romam proficiſcitur vbi euangelium prædicans viginti quinti annis eiuſdem vrbis Epiſcopus perſeuerat referunt etiam Papiam Hieroſolymitanum Epiſcopum Ioannis euangeliſtæ auditorem atteſtantem ꝙ Petrus ſuā primam canonicā Epiſtolā Romæ ſcripſerit et ꝙ in ea Romā tropice Babylonem



lonem nominauerit, quando dicit, ſalutat vos ea, quæ in Babylone electa eſt eccleſia, & Marcus filius meus, citatur etiam Euſebius pamphili qui refert Petrum & Paulum martyrio coronatos decimo anno poſtquam Lucas finiuit Actus Apoſtolorum. vide apud nos Clementem Papam tertiū poſt Petrum Pontificem, licet ab eo immediatus ſucceſſor fuerit ſibi nominatus in.c.in illis.lxxx.d. vbi narrat quomodo Petrus epiſcopatus & Archiepiſcopatus inſtituerit & ſimiliter videbis Cyprianū, Hieronymū, Auguſtinum, & alios doctores Sanctos huic ſententiæ ſubſcriptos vſque adeo vt non niſi cum magna impudentia & obſtinatione poſsit quis a tam ſanctis antiquis, et doctiſsimis patribus diſſentire & ab vniuerſali ſententia tot ſeculis venerata recedere, ſed non poſſum tacere beatum Chryſoſtomum, qui in quodam ſermone de Apoſtolis ſic ait, ego propterea diligo Romam tamen ſi aliunde queam illam laudare nempe a magnitudine ab antiquitate a multitudine a pulchritudine ab imperio a diuitijs & a rebus in bello fortiter geſtis ſed dimittens omnia ob id illam beatam prędico ob id facta eſt inſignis magis quam ab alijs rebus omnibus, quia tanquam corpus magnum & validum habet oculos illuſtres videlicet ſanctorum Apoſtolorum corpora Petri & Pauli. Non ita cælū ſplendeſcit, quādo ſol radios emittit quemadmodum Romanorum vrbs duas illas lampades vbique terrarum effundens,

effundens, vide ibi multa in laudem Romæ vide etiam apud nos epiſtolã interclaras. C. de ſumma trinita. & fide catholica. vbi Romam caput omnium eccleſiarum & principium appellat & ſi dicas eſſe epiſtolam Ioannis Papæ, vide reſponſionem ad illam per Iuſtinianum Imperatorem Grecum in. l. nos reddentes. C. eod. tit. vbi dicit nos reddentes honorem veſtræ ſanctitati & apoſtolicæ ſedi & vt patrem honorantes veſtram beatitudinem omnia quæ ad eccleſiarum ſtatum pertinẽt feſtinauimus ad notitiam veſtræ ſanctitatis deferre quoniam ſemper fuit nobis magnum ſtudium vnitatem veſtræ Apoſtolicæ ſedis conſeruare, & paulo inferius petimus ergo veſtrum paternum affectum vt veſtris ad nos deſtinatis literis, & ad ſanctiſsimum huius almæ vrbis Epiſcopũ & Patriarcham quoniam et ipſe ſcripſit ad veſtram ſanctitatem feſtinans in omnibus ſequi Sedem Apoſtolicã veſtræ beatitudinis, manifeſtum nobis faciatis, quod ſuſcipit ſanctitas veſtra et quorũ condemnat per fidiam, plus enim, ita et circa vos hominum amor et veſtræ ſedis creſcet autoritas, et quæ ad vos eſt vnitas ſanctarum eccleſiarum inturbata ſeruabitur, quando per nos didicerint omnes beatiſsimi Epiſcopi ſinceram veſtræ ſanctitatis doctrinam. Plura in hanc rem potuiſſem adducere teſtimonia ſanctorum Patrum niſi quod antiquiſsimorum et vicinorum ſeculis Apoſtolicis contentus autoritatibus, intelligo eum cui ille non concludant iam eſſe tam obſtinatum hereticum, vt magis eum vitare iuxta cõſilium Apoſtoli placeat quam alloqui nec cum eo vel cibũ aſſumere tu autem Catholice lector venerare ſanctã eccleſiam, et vt dicebat maximus in quadã ſua Epiſtola ad populos Orientales intende in eam ſicut in ſolem, vt ex ipſa lumen Catholicæ et Apoſtolicæ fidei recipias, et Lactantius li. vij. diuinarum inſtitutionum, quod tunc aduenie t finis et interitus rebus humanis cum lumen eccleſiæ Romanæ fuerit extinctum mediante enim organo et lumine illius eſt et erit Chriſtus nobiſcum vſq; ad ſeculi cõſummationem vt non deficiat fides eius.



## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Cathedra hæc de Antiochia iubente Domino Romam tranſlata fuit teſte beato Marcello & vtilitatis cauſa teſte anterio vt ibi magis proficere poſſet.

3 Petrus venit Romam pugnaturus aduerſus communem humani generis perniciem & ad expugnandum Simonem Magum.

4 Petrus Romam tranſtulit cathedram ſuam vt vbi erat caput ſuperſtitionis illic quieſceret caput ſanctitatis & vbi gentilium principes habitabant ibi eccleſiarum principes morerentur.

5 Chriſtus ſicut Orientis regionem ſua paſsione illuſtrauit ita Occidentis plagam ſanguine Apoſtolico illuminauit.

6 Petrus Romam iuſſus eſt transferre cathedram quia per omnes eccleſias diſcurrere prolixum erat ideo ex omnibus maximã antiquiſsimam & ab omnibus cognitam elegit Deus.

7 Roma

7 Romà quę erat magiſtra erroris per hanc cathedram fieri debebat diſcipula veritatis vt caput orbis effecta latius pręſideret religione diuina quam dominatione terrena.

8 Roma ignorans ſuæ prouectionis autorem omnibus pęnę gentium ſeruiebat erroribus quia nullam reſpuebat falſitatẽ vnde quanto per diabolum tenacius erat alligata tanto per Chriſtum mirabilibus abſoluta eſt.

9 Petrus princeps apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur Imperij vt lux veritatis efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet.

10 Hieroſolyma erat funditus euertenda in vltionem mortis Chriſti & ipſa & antiochena eccleſia poſtea titulo patriarchali decoratæ fuerunt.

11 Ratio omnium quę a maioribus noſtris inſtituta ſunt reddi non poteſt.

12 Homini nõ eſt neceſſe maiora ſe quęrere quia plus poteſt inſipiens interrogare quam ſapiens reſpondere.

13 Deus voluit vt Roma eſſet caput orbis terrarum proinde eam colamus nulla alia percepta ratione.

# Caput. XVIII. In quo declaratur quare Romæ potiuſquam Hieroſolymis, vel alibi vicariatus iſte quem Petri cathedram appellamus fuerit inſtitutus.

ROMAE IGITVR Petrum fuiſſe ibi cathedrã hãc fundaſſe, & ibi martyrium pro Chriſti nomine ſubijſſe eodem die et anno, quo beatus Paulus nempe vltimo Neronis anno conſtat ex multis ſanctis patribus, et



bus, & vicini ei tempori, & ex approbatiſsimis hiſtorijs prout etiam nos docet vniuerſalis eccleſiæ traditio, quæ ſola deberet ſufficere ſicuti ſufficit ad credendum, quod Andreas in Achaya, Iacobus Hieroſolymis, & alij Apoſtoli in ſuis prouincijs mortem glorioſam pro Chriſti nomine pertulerũt. Quod autem Romæ potius quam alibi, & quibus de cauſis fundatus fuerit iſte vicariatus & paſtoratus huius ouilis traduntur aliquę rationes a ſanctis patribus, quæ iudicio meo, cuilibet, qui nõ ſit omnino perditus & obſtinatus cõcludent. Imprimis beatus Marcellus Papa mar- 1
tyr ſcribens vniuerſis Epiſcopis per Antiochiam conſtitutis ait, Rogamus vos fratres, vt non aliud doceatis quam quod a beato Petro & reliquis patribus accepiſtis. Ipſe enim eſt caput totius eccleſiæ & eius ſedes primitus apud vos fuit, quæ poſt ea iubente Domino Romã translata eſt et ſic trãſlationem hanc domini præcepto attribuit. tex. eſt in. c. rogamus. xxiiij. q. j. Idem ſcribit Anterius Papa in. c. mutationes. vij. q. j. Dicens Petrus ſanctus magiſter noſter, & princeps Apoſtolorum de Antiochia ciuitate vtilitatis cauſa eſt translatus Romam, vt ibi magis proficere poſſet. Idem Anacletus Papa in. c. Sacro ſancta. xxij. diſt. vbi di- 2
cit quod reliquit beatum Ignatium Epiſcopũ Antiochiæ priuſquam veniret Petrus Romã licet lib. iij. cap. xij. ſuæ Hierarchiæ Pighius referat Enodium primo conſtitutum a Petro in Epiſcopum

Antiochiæ, & Enodio ſublato, ſanctum Igna=
tiũ ſubſtituit: Euſebius Cęſarienſis lib. primo cap.
xiiij. eccleſiaſticæ hiſtoriæ dicit quod in ipſis Clau
dij temporibus clementia diuinæ prouidentiæ
beatiſsimum Petrum Romam vrbem perducit
3 pugnaturum aduerſus communem humani gene
ris perniciem ad quod alludit Hieronymus de vi=
ris illuſtribus dicens Simon Petrus filius Ioannis
prouinciæ Galileæ vico Bethſayda frater Andreę
Apoſtoli & princeps Apoſtolorum poſt Epiſco=
patum Antiochenſis eccleſiæ, & prædicationem
diſperſionis eorum qui de circunciſione credide=
rant in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bi=
thinia ſecundo Claudij anno ad expugnandum
Simonem Magum Romam pergit ibique vigin=
ti quinque annis cathedram tenuit ſacerdotalem
vſque ad vltimum Neronis annum, id eſt decimũ
quartum a quo & affixus cruci martyrio corona=
tus eſt capite ad terram verſo, & in ſublime pedi=
bus eleuatis, aſſerens ſe indignum ne ſic crucifixe=
retur, vt Dominus ſuus. Beatus Ambroſius in. c.
4 beati. ij. q. vij. dicit, Ideo in vrbe Roma, quæ prin
cipatum, & caput obtinebat nationum, ſcilicet,
vt vbi erat caput ſuperſtitionis illic caput quieſce=
ret ſanctitatis, & vbi gentiliũ principes habitabãt
ibi eccleſiarum principes morerentur eiſdem ver=
bis loquitur ſanctus maximus Epiſcopus in quo=
dam ſermone de Apoſtolis, ſed addit, quod cum
5 Dominus Orientis regionem propria illuſtraue=
rit paſ=



rit paſsione occidẽtis plagam nequid minus eſſet
vice ſui ſanguine Apoſtolorum illuminare digna
tus eſt, & licet illius paſsio nobis ſufficiat ad ſalu=
tem tamen etiam horum martyrium nobis contu
lit ad exemplum, vt inter cætera mirabilia quæ fe=
cerunt etiam Magum illum Simonem orationi=
bus ſuis de aeris vacuo pręcepiti ruina proſtrarẽt,
et Petri oratio prior aſcendit ad dominum quam
volatus Simonis, ante peruenit iuſta petitio quã
iniqua præſumptio ante Petrus in terris poſitus
obtinuit, quod petebat quam Simon perueniret
in cæleſtibus quo tendebat. Et qui paulo ante vo
lare tentauerat ſubito ambulare non poſſet, & qui
pœnas aſſumpſerat plantas amitteret. Ireneus lib.
iij. aduerſus hæreticos aſsignat aliam rationem
nempe, quia per omnes eccleſias diſcurrere proli=
xum eſſet, & operis infiniti. Ideo ex omnibus ma
ximam & antiquiſsimam, ac omnibus cognitam 6
elegit. Leo Papa in ſermone de Apoſtolis Petro
& Paulo dicit, hoc ideo fuiſſe, vt Roma, quæ eo
tempore erat magiſtra erroris fieret diſcipula veri
tatis, & vt per ſacram beati Petri ſedem caput or= 7
bis effecta latius præſideret religione diuina quã
dominatione terrena. Diſpoſitio nanque diuini=
tus operi maxime cõgruebat, vt multa regna vno
confederarentur imperio & cito peruios haberet
populos prædicatio generalis, quos vnius teneret
regimen ciuitatis. Hæc autem ciuitas Romæ igno
rans ſuæ prouectionis autorẽ cum pęne omnibus

dominaretur gentibus omnium gentium ſeruie=
bat erroribus & magnã ſibi videbatur aſſumpſiſ=
ſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatē, vn=
de quanto erat per diabolam tenacius alligata, tan
to per Chriſtũ eſſet mirabilius abſoluta. hæc Leo
ibi, idem etiam Leo Pontifex in altero ſermone
de Apoſtolis inquit, cum duodecim Apoſtoli ac=
cepta omnium locutione linguarum per Spiritũ
ſanctum imbuendum euangelio mundum diſtri=
butis ſibi terrarum partibus ſuſcepiſſent beatiſsi=
9 mus Petrus princeps Apoſtolici ordinis ad arcē
Romam deſtinatur imperij, vt lux veritatis, quæ
in omnium gentium reuelabatur ſalutem, effica=
cius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus ef=
funderet, cuius autem nationis homines in hac
tunc vrbe non eſſent? Aut quæ vſquam gentes
ignorarent, quod Roma didiciſſet? Hic concul=
candę philoſophiæ opiniones, hic diſſoluendæ e=
rant terrenæ ſapientiæ vanitates, hic confutandi
dęmonum cultus, hic omnium ſacrilegiorum im
pietas deſtruenda vbi diligentiſsima ſuperſtitio=
ne habebatur collectum quicquid vſquam fuerat
vanis erroribus inſtitutum. Ad hanc ergo vrbem
tu beatiſsime petre Apoſtole venire non metuis
& conſorte gloriæ tuæ Paulo Apoſtolo aliarum
ad huc eccleſiarum ordinationibus occupato ſil=
uam iſtam frementium beſtiarum, & turbulentiſ=
ſimæ profunditatis Occeanum conſtantia, quam
ſupra mare gradiebatis ingrederis, iam populos,
qui ex



circunciſione crediderant erudieras, iã Antioche=
nam eccleſiam vbi primum chriſtiani nominis di
gnitas eſt orta fundaueras iam Pontum, Galatiã,
Cappadociam, Aſiam, atque Bithiniam legibus
euangelicæ prædicationis impleueras, nec vt du=
bius de prouectu operis aut deſpatio tuæ ignarus
ętatis, tropheum crucis Chriſti Romanis arcibus
inferebas, quo te diuinis præordinationibus ante
ibant & honor poteſtatis & gloria paſsionis, ha=
ctenus Leo & ſic diuina iuſsione præcipuæ, & ex
cauſis prædictis credere debemus Romanam ec=
cleſiam fuiſſe huic paſtoratui dedicatam.

Quare autē non Hieroſolymis, aut quare An= 10
tiochiæ vbi primatum hũc Petrus prius inſtituit,
non perſeuerauerit. Reſpondet optime Pighius
cap. xiij. lib. iij. quis cognouit ſenſum Domini, aut
quis eius cõſiliarius fuit? forte id factum fuit quia
in vltionem mortis Chriſti erat funditus euerten
da Hieroſolyma, nec lapis ſuper lapidem relinqui
debebat vel vt cæcam illam & carnalem turbam
confunderet Iudęorũ expectantium ſemper meſ=
ſiam ſuum regnaturũ in Hieruſalem. De Anthio=
chia autem quare etiam translata fuerit Romam
diuino etiam præcepto tribuēdum eſt rationibus
ſupra dictis & quia ad conuincendum Simonem
Magum (qui ſuis verſucijs & magicis incantatio
nibus totam illam gentē excæcauerat) oportebat
Petrum Romam proficiſci, in qua erat orbis Im=
perium, vt per Hieronymũ, & alios ſupra citatos

Antiochenam autem & Hieroſolymitanam titu=
lo Patriarchali decoratas legimus in. c. renouātes:
et in. c. diffinimus. xxij. diſt. qui titulus poſt Roma
ni Pontificis dignitatem primum locum tenet &
ſummo honore fungitur, vt per Iſidorum in. c. cle
ros. xxj. diſt. quod ſi obſtinatus hęreticus conten=
dat non ſibi ſufficere Marcelli Anterij, & Leonis
teſtimonia qui fuerunt Romani Pontifices, & ad
vtilitatem propriam & eccleſiæ ſuæ autoritatem
deſcripſerunt, certe Euſebius non fuit Romanus
Pontifex, ſed Epiſcopus Cæſarienſis apud Pa=
leſtinam, qui Hieroſolymam viciniam, & etiā ſuf=
fraganeam habuit aliquando, vt ex Niceno Con=
cilio probari refert Pighuis cap. xij. lib. iij. Chryſō
ſtomus Græcus fuit & Cōſtantinopolitanus Epi
ſcopus doctorq; ſanctiſsimus, qui Homi. lxxxvij
ſuper Ioannem ita de Hieroſolymitana ſcripſit ec
cleſia. ſi quis a me per cōtarentur quomodo Iaco
bus ſedem Hieroſolymis acceperit reſponderem
ego, hūc totius orbis magiſtrum prępoſuiſſe Pe=
trum. Papias etiam Hieroſolymitanus Epiſcopus
teſtatur Petrum ſuam primam canonicam Romę
ſcripſiſſe, ſed quid AEgeſippum, quid Dionyſiū
Areopagitam, & alium Dionyſium Corinthiorū
Epiſcopū, quid deniq; alios recitē, qui non fuerūt
Romani Pōtifices Ireneus ſimiliter diſcipulus Po
licarpi auditoris beati Ioannis euangeliſtę nō fuit
Romanus Pontifex, ſed Lugdunenſis epiſcopus
vt videāt qui de Gallia in hęreſes prolabūtur quo=
modo



modo talium pręceptorū autoritatē contemnunt,
certe magna eſt impudētia velle nebulonibus iſtis
(qui nudius tertius fabricata chimera populares
animos decipere volunt) credere potiuſquā anti=
quis ſanctis & doctiſsimis patribus & recedere a
communi totius eccleſiæ confeſsione tanto tēpo=
re recepta & approbata, & ſi rationes iſtę beatiſsi
morum Marcelli, Antherij, Euſebij, et Irenei qua
re Romę fundatus fuerit iſte ſanctiſsimus vicaria
tus & cathedra non concludant hæretico obſtina
to cōcludat ad minus iſte vniuerſalis cōſenſus om
nium antiquorū & ſanctorum vſque in tempora
noſtra receptus, etiam non percepta ratione. Nā
etiam Philoſophi & iuriſconſulti dixerunt. Nō o= I I
mnium quæ a maioribus nr̄is inſtituta ſunt poſſe
reddi rationē. l. non omniū. ff. de legibus vbi glo.
ponit exēplū quare pręſcriptio vel vſucapio fue=
rit introducta, ratio reddi poteſt ne ſcilicet domi=
nia rerū ſint in incerto ſed quare tēpus triennij vel
viginti annorū fuerit ſtatutū potius quā aliud de
hoc ratio reddi non poteſt ſic in propoſito, quod
vnus vicarius pro Chriſto viſibilis in terris guber
nare debeat eccleſiam, & quomodo Petrus fuerit
deſignatus a Chriſto magis quā cæteri Apoſtoli,
audiuiſti ex Sacra ſcriptura quare autem cathedra
hæc potius Romæ quā alibi fuerit inſtituta mihi
concludūt, et cuiſlibet catholico cōcludēt rationes
ſanctorum quos retuli ſi tibi nō concludūt, crede
tamē ſine vlteriori ratiōis & cauſa inueſtigatione,

quod a mille quigentis annis & vltra a maioribus noſtris, & vere maioribus ſanctitate & doctrina ſeruatum accepiſti, nec deſeras propter perfidos
12 iſtos, quod a tanto tempore tenet eccleſia, & vſque modo conſeruat et prout dicitur Eccleſiaſtes vij. quid neceſſe eſt homini maiora ſe quęrere & vt alter dicebat plus poteſt inſipiens quęrere quã ſapiens reſpondere, ne cures igitur inueſtigare in his quę ad fidem pertinent quare hoc potius quã illud ordinatum fuit cur Romæ magis quam alibi cathedra hęc reſideat? tuum enim duntaxat eſt credere & obedire ſuperioribus tuis & figere in
13 corde tuo quod Liuius libro primo de bello punico dicebat abi nuntia Romanis, cæleſtes ita velle vt mea Roma caput ſit orbis terrarum quę verba et ſi de dominatione terrena dicta fuerint aliuio tamen & ad religionem diuinam qua Roma prę ſidet ſupra cæteras poſſunt referri.

## Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Obſeruantia ſubſequuta & continuata duratio per tempus memoriam hominum excedens eſt optima ſpecies probationis quæ appellatur argumentum a priori & poſteriori ſubſequuto.

2 Tituli primordialis dubietas ſi quæ poteſt eſſe ex ſubſequuto euentu certificatur.

3 Interpretatio vera eſt quæ a practica & obſeruãtia ſumitur preſertim ſi obſeruãtia iſta aliquo tempore fuit contradicta & non obſtantibus contradictionibus ſemper firma perſeuerauit nam cogimur ei ſtare etiam non percepta ratione.

4 Hæretici deberent ſe ad pedes Pontificis prouoluere dicentes erraui ſicut ouis quæ periјt quære ſeruum tuum Domine.

5 Romanus Pontifex non erit auſterus humilibus poſtquam Chriſtus Dominus eſt benignus & recipiet omnes vere conuerſos intra gremium eccleſiæ.

6 Antiquitas & ſanctitas maiorum noſtrorum veneranda eſt & nouitas fugienda ex multis quæ hic adducuntur.

7 Poſt Petrũ extiterunt continuati quaſi ducẽtum & viginti ſex Papæ quorum nullus Petri nomen accepit nec annos Pontificatus Petri attigit quæ omnia credendum eſt ſine numine Dei non eueniſſe ob reuerentiam Petri.

8 Eccleſia nulla tanto tempore conſeruauit fidem ſicut Romana & illic nulla hæreſis ſumpſit exordium.

9 Adictionem nec vnius ſermonis ad ſymbolum admiſit Roma nec ſillabæ.

10 Vnitas in orando & pſallendo a beatiſsimis Pio quinto & Gregorio xiij. laudatur.

11 Romæ pluſquam alibi ad martyrũ ſepulchra & eccleſias concurritur et in Romanis eſt maior deuotio & ſimplicitas ad credendum teſte Hieronymo cuius exemplum vtinã homines aliarum regionum imitarentur.

12 Euangelica doctrina ſpecialiter ſub Romani Imperij Sede conſiſtit & licet Roma fuerit ſæpius obſeſſa non tamẽ in totum diruta tutelari enim numine magni Dei ſeruata eſt tanquam terrarum gentiumque dea.

13 Roma nomẽ eſt quod apud græcos ſignificat fortitudinem & apud Hebręos ſublimitatem, autore Hieronymo:

14 Roma effuſione ſanguinis Petri facta eſt altera Hieruſalẽ teſte Hoſtienſe.

15 Roma ſola fidem ſemper ſeruauit cum omnes mundi prouinciæ in quibus Apoſtoli prædicarunt a fide defecerint & cathedram Petri retinuit nullis tempeſtatibus hoc perturbantibus.

16 Romani Pontifices & alij martyres plus Romæ quam alibi pro nomine Chriſti occiſi fuerunt & reliquiæ corporum aliunde translatorum cathedram hanc in morte ſicut in vita venerantur.

# Caput. XIX. In quo alijs rationibus oſtenditur vicariatum hunc, & Petri primatum Romæ & non alibi fuiſſe fundatum poſt translationem de Antiochia.

INTER CAETERAS probationum ſpecies, quę ad probandum aliquid de antiquo introductæ reperiũtur a Philoſophis & iure conſultis noſtris licet ethnicis & in ſolo lumine naturali ratiocinantibus vna eſt & præcipua obſeruantia ſubſequuta & continuata duratio per tempus memoriam hominũ excedens, quam multi ex noſtris appellarũt argumentum a priori & poſteriori poſtea ſubſe-
1 quuto credendum eſt enim & iudicandum quod obſeruantia tanti temporis continuata a titulo illo præcedenti defluxerit, & durationem illam acceperit, vt per iuris conſultum in. l. quædam mulier.
2 ff. de rei vendi. l. ſi a te. ff. ſi ſerui. vendicetur. l. prædia. ff. de acq. poſſeſ. a primordio enim tituli poſterior formatur euentus. l. j. circa fin. C. de imponẽda lucratiua diſcrip. lib. x. C. & dubietas tituli primordialis (ſi quæ potuiſſet eſſe debet ex euentu ſubſequuto certificari. l. minime &. l. ſi de interpre
3 tatione. ff. de legib. & vera eſt interpretatio quæ a practica



practica ſumitur dicebat apud nos Baldus iuriſcõſultus et Philoſophus AEgregius in. c. j. de feudo ſine culpa non amittẽdo cuius dicti autoritate deciduntur multa in auditorijs cauſarum quæ hic referre longum eſſet, recẽſet Craueta de antiq. j. parte fol. liij. & con. x. &. cxviij. & alibi doctores nr̃i quos hic non congero ſicuti ſoleo cauſas agendo præſertim quando conſuetudo & obſeruantia talis fuit aliquo tempore contradicta, & non obſtãte tali cõtradictione firma perſeuerauit ſemper cõ tradictionibus abolitis iuxta tex. in. l. cum de conſuetudine. ff. de leg. & glo. in. c. fi. de conſuetu. & multo magis ſi ſit rationabilis & præſcripta per tẽpus immemoriale. c. j. de præſcript. lib. vj. ſi igitur propter tanti temporis obſeruantiã cogimur etiã non percepta ratione obedire maioribus, & antiquioribus nr̃is nec poſſumus recedere ab eo quod ipſi diffinierunt & tanto tempore cuſtodierunt quãuis obſeruantia talis non fundetur in ratione naturali, nec autoritate iuris diuini. Et quãquã aliquid abſurdi videatur in ſe continere ſola maiorũ fortaſſe reproborum ſententia quaſi cõpedibus alligati. Quis poterit catholice lector a lachrimis tẽperare, ſi videat in dubium reuocari temporibus noſtris a perfidis et nebulonibus iſtis dignitatem cathedræ huius & vnius paſtoris pro Chriſto vicarij fundatam in principijs iuris naturalis, & tã apertis Sacræ ſcripturæ autoritatibus a mille quingentis annis & vltra veneratam per tot ſanctos patres &

patres & tam enixe, vt pro eius obedientia mori & martyrium ſubire non dubitauerint, & deniq; permanentem non obſtantibus contradictionibus quæ contra eam ex tot tyrannorũ perſequutionibus, & hereticorum verſutijs inſurrexerunt. Hoc ſolum profecto, ſi piç & catholicę conſidaretur deberet omnes nulla vlteriori autoritate inueſtigata in ea obedientia quæ huic cathedræ debetur & tantæ fidei ſoliditate firmare. Hoc etiam ſolum deberet arrogantes hęreticorum chimeras & phantaſmata diabolica ſuggeſtione. (quo licen
4 tius vitijs ſubſeruiant) conficta deſtruere. Hoc denique ſolum, ſine alio examine deberet eos pro volutis genibus ꝓſtrare ad pedes huius ſancti paſtoris, & pro Chriſto vicarij decantando verſum illum Pſal. cxviij. erraui ſicut ouis, quę perijt, quęre ſeruum tuum Domine omnes nos quaſi oues errauimus vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. Eſaiæ. liij. Rege me Domine in loco paſcuæ colloca me, virga tua, & baculus tuus me conſolentur. Pſal. xxij. Pone me quaſi gregem in ouili, & quaſi pecus in medio caularum Micheæ. ij. ne omnino abſcindar de ouili tuo ſicut pecus infectum Abachuc tertio & ne ſicut oues in inferno poſitas mors depaſcat nos.

5 Ille enim beatiſsimus Romanus Põtifex Chriſti vicarius, vt dicit Chryſoſtomus eleganter in. c. alligãt. xxvj. q. vij. non erit auſterus poſtquam Dñs eſt benignus, quia non ſolum ſi vere cõuertantur, eos ad



eos ad miſericordiã benigne recipiet. c. ſuper eo. de hæreticis. lib. vj. l. fi. C. de ſumma trini. c. duo. xxiij. q. iiij. c. ſedes Apoſtolica. dé reſcript. verum etiam ad exemplum Chriſti & paſtoris, qui ouem quam perdiderat inueniens conuocabit amicos ſuos, & vicinos dicens eis congratulamini mihi, quia ouem quamꝰ perdideram inueni Lucæ. xv. tranſumptiue, & eleganter ad propoſitum in. c. pænitentes ex corde. xxvj. q. vij.

Sequamur ergo, vt ad propoſitum redeamus, 6
antiquitatem & ſanctitatem maiorum noſtrorũ vere literis & virtute maiorum potiuſquam Sophiſmata nebulonum noſtri tẽporis ſicut & Iob. ſexto legitur, interroga generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam heſterni quippe ſumus, & ignoramus, quoniam vmbra dies noſtri ſuper terram ipſi docebunt te, & loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Vnde elegãter Beatus Iſidorus ad maſſanum Epiſcopum in. c. Domino ſancto. l. diſtin. ponderando autoritatem illam Ezechielis. xvj. confundere, o Iuda & porta ignominiam tuam, & tu & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem dicebat, Quotieſcunque diſcors ſententia inuenitur in geſtis conciliorum, illius concilij ſententia magis teneatur, cuius antiquior extat autoritas, habet enim antiquitas maiorem fraternitatem cum fidelitate Dei quam nouitas iuxta illud Eſaię. xxv. Domine

domine Deus es tu & cõfitebor nomini tuo quoniam feciſti mirabilia cogitationes antiquas fideles Amẽ ꝓpterea Nicolaus Papa in.c. Ridiculũ.xij. diſt. dicebat, Ridiculum eſt et ſatis abhominabile dedecus vt traditiões, quas antiquitus a patribus ſuſcepimus infringi patiamur, & patres concilij Ariminenſis reſponderunt ad quoſdam nouitatũ inuẽtores, nos nõ quia fide indigeremus huc conuenimus habemus enim ſanam fidem, ſed vt eos qui veritati contradicunt, & noua moliuntur con funderemus, & quæ patrum ſunt teneamus, vt refert Athanaſius libro.ij. de perſequutione, & ad Conſtantinum Imperatorem lib. xij. cap. xv. in Epiſtola de ſynodis Arimini & Seleuciæ cõgregatis quam habemus in primo tomo conciliorũ. fol.cxxxiiij. Sic patres illi ſcripſerunt ſupplicamus humanitati tuæ vt benignis auribus, & ſereno vultu noſtros legatos intuearis neque ad contumeliã mortuorũ aliquid noui induci permittas, ſed nos ſinas in inſtitutis decretiſque maiorum permanere quos magno ingenio prudentia & ſpiritu ſancto omnia feciſſe aſſeueramus certe res noue credentibus incredulitatem, incredulis ferocitatẽ inducunt vt etiam allegat Cardinalis Hoſiuis in.ij.tomo titulo de expreſſo Dei verbo fol. dxxxiij. deteſtanda eſt ergo nouitas & ſequenda vetuſtas, vt infra cap.fi. latius oſtendemus & vt iam ad Romã noſtram cõuertamur prõ efficaciori huius noſtrę antiquitatis continuatę fundamento, põderemus poſt bea-



poſt beatum Petrum primum Chriſti vicarium extitiſſe quaſi ducentum & viginti ſex Pontifices vnum ſemper alterius ſucceſſorem vſque ad ſanctiſsimum Gregorium decimum tertiũ qui nunc eccleſiam Dei fæliciter gubernat, & ex tot Pontificibus nullum auſum fuiſſe Petri nomen aſſumere ob reuerentiam beati Petri cuius ſunt ſucceſſores nec aliquem eorum viginti quinque annos Pontificatus attigiſſe quibus Petrus rexit eccleſiam quæ omnia vt ab alto prouenientia non modicam admirationem fidelibus inducere debent & eos in humilitate & obediẽtia, quæ Romano Põtifici debetur plus cõfirmare potuiſſet neq; enim hæc ſine numine Dei euenerunt & ſi beatus Ireneus, vt ſtatim dicam continuatam Pontificũ ſucceſsionem a beato Petro vſque ad beatũ Eleuterium tunc Romanum Pontificem ponderabat a fortiori in ſeculo noſtro poſſumus conſiderare ſuccedaneam Pontificum ſucceſsionẽ a beato Petro vſque ad beatam Gregorium.xiij. Papã intelligentes adimpleri in hac Romanæ eccleſiæ cõſeruatione verba illa Chriſti ad Petrum dicta quod pro eo rogauit vt non deficiat fides eius ſed vt cõuerſus confirmaret fratres ſuos Lucæ. xxij. ſed age iã diſcurre modo per omnes prouincias mundi in quibus cæteri Apoſtoli prædicauerunt, & videbis nullam aliam niſi Romanam tãto tempore 3
ac vſque modo cõſeruaſſe prout conſeruatura eſt vſque ad cõſummationem ſeculi fidem ſanctum Hanc

Hanc Petri pro qua Chriſtus patrem rogauit in
præſentia cæterorum Apoſtolorum & Petri. le=
ge beatum Cyprianum in expoſitione ſymboli
Apoſtolorum vbi ait quod licet in diuerſis eccle=
ſijs aliqua fuerint addita verbis ſymboli. in eccleſia
tamen vrbis Romæ hoc non depręhenditur fa=
ctum et pro eo arbitror dicit martyr ille glorioſus.
& aphricanus quod neque hæreſis vlla illic aſſum
pſit exordium & mos ibi ſeruatur antiquus apud
eos qui gratiam Baptiſmi ſuſcepturi ſunt publico
fidelium populo audiente ſymbolum reddere. Et
vtique adiectionis vnius ſermonis ſaltem eorum
qui præceſſerunt in fide non admittit auditus.
hæc Cyprianus condemnans in illis verbis adie=
ctionem etiam vnius ſermonis ad morem anti=
quum præter Apoſtolicæ ſedis autoritatẽ & ideo
optimo iure temporibus noſtris ex decreto ſacri
10 Concilij Tridentini & beatorum Pij ac Gregorij
Pontificum mandato factum eſt et factum ſerua=
tur vt diuerſis orandi & pſallendi modis qui in v=
naquaque prouincia & Diœceſi adinuenti fuerũt
in totum exploſis ad vnum eumque antiquũ orã
di & pſallendi ritum reſtitueremur ſalua in omni
bus ſedis Apoſtolicę autoritate quæ ſecundũ va=
rietatem locorum & temporum valeat ſuper his
diſpenſare. cap. non debet. de conſangui. & affini.
ſed ad noſtram Romam redeundo audi Hierony
mum in procemio commentariorum epiſtolæ ad
Galatas, et ad Paulam et Euſtochiũ de Roma vr=
be dicen=



be dicentem vbi alibi tanto ſtudio & frequẽtia ad
eccleſias & martyrum ſepulchra concurritur? vbi
ſic ad ſimilitudinem cæleſtis tonitrui amẽ roboat 11
& varia idolorum templa quatiuntur, non quod
aliam habeãt Romani fidem niſi hanc quam om
nes Chriſti eccleſiæ tenẽt, ſed quod deuotio in eis
maior ſit & ſimplicitas ad credendum hæc Hie=
ronymus et vtinam omnes hoc ſui capitis & eccle
ſiæ Romanæ imitarentur exemplum tam in re=
ſpuenda adiectione vnius ſermonis ad morem an
tiquum ex Cypriano quam etiam in conſeruãda
deuotione & ſimplicitate ad credendum ex Hie=
ronymo ſic enim hæc fides ſanctorum Patrũ an=
tiqua duraret apud eos, et in omnibus nationibus
Romæ noſtræ arx alta maneret ac nociuę nouita=
tum quæſtiones exularent a cordibus ipſorum.
Quid etiam referam beatum Hilarium in Prolo=
go ſuper Pſalmos vbi ait quamuis multę Barba=
ræ gentes Dei cognitione ſecundum Apoſtolorũ
prędicationem & manentium hodie illic eccleſia= 12
rum fidem adeptę ſint tamen ſpecialiter euangeli=
ca doctrina ſub Romani imperij in quo Hebræi
& Græci continentur ſede conſiſtit hęc Hilarius,
& licet Roma obſeſſa fuerit ſępę ſæpius nõ eſt di=
ruta ſicut Cartago Troya & alię ciuitates Tutelari
enim numine magni Dei ſeruata eſt tanquam ter=
rarum gentiumque dea cui nihil eſt par in qua Pe
trus Chriſti Vicarius ac ſucceſſores eius præſide=
rent vt dicit Blondus forolibienſis hiſtoricus de

O Roma

Roma triumphante quem refert Faber tractatu.
x.textu. xxiiij. Vnde ad noſtram Romam referri
poſſunt ea omnia quæ ex Chryſoſtomo et alijs ſu
pra capite ſexto numero.xiij. cōgeſsimus ad pro=
bādum quod eccleſia vniuerſalis duratura eſt vſ=
que ad finem mundi quia licet impugnetur nō ta
men expugnabitur. Quod ſatis etiā oſtendit Ro=
manam eccleſiam eſſe caput omnium eccleſiarum
poſtquam caput & corpus ſic in iſta duratione cō
ueniunt & teſte Hieronymo contra Iouinianum
Roma nomen eſt quod apud Græcos ſignificat
13 fortitudinem & apud Hebræos ſublimitatem in
ſignum videlicet ſublimis & ſupremi Pōtificij ve
re & Catholicæ eccleſiæ quod pœnes ipſam fuiſſe
eſſe & futurum vſque ad ſeculi conſummationem
credimus & confitemur intrepide & vt dicebat
apud nos Hoſtienſis in cap. per venerabilem.§. ſa
ne qui filij ſint legitimi. vrbs Romana effuſione
ſanguinis Petri, qui fuit primus Chriſti Vicarius
14 facta eſt altera Hieruſalem ab ipſo Deo, quia per
talem effuſionem volūtas Dei fuit vt ille locus fir
maretur & conſecraretur pro eccleſia ſua ſancta
quæ eſt caput & domina eccleſiarum, nā licet Hie
roſolyma propter Chriſti paſsionem fuerit glo=
rioſior, Roma tamen pro ſede ſummi Pontificis
fuit aptior, a Chriſto quoque prælecta in ſignum
ſuperioritatis quam Romanus Pontifex habitu=
rus erat ſuper totum orbem ideo voluit dominus
ibi potius quam alibi eccleſiæ caput ſtabilire vt
optime



optime ponderat Palacios Rubios in tractatu de
retentione regni Nauarre, parte ſecunda.§.4. Sed
age & mente diſcurre per omnes mundi prouin=
cias in quibus Apoſtoli prædicarunt defecit A= 15
chaya, vbi Andreas, Aſia, vbi Ioannes, India vbi
Thomas, Perſia, vbi Simon & Iudas, Ethiopia,
vbi Matthæus, Hieroſolyma, vbi Iacobus vterq;
Græcia, vbi Paulus, Phrigia, vbi Philippus, Sama
ria, vbi Matthias India citerior, vbi Bartholo=
meus, Pontus, Galacia, Bithinia, Antiochia, vbi
Petrus prædicauit, omnes iſtæ a fide ſanctiſsima
defecerunt, nec aliquam inter cæteros ſuperiorita
tem & præeminentiam conſeruarunt, ſola Roma
ſola inquam Roma a Petri prædicatione non ſo=
lum fidem inter tot perſequutiones & tyrannides
verum etiam & imperium ſedis Apoſtolicæ reti=
nuit ſupra cæteras. Et profecto quamuis nullum
aliud teſtimoniū, niſi ſolus iſte rei euentus adeſſet
deberet omnes in tantæ fidei & cathedræ obediē=
tia ſolidare.

Pondera etiam quot ciuitates & prouinciæ fi= 16
delibus in totum exploſis captiuatæ fuerint ab ho
ſtibus infidelibus ſola Roma ab eo die quo Pe=
trus eā erudiuit, vel in multis, vel in paucis fidem
& cathedram ſuam continuata Pontificum ſuc=
ceſsione conſeruauit, nihil hoc impediētibus, nec
impedire valentibus tot perſequutionibus tyrāno
rum tot martyrum exoſſationibus, incēdijs & de
capitationibus & præconijs de Chriſtianis exilio

& morti tradendis pondera hic teſtimoniũ Leo=
nis primi quomodo attilam ſolo verbo ab obſi=
dione quam contra Romam parauerat expulit.
Attende ſimiliter immediata & continuata mar=
tyria tot ſanctorum Romanorum Pontificum vſ
que ad tempora liberij Papæ , & aliorum poſtea
pro Chriſti nomine occiſorũ de nulla enim pro=
uincia reperies, tot martyres & Pontifices pro fi=
de & gloria Dei trucidatos. Cõtemplare quot ſan
ctorum exẽpla, paſsiones, virtutes & exhortatio=
nes vrbem illam & omnes eius habitatores ſpiri=
tualiter ædificarunt quot martyres illuc ad marty
rium adducti fuerunt ex omnibus quaſi mundi
partibus quot etiam reliquię illam exornant vnde
quaque terrarum, vt Ignatius, ex Antiochia, Lau
rentius ex Hiſpania , Stephani corpus ex Hiero=
ſolymis, & quaſi omnia Apoſtolorum & quã plu
rium martyrum corpora & oſſa illuc tranſlata &
in templis Romanis ſolemniter recondita quaſi in
morte ſicut & in vita hanc ſanctam cathedram ve
nerando. Conſidera quot prodigia & miracula in
fidei cõfirmationem operatus fuerit tibi Deus no=
ſter & dices vere nõ eſt aliud hic niſi domus Dei
& porta cœli. vnde eleganter Auguſtinus relatus
per Roffenſem artic. xxv. tenet me inquit in eccle
ſia ab ipſa Petri ſede , cui paſcendas oues ſuas do=
minus poſt reſurrectionem commendauit vſque
ad præſentem Epiſcoporum ſucceſsio ſacerdotũ
continuata, & idem Auguſtinus contra Mani=
chæos



chæos plurimum inquit, in re dubia ad fidem &
certitudinẽ valet Catholicę eccleſiæ autoritas quæ
ab ipſis Apoſtolorum fundatiſsimis ſedibus vſq;
in hodiernum diem tot ſuccedentibus ſibi Epi=
ſcopis ſecundum ſeriem ſucceſsionis , & tot po=
pulorum cõſenſione firmatur et ſimiliter Ireneus
lib. iij. aduerſus Valentinianum & alios hęreticos
inquit , traditionem Apoſtolicam toto orbe ma=
nifeſtam in omni eccleſia adeſt perſpicere omni=
bus qui vera voluerint audire eam videlicet , quã
primitiua eccleſia per ſucceſsionem continuã Pa=
trum et Epiſcoporum tranſmittit ad nos funda=
tam Romæ a glorioſiſsimis Apoſtolis Petro &
Paulo & per ſucceſsiones Epiſcoporum ad nos
peruenientem cuius occaſione continuatã in Ro=
mana eccleſia ſucceſsionem Epiſcoporum a bea=
tiſsimo Petro vſque ad Eleutherium , qui eccleſię
Romanę tunc pręſidebat enumerat et dicit hac or
dinatione et ſucceſsione ea, quę ab Apoſtolis tra=
ditio in eccleſia et veritatis pręconizatio perue=
nit vſque ad nos eſt pleniſsima hęc eſt oſtẽſio de=
monſtrans vnam et eandem fidem fuiſſe , quę in
eccleſijs tradita eſt ab Apoſtolis, et vſque nunc cõ
ſeruatur in veritate. Hęc illę Ireneus Lugdunẽſis
Epiſcopus ſancti Policarpi diſcipuli beati Ioannis
auditor relatus a Pighio cap. ij. libri primi ſuę Hie
rarchię in qua autoritate ponderandum eſt quid
dixiſſet Sanctus ille qui vſque ad Eleutherium,
tunc ſummum Pontificem continuationem an=

numerabat, ſi vidiſſet ſucceſsionem Pontificum Romanę eccleſię a beato Petro vſque ad ſanctiſsimum Gregorium decimum tertium, qui nunc fœliciter ſedet in cathedra Petri, cum in ſextuplum plures et vltra tranſierint Pontifices ab Eleutherio, vſque ad nos quam a ſancto Petro vſque ad Eleutherium tunc Romanę Eccleſię paſtorem & præſidentem.

Ex quibus omnibus, iudicio meo ſatis remanet comprobatum Romanum Pontificem, pro tempore exiſtentem fore fuiſſe & eſſe vicarium Chriſti Ieſu ſeruatoris noſtri & ſucceſſorem beatiſsimi Petri Apoſtolorum principis, & huic ſemper nos tãquam Paſtori huius ouilis et pro Chriſto vices gerenti obedire debere, Poſtquã de nullo alio Pontifice de nulla alia eccleſia tantam & tam ordinatam continuationem Pontificum legamus & a tantis ereptam hęreticorum et tyrannorum perſequutionibus quaſi inter mortuos liberam exeuntem.

## Ex Capite ſequenti,

### SVMMARIVM.

1 Contra principia negantes non eſt arguendum.
2 Cum hæreticis diſputare prohibitum eſt.
3 Iudicio ſinodi iniuriam facit qui ſemel iudicata ibi & deciſa reuoluere contendit.
4 Lex quantumcunque dura ſeruanda eſt.
5 Veritas ad hæreſes collata magis refulget.

Beati



6 Beati reputãtur qui pro fide tuenda cõtra hęreticos ſcribũt.
7 Autoritas Matthæi.xvj. Tu es Petrus, &c. de promiſsione intelligitur & deſtinatione verba autem Ioannis vltimo paſce oues meas de collatione actuali.
8 Manus electis nõ ſtatim imponendæ nec confirmandus eſt cito electus etiam in concordia.
9 Petrus Sathan appellatur a Chriſto Matthæi.xvj. poſt diuinam illã cõfeſsionẽ eo quod paſsioni Chriſti obuiabat.
10 Petro non in cœlo ſingulariter ſicut alijs, ſed in cœlis fuit a Chriſto data poteſtas ligandi & ſoluendi, & licet Ioannis penultimo omnibus dictum fuit accipite Spiritum ſanctum poſtea tamen ei ſoli dictum eſt Paſce oues meas præſentibus cæteris Apoſtolis.
11 Deus & natura nihil agunt ſuperfluo.
12 Petrus licet pro omnibus reſponderit tamen ei vt capiti dictum fuit, Tu es Petrus, &c.
13 Donatio facta per Imperatorem Papæ vt capiti eccleſiæ facta fuit.
14 Petri poteſtas ipſo iure tranſit in ſucceſſores, ſed Epiſcopi aliorum Apoſtolorũ ſucceſſores a Papa recipiũt poteſtatẽ.
15 Relatiuũ hic hæc hoc ad ꝓximiora refertur vnde verba illa & ſuper hanc petram exponuntur id eſt ſuper te Petrum.
16 Chriſtus eſt petra primaria huius ædificij ſpiritualis Petrus autem petra ſecundaria.
17 Chr̄s titulos ſibi attributos aliquãdo cõmunicauit apoſtolis
18 Miſsio non arguit ſuperioritatem in mittentes quando miſſus eſt de numero etiam mittentium.
19 Chriſtus quando prohibuit maioritatem inter ſuos de tyrãnica & ſuperba intelligit non autem cõdemnauit publicam & iudicialem poteſtatem.
20 Petrus licet poſt promiſſam hãc cathedram Matthæi.xvj. defecerit vt in trina negatione & licet ſui ſucceſſores vt priuatę perſonę errẽt tamẽ in diffinitione eorũ quæ vt publicę perſonę deliberãt ad fideliũ inſtructionẽ errare nõ poſſunt.
21 Petrus & Paulus licet meritis æquales eſſent tamen officio & dignitate maior erat Petrus & mirabilior.
22 Beatus Ireneus non reſtitit Papæ victori, ſed eum orauit ne excommunicaret Orientales & eodem modo intelligitur il-

O 4 lud

lud Policarpi exemplum.

23 Vniuerſali dictioni equipollet in definita legis & ideo non deſignaſſe aliquas oues, ſed oues ſimpliciter eſt dixiſſe omnes oues meas.

24 Petrus non debebat mittere ad prędicandũ apoſtolos quos iam Chriſtus paſtor principalis miſerat.

25 Petro data fuit principaliter prædicatio his qui ex circuncisione erant ſicut & Chriſtus miſſus non fuit principaliter ad gentes.

26 Confirmatio ſeu approbatio facta per Iacobũ fratrem Domini de ſententia Petri non tollit autoritatem prędidentię in Petro quem Deus elegit vt per os eius audirent gentes verbum Dei.

27 Petrus ordinauit Iacobũ fratrem Domini Epiſcopum Hieroſolymitanum, & duodenarium numerum Apoſtolorum impleuit in Matthia.

# Caput. XX. In quo cauillationibus hæreticorum contra ſanctiſsimam huius cathedræ authoritatem obiectis reſpondetur.

CVM CATHEDRAE huius dignitas fundata ſit in tã apertis Sacræ ſcripturæ, præſertim euãgelij autoritatibus, et iuris naturalis ac Philoſophiæ principijs cum mille quingentorum annorum & vltra obſeruantia ſubſequuta et continuata, vt latius ſupra oſtenſum fuit non oporteret, iudicio meo, aliquid aliud



aliud contra hæreticos noſtri temporis allegare ad eorum confuſionem & noſtram ædificationem, ſuper cathedræ huius obedientia, niſi illud principium Ariſtotelis libro primo Phyſicorum contra negantes principia non eſt arguendum, nam quod obſecro poteſt eſſe principium magis fundatum quam iſtud, cui tot teſtimonia iuris diuini & rationis naturalis conueniunt? Et ſi in iure ciuili tantum potuit autoritas Papiniani & Vlpiani ſi in medicina Galeni & Hippocratis, & deniqueín Philoſophia Ariſtotelis & Platonis textus citati vt contra eos arguens derideatur propter irrefragabilem autoritatem quã eis attribuit conſuetudo, & quaſi iurata magiſtrorum doctrina quam in lege prima. C. de legibus, appellant doctores noſtri autoritatem creditu neceſſariam deplorandos ſimul, & deridendos arbitror, qui deſpiciunt & contemnunt dignitatem Pontificis noſtri in iure diuino naturali & humano cum tãti temporis obſeruantia ſolidatam. Propterea pa- 2
tres noſtri Catholici optimo iure prohibuerunt diſputationem cum hæreticis, nam vt dicebat eleganter Martianus Imperator in leg. nemo cle- 3
ricus. C. de ſumma trini. iniuriam facit iudicio ſanctæ ſinodi ſi quis ſemel iudicata ac recte diſpoſita reuoluere & publice contra ea diſputare contenderit, & idem Imperator in canon. nos ad fidem. xcvj. diſtinct. dixit ſinodo intereſſe voluimus vt de veritate inuenta non vltra multitudo

doctrinis prauis attracta diſcordet, & Gelaſius
Papa in capitulo. maiores. vigeſima quæſtione
prima, ait maiores iam ſuos diuina inſpiratione
id præcauiſſe, & quidem iuſta de cauſa, nam de le
ge iudicare nemini licet, ſed ſecundum legem, vt
per Auguſtin. & Iſidorum in can. Erit autem lex
& in can. in iſtis. iiij. diſtinctio. etiam ſi quid du=
4 rum iudicio noſtro lex cõtineret vt dicebat Iuriſ=
conſultus in. l. proſpexit. ff. qui & a quibus, ibi
quod quidem per quam durum eſt ſed ita lex ſcri
pta eſt. Hoc ſolo ſolidiſsimo fundamento debe=
mus confundere nebulones & hæreticos iſtos
exemplo Carbonarij illius a Pighio relati quem
& nos infra referemus tanquam memorandum
exemplum & virum ex Carbonario doctorem
5 noſtrum effectum. Sed quoniam veritas ipſa ad
hereſes collata magis refulget vt per Auguſtinum
ſermone nonageſimo ſeptimo de tempore & lib.
ſeptimo cõfeſsionum capitulo decimo nono, vbi
ait improbatio hæreticorum eminere facit quid
eccleſia teneat, & quid habeat ſana doctrina &
tempore noſtro, quo ſimplices ſollicitantur &
decipiuntur ab hæreticis, operepretium eſt con=
tra deceptores ſcribere & eorum errores con=
futare, prout Catholice, & doctiſsime præ=
ſtiterunt patres qui noſtro tempore floruerunt
6 vt gloria Dei manifeſta fiat & veritas Catholicę
fidei defendatur, ac hæretici de facili conuertan=
tur, prout dixerunt & ſanctus Thomas & alij
relati

relati per Dominum Epiſcopum Septimancam
capitulo vigeſimo, ſuarum inſtitutionum, qui ter=
que quaterque beatos iudicauit eos, qui pro fide
Catholica tuenda, & extirpandis hæreſibus Ca=
tholice ac pie ſcripſerunt quorum ego veſtigijs
inhærendo, pauculis additis ex noſtro iuris v=
triuſque horreo pro cathedræ huius autoritate
reſpondere curabo cauillationibus hæreticorum
noſtri temporis quas contra eam ſomniarũt vt
ſomno vitiorum ſuorum licentius vacarẽt quod
Theologorum eſt relinquendo Theologis & pri
matum Petri prout Canoniſtam decet prote=
gendo.

Et quoniam tota hæreticorum chimera con=
tra cathedram Petri conficta in duas partes di=
ſtribuitur altera per quam negant, primatum
hunc Petro conceſſum, & altera quæ Roma=
num Pontificem renuit eſſe Vicarium Chriſti
& Petri ſucceſſorem, ideo primo loco iacula
quæ contra Petri poteſtatem emittuntur retor=
quebimus poſtea reſponſuri argumentis, quæ
contra Romani Pontificis ſuperioritatem ima=
ginantur.

Garrulant ergo imprimis locum illum Mat=
thæi decimo ſexto. Tu es Petrus, & ſuper hanc
petram ædificabo Eccleſiam meam, nihil ad pri=
matum Petri pertinere, & quod hoc ſenſit gloſ=
ſa in capitulo. conſiderandum. quinquageſima di
ſtinct. & Panor. in capi. ſignificaſti, de electione
dicendo

dicendo quod non per illa verba, Tu es Petrus, &c. Sed per illa verba, Paſce oueas meas Ioannis vltimo, fuit collatus Pontificatus Petro & de hinc contra noſtros Canoniſtas inſurgit perfidus ille Luther dicens, quia ſi Iuriſtis licuit, hoc negare cur & non ſibi Theologo licebit, pondera obſecro, Catholice lector arrogantium tam peruerſi hominis ſe Theologum, hoc eſt ſcientiæ diuinæ & a deo reualate profeſſorem aſſerentis, et tam ſuperbę & fallaciter iuriſtas obuirgantis, Nam prout ſupra dixi, quaſi omnia decreta Canonum noſtrorum de hoc primatu loquentia in illa autoritate Matthæi fundantur quæ longum eſſet recenſere quorumque nullum ignorarunt gloſſę decretorum & Panormitanus fideliſsimus Canonici iuris interpres, qui non dicunt textum illum nihil facere pro Petri primatu, ſed quod cum illa verba, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo Claues regni Cœlorum, & quodcunque ligaueris in terra erit
7 ligatum in cœlis, &c. omnia fuerint de futuro, verba autem Ioannis vltimo, Paſce oues meas, fuerint de preſenti, & dicta poſt paſsionem, & poſt delictum abiurationis Petri iam remiſſum ideo priora verba Matthæi ad promiſsionem & deſtinationem referuntur, verba vero Ioannis de præſenti collationem denotant actualem paulo ante quam CHRISTVS cælos aſcenderet. Hoc eſt quod dicūt gloſſę ille et Panor



Panor. in. d. cap. ſignificaſti. & in cap. translato. de conſtitu. vbi Felinus allegat plures in eam rem. Quod peccatum obſecro Canoniſtarum eſt ſi in proprietate verborum de futuro fundantur? præſertim cum ante Aſcenſionem, vt ſepæ dixi, nō indigebat puſillus ille & Apoſtolicus grex altero paſtore actuali poſtquā pręſentia corporali et Chriſti conuerſatione fruebatur? quid præterea ſcimus ſi hoc exemplo voluit Chriſtus differre tanto tempore collationem actualem eius quem iam deſtinauerat, irreuocabiliter poſtquam ſuum dicere erat facere teſte ibi Hieronymo, vt inſtruerētur fideles in eo quod ſeruat eccleſia ſuper electionibus prælatorum, ne ſcilicet ſtatim manus impo= 8
nant electis, nec ipſi adminiſtrent dignitatē etiā in cōcordia electi donec ſuperueniat actualis collatio & confirmatio. cap. cupiētes. c. auaritię. de electio. lib. vj. vide obſecro, quo cauillo & figmēto ſophiſtico, & ſeipſum et tot animas deceperit perditus homo, quicquid enim ſit et totū relinquendo deliberationi beatiſsimi Romam Pontificis & ſanctę matris eccleſiæ, ſiue verba Matthæi fuerint deſtinationis tantum ſiue collationis Pontificatus omnes canoniſtę Catholici primatum hūc in beato Petro cæpiſſe confitentur autoritate illa Matthæi. xvj. quorum ſententiæ ſi adhæſiſſet non dilaniando, nec dilacerando verba eorum ſatius ſibi & gregi Chriſtianorum conſuluiſſet. Quid pręterea ſcimus ſi ad eligere debentium Pontificē & eligendi

et eligendi inſtructionem diſtulit Chriſtus actua=
lem collationem toto hoc tempore vſquequo Pe=
trus ſtatim in illo.xvj.cap.Matthęi poſt magnifi=
cam illam et diuinam confeſsionem a Chriſto in=
crepatus et Sathã appellatus propterea quod paſ=
ſioni ſuæ reſiſtebat,et poſtea in paſsione Chriſtũ
negaturus pœnitentiam amari fletus egiſſet et in
gratia Domini conſtitutus acciperet collationem
vt electores et eligẽdi ſic de cætero pro viribus la
borent, vt in ſancta ſanctorum huius dignitatis
ingreſſurus reperiatur et perſeueret in gratia licet
enim ipſe eligendus et electores ignorent an quis
dignus ſit odio, vel a more cum id ſoli Deo fue=
rit reſeruatum tamen exemplo illius collationis a=
ctualis tanto tempore prorogatę et pœnitentię a=
mari fletus ſubſequutæ, poſt peccatũ abnegatio=
nis et ante collationem docentur eligentes et eligẽ
dus ad ſtatum gratię negotiandum et conſeruan=
dum attendere quantum in eis fuerit licet propter
peccatum eis nullatenus ſit a ſubditis obedientia
deneganda vt ſæpe diximus.

Cauillantur etiam Petrum parem cum cęteris
Apoſtolis poteſtatem accepiſſe, et non ſuperiori=
tatem aliquam poſtquam Petro et alijs in com=
muni dictũ fuerit Matthęi.xviij. quęcunq; ligaue
ritis ſuper terrã erunt ligata et in cœlo,&c.et Ioan
nis.xx.Petro cũ alijs dictũ fuit de pręſenti,accipi=
te Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis pecca=
ta remittuntur eis et quorum retinueritis retenta

ſunt ſed



ſunt,ſed ad hoc reſpondet Origenes in Matthęũ
autoritate alias citata vbi dicit,ſicut myſterio non
caret, quod Chriſtus Petro apud Matthęũ pote=
ſtatẽ dedit ſiue dare promiſit (ponderat hoc ver=
bum promiſit ad ea quæ ſupra dicebã ex noſtris) 10
non vnius cœli, ſed multorum cælorum, & poſt
duo capita reliquis Apoſtolis poteſtatem dedit li
gandi atque ſoluendi non in cœlis, ſed in vno cę=
lo dumtaxat, ita myſterio non vacat quod a Chri
ſto Ioannis penultimo omnibus Apoſtolis datus
eſt Spiritus Sanctus & deinde cura gregis ſoli Pe
tro data fuit & profecto hoc ſolum ſufficere debe
ret ad magis confirmandam Petri cathedram et
primatũ. Solent enim ea, quæ ſpecialiter alicui di=
cuntur ſeorſum & ſeparatim ab alijs, maiorem in
eo præeminentiam ſignificare quam illa, quæ ipſi
cum alijs communiter & in vniuerſo dicta fuerũt
propter autoritatem quam habent ea, quæ ſpecia
liter dicuntur ad prędominandum illis quæ in ge
nere & in communi dicta fuerunt iuxta notata in
reg.generi per ſpeciem de reg.iur.lib.vj.et in cap.
j.de reſcrip.cũ multis vulgaribus & ea quæ pluſ=
quam geminatis vicibus dicuntur maiorẽ habent
expreſsionem. l. Balliſta. ff. ad Trebellia. præ=
ſertim cum verba Matthæi dicta fuerint Petro
in pręmium diuinæ atteſtationis quam ſupra a=
lios confeſſus eſt ergo maiorem ſine dubio quam
alijs præeminentiam dedit Petro Chriſtus in illis
verbis.

Quod etiam

Quod etiam denotare voluit & angelica phraſis in illis verbis, Ite dicite diſcipulis eius & Petro prout ſupra latius pōderata fuerunt. Accedit etiā quod diſcipulis in communi tantummodo dictū fuit, quecumque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, &c. et accipite ſpiritum ſanctum, &c. Sed Petro tu es Petrus et ſuper hanc petram, a me petra Petrum appellatum ædificabo eccleſiā meam, et tibi dabo claues regni cœlorum quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum et in cœlis in plurali, vt et Origines pōderat in autoritate ſupra citata. Et rurſum, qui Petro et alijs ſimul et in communi dixerat Ioannis penultimo, accipite Spiritum ſanctum, dixit Petro ſeorſum et in præſentia aliorum poſtea Ioannis vltimo, Paſce oues meas, Paſce agnos meos et cum interrogationibus ſupra citatis et cum verbo paſcere, quod eſt regere apud Sacram ſcripturam vt ſupra latius probatum fuit. Deus autem et natura, teſte Philo
11 ſopho nihil faciunt nec ordinant fruſtra.

Si ergo non aliquam ſuperioritatem denotant verba, quæ et Matthæi.xvj. et Ioan. vltimo dicta fuerunt Petro ſeorſum et pluſquam alijs ſingulariter niſi repetitionem tantum eorum quæ Petro et omnibus diſcipulis in communi dicta fuerūt, manifeſto ſequeretur verba Petro ſoli ſpecialiter dicta tam reſpectu promiſsionis, vt Canoniſtę dicunt, quam collationis Pontificatus fuiſſe ſuperflua quod neutiquam poteſt dici cum Deus et natura nihil

tura nihil



tura nihil agant ſuperfluo.

Ne ergo dicamus verba Chriſti ad Petrum dictā ſpecialiter fuiſſe ſuperuacanea, concludamus cum eodem Origene homilia.vj. ſuper Matthæū dicente, ſed quoniam oportebat maius aliquid habere Petrum præalijs, ideo illi dicit, Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quæcunque ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in cœlis, & quęcunque ligaueris ſuper terram erunt ligata et in cœlis, non ergo modica differentia eſt quum Petro quidem datæ ſunt claues non vnius cœli, ſed multorum cœlorum, & quęcūque ille ligauerit ſuper terram ſunt ligata non tantum in vno cœlo, ſed in omnibus cœlis ad eos autem, qui multi ſunt ligatores & ſolutores ſic dicit, vt ſoluant & alligent non in cœlis, ſicut Petrus, ſed in vno cœlo, qui non ſunt in tanta perfectione ſicut Petrus vt ſoluant & alligent in omnibus cœlis hactenus Origines & maximus Epicopus loquēs de apparitione illa angeli ad Cornelium actuum.x. quando eum Chriſti doctrina imbuendum non ad alium Apoſtolum, ſed ad Petrum remiſit dicit, decebat tantæ dignitatis virum non ab alio cæleſtis myſterij archana requirere niſi ab eo potiſsimum quem non potuit caro & ſanguis inſtruere, ſed cui Dominus ipſe dignatus eſt aperire ſua ſecreta & quem præ cæteris mortalibus de toto orbe conditor orbis elegit. Et Hieronymus ad Auguſtinum in epiſtola illa cuius initium eſt ſimul tres Epiſtolas ſuper



illud

illud Pauli ad Galatas primo, veni Hieroſolimam
videre Petrum & manſi cum illa quindecim die=
bus ait, tātę autoritatis fuit Petrus vt Paulus Hie=
roſolimam veniret videre Petrum quaſi non ha=
bens ſecuritatem prędicandi euangelium, niſi Pe=
tri & qui cum eo erant ſententia roboratū fuiſſet,
et idem Hieronymus de viris illuſtribus lib. v. cap.
viij. ait Marcum quamuis Spiritu ſancto repletū
curaſſe vt iudicio Petri omnium magiſtri euange
lium ſuum probaretur. Erat enim omnium magi
ſter iuxta illud quod ipſe dixit actuum. xv. elegit
Deus ab antiquis diebus per os meum audire gē=
tes verbum euangelij & credere, & ideo Augu=
ſtinus lib. queſt. vet. & noui. teſta. affirmat quod ſi
cut in ſaluatore erant omnes cauſæ magiſterij, ita
& poſt ſaluatorem omnes in Petro continentur.

Ex inde etiam ſequitur reſponſio ad hæretico=
rum ſoſphiſma dicentium Petro claues datas non
ſoli, ſed omnibus pariter iuxta illud Ioānis penul.
accipite Spiritum ſanctum, et Matthęi. xviij. quę=
cunque ligaueritis, &c. & quia Petrus ex perſona
omnium Apoſtolorum teſte Hieronymo, ibi
confeſſus eſt. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Et
12 quod in cōfeſſione, & clauium receptione Petrus
figurā eccleſię totius tenuerit. Quoniam licet pro
omnibus reſponderit eo loci, & Ioannis. vj. Do=
mine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes,
&c. tamen ipſe vt caput vtrobique reſpondit, &
ſibi tanquam capiti dictum fuit tibi dabo claues re
gni cœlo=



gni cœlorum, & Ioānis vltimo, Paſce oues meas.
Quod eſt regere & Lucæ. xxij. confirma fratres
tuos quæ omnia verba præſidētiam regiminis &
confirmationis in Petro, cui ſingulariter dicta fue
runt præſupponunt. Nam omnes, ſeipſos omnes
in vniuerſo regere & confirmare non debebant,
cum inter regem & regendos differentia ſuppo=
natur ſub pœna confuſionis futuræ, & obediētiæ
contemnendæ quæ tam neceſſaria eſt in eccleſia
Dei & Auguſtinus in. ij. lib. contra. ij. gaudentij
epiſtolam cap. xxiij. atteſtatur dicens, tam beatus
a Domino Petrus eſt appellatus vt claues regni cę
lorū accipere mereretur & ex autoritatibus ſupra
citatis manifeſte apparet Petro tāquam capiti ec=
cleſiæ claues fuiſſe collatas, ſicut quando aliquid
donatur prælato alicuius eccleſiæ, prælato tanquā
capiti donatur, vt in. c. relatum. de teſtamentis in
can. ego Ludouicus. lxiij. diſtinct. vbi donatio fa 13
cta Paſchali Papę per Ludouicum Imperatorem
facta fuit Papæ vt capiti, vnde Petro tanquam ca=
piti & pro Chriſto vicario hæc dicta fuerunt, nec
in aliquo propter hanc conſiderationem offendi=
tur cathedra Petri cuius perſonam in caput eccle=
ſiæ deſtinauerat, vt in exemplo iſto Philippus Do
minus noſter ex propria perſona ſua eſt Rex Hi=
ſpanię, et omnia pertinentia ad Regem Hiſpaniæ
& ſic ad perſonam intellectualem explicantur per
organum propriæ perſonæ Philippi in qua inclu
ſa eſt perſona intellectualis Regis Hiſpaniæ. Sic

in propoſito Petro ex propria perſona, et propter
tam glorioſam confeſsionem deſtinato in vicariū
Chriſti omnia competunt, quæ vicario Chriſti
competere debebant, quod autē dandū erat eccle
ſiæ citra capitis conſiderationem, iam in illa auto=
ritate Matthæi. xviij. quæcunque ligaueritis, &c.
& in illa. Ioan. penul. accipite Spiritum Sanctum,
concluſum fuit vbi Chriſtus ad Petrum & alios
ſimul loquutus eſt quod autē capitis eccleſiæ erat
hoc Matthæi. xvj. & Ioan. vltimo, Petro ſoli vt ca
piti confertur. Et in hoc eſt magna differentia in=
ter poteſtatem Petro conceſſam vt capiti quia illa
poteſtas Petri tranſit ipſo iure in ſucceſſores eius
14 Canonice intrātes, ſed Epiſcopi & curati qui ſuc=
cedunt in locum aliorum Apoſtolorum hanc po
teſtatem accipiunt a Papa non ab alijs Apoſtolis
in quorum locum ſucceſſerunt vt probat hoc per
multa quæ allegat Palacios Rubios de retentione
regni Nauarrę. §. iiij. parte ſecunda vbi inter alios
allegat Cardinalē de Turre Cremata in li. ij. de po
teſtate eccleſiæ cap. lix. & lxiij. vbi aſsignat ſeptē
rationes diuerſitatis quare poteſtas Apoſtolo Pe
tro data continuetur a Chriſto in ſummos Ponti
fices Petri ſucceſſores & data poteſtas Apoſtolis
reliquis non continuetur in Epiſcopos eorum ſuc
ceſſores niſi a Papa eis ſit conceſſa ex quo etiam
apparet vera reſolutio & germanus intellectus il=
lorum verborum, & ſuper hanc Petram ædifica=
bo Eccleſiam meam ac cæteris cōmunior, vt col=
ligitur



ligitur ex Pighuio, Fabro, Echio, & alijs, vt ſcili=
cet exponatur, Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā,
id eſt, ſuper te vocatum Petrum a me petra ędifi=
cabo eccleſiam meam. Nam de natura relatiui hic, 15
hæc, hoc, eſt vt ad proximiora & ſibi magis con=
iuncta referatur, vt per Aretinum late in l. duo=
bus. §. Idem Pomponius. ff. de iure iur. ſicut in
hoc exemplo Petrus & Ioannes ille dormit, hic
orat, nam verbum hic ad Ioannem refertur et re=
latio ſemper ad proximiora fit. l. talis ſcriptura. ff.
de lega. j. Et ſic ad immediata verba referuntur,
ſcilicet, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, id eſt
te qui tam glorioſam confeſsionem emiſiſti præ=
ſertim cum ſint verba remunerantia Petrum vt
denotant verba præcedentia, et ego dico tibi, &c.
nec videtur literali contexture conuenire tantum
expoſitio dicentium, & ſuper hanc petram, id eſt
ſuper me Chriſtum loquentem ędificabo eccleſiā
meam vide obſecro ſanctos patres relatos a docto
ribus ſupra citatis inter quos pondera verba Leo=
nis ſermone. iij. de paſsione dominica dicentis.
Ego dico tibi, hoc eſt ſicut pater meus manifeſta=
uit tibi diuinitatem meam, ita & ego notam facio
tibi excellentiam tuam, Tu es Petrus & cum ego
ſim inuiolabilis petra ego lapis angularis, qui fa=
cio vtraque vnum, ego fundamentū pręter quod
nemo aliud ponere poteſt, tamen & tu quoq; pe=
tra es, quia mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi po=
teſtate ſunt propria tibi ſint participatione com=
munia

munia, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & porte inferi non præualebunt aduerſus eam ſuper hoc inquit ſaxum ſuper hanc ſoliditatem et fortitudinem ęternum conſtruam templũ, & eccleſiæ meæ cœlo inſerenda ſublimitas in huius firmitate conſurget. Chryſoſtomus etiam Homilia. lv. in Matthæum dicit ego dico tibi. Tu es Petrus, & ſuper te ædificabo eccleſiam meam & Gregorius magnus lib. vj. ad Eulogium, quis inquit neſciat Sanctam eccleſiam in Apoſtolorum principis ſoliditate firmatam, qui firmitatem traxit in nomine, vt Petrus a petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur tibi dabo Claues regni cœlorũ & rurſus, & tu aliquando conuerſus cõfirma fratres tuos. Et iterum Simon Ioannis amas me, Paſce oues meas, videbis & alios ſanctos patres ibi accumulatos, qui vt plurimum ſic illa verba, & ſuper hanc petram id eſt, te Petrum, exponunt nec huic expoſitioni tã literali repugnat autoritas Pauli primę ad Corin. iij. dicentis fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod eſt poſitum, quod eſt Chriſtus Ieſus tranſumptiue in can. Cũ Paulus prima. q. j. & aliud Pauli primæ ad Corin.
16 x. vbi dicit petra autẽ erat Chriſtus cap. j. xij. diſt. Nam licet Chriſtus ſit petra primaria huius ſancti ędificij, ipſe tamen Chriſtus voluit, quod Petrus eſſet petra ſecundaria & ſibi contigua tanquam Vicarius Chriſti paſtoris principalis, et ſic qui ponit fundamentum iſtud eſt ipſemet Chriſtus ſua autoritate



autoritate nominando Petrum a ſe ipſo petra primaria ſicut videmus parabolice in quolibet ædificio, vbi poſt primam et principalem petram ponitur & ſecunda ſibi contigua, quin potius & hoc videmus, quod licet Chriſtus de ſe ipſo dixit, ego ſum lux mundi Ioannis. viij. tamen Matthęi. v. ad 17
omnes Apoſtolos dixit: Vos eſtis ſal terrę, vos eſtis lux mundi & titulũ fundamenti eccleſiæ qui principaliter Chriſto conuenit, ad Epheſios. ij. ibi ſuper ædificati ſupra fundamentum Apoſtolorũ & prophetarũ, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu communicatũ videmus reliquis Apoſtolis, vt per Ioannem Apocalypſis. xxj. dum dicit et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, et in ipſis duodecim nomina duodecim apoſtolorũ & agni. Et licet ipſe fuerit vnicus verus filius beatæ Virginis voluit tamen titulo tam inſignis filiationis honorare tempore paſsionis diſcipulũ, quẽ diligebat dicens Virgini, mulier ecce filius tuus et diſcipulo, ecce mater tua, nimirum ergo ſi Chriſtus a ſe ipſo petra primaria voluerit Petrum petrã ſecundariam huius ædificij conſtituere, tot tantiſque autoritatibus Sacræ ſcripturę veritatem hanc conteſtantibus.

Turbantur etiam miſeri hæretici eo quod. Actuum. viij. legitur Petrum et Ioãnem miſſos fuiſſe ab Apoſtolis ſamariam, quaſi miſsio iſta arguat ſuperioritatem in mittentes, & inferioritatẽ in eos qui miſsi fuerunt, quorũ vnus fuit Petrus. Quantum

tum de mundi vanitate per biberunt, qui tam ina=
nis & caduci argumenti fallacia circa ſalutem ani=
18 mę ſe decipi permiſerũt, optime Echius in Enchi
ridione ſub titulo de primatu Petri dicebat hoc ar
gumẽtum fuiſſe prius Arrianorum ſophiſma, qui
propterea dicebant patrem eſſe maiorem filio in
perſonis diuinis quia pater miſit in mundum filiũ
ſuum Ioannis.vj. & Pauli ad Galatas.iiij.non er=
go ſola miſsio arguit in mittente ſuperioritatem,
nec in miſſo inferioritatem: pręſertim quãdo miſ=
ſus inter mittentes annumeratur, vt in prædicto
exemplo, quis miſit Petrum & Ioannem? nonne
Apoſtoli, de quorũ numero erant Petrus & Ioan
nes & in qualibet republica mittuntur ex ſuperio
ribus, & eſt verũ dicere quod ipſi quoque ſe ipſos
mittunt, vt Ioſuæ.xx. legitur quod filij Iſrael mi=
ſerunt Phinees, qui erat Summus ſacerdos filius
Eleazar et de Spiritu Sancto legitur quẽ mittet pa
ter in nomine meo, & ego mittam vobis paracle=
tum, &c. & tamen ex iſto miſsionis vocabulo col
ligere ſuperioritatẽ in perſonis diuinis, vides quã
hęreticum eſſet, ſic in propoſito omnes Apoſtoli
miſerunt Petrum & Ioannem, & de numero mit
tentiũ erant Petrus & Ioannes, ille cui ecclęſia hic
cui Virgo mater a Chriſto commendatæ fuerãt,
& ſic erant ex primis & pręcipuis mittentibus, &
erant ipſi miſsi ad rem tam grauem ſicut ad cõfu=
tationẽ illius diabolici Simonis Magi & ad mittẽ
dum manus ſuper Samaritanos vt acciperẽt Spi=





ritum Sanctũ, quod antea Philippus illic nõ effe=
cerat vnde ex hac miſsione nihil iuribus et prima
tur Petri detractum fuit & vt dicit Cardinalis in
Clem.j.§.nos itaque de iure iur. In arduis negotijs
mittendi ſunt ſolemnes nuncij, vt ex eorum digni
tate ſuppleantur alia.

Obijciunt præterea Chriſtũ prohibuiſſe ſupe
rioritatẽ inter eos, qñ Lucæ.xxij. dicitur facta eſt
cõtẽtio inter eos quis eorũ videretur eſſe maior, et
dixit Ieſus Reges gẽtiũ dñantur eorũ, vos aũt nõ
ſic, ſed qui maior eſt veſtrũ fiat ſicut minor, & qui
pręceſſor ſicut miniſtrator ad quod mille alias euã
gelij autoritates citare potuiſſent, ſed aduerte Ca=
tholice lector qm̃ per illa verba nõ poteſtas & cu=
ra præcipua de Ouili, ſed tãtũ ſi qua eſſe poſſet ty=
rannis & ambitio in pręſidente condẽnantur, de
poteſtate eñ Paulus dixit ad Rom. xij. omnis ani
ma ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit & cap.
xv. qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit &
Act.ij. ad prælatos attẽdite vobis & vniuerſo gre
gi in quo vos Spũs Sanctus poſuit regere eccleſiã 19
Dei quã acquiſiuit ſanguine ſuo, & ſic poteſtatem
vti neceſſariã præſuppoſuit in perſonis publicis et
muneri publico deputatis, et perſonis priuatis per
ſuadet obedientiã habendã præpoſitis ſuis & Põ=
tificibus, humilitatẽ etiã præſidentis cõmendat, ty
rannidẽ eius & ſuperbiã condẽnat, non negat po
teſtatẽ in pręſidente, vis ad oculũ videre Ioan. cap.
xiij. vos vocatis me magiſter et Dñe & benedici=

tis ſum etenim, ſi ergo ego laui pedes veſtros Do=
minus et magiſter veſter ita et vos, vt quemadmo
dum ego feci faciatis, vis etiã videre filijs Zebe=
dei petentibus & a Chriſto reprehenſis eo, quod
ad ſuperioritatem aſpiraſſent Matthæi. x. negat
quod petebãt & Petro humili, ac nihil de ea ſupe=
rioritate cogitanti concedit.

Neq; etiam obſtat dicere, quomodo ſupra Pe
trum fuit ędificata eccleſia ſi portę inferi nõ debe=
bant prævalere aduerſus eum, nam pręualuiſſe vi
detur aduerſus Petrũ cum ſtatim eod. c. xvj. poſt
promiſſam cathedrã hanc Chriſtus Petrũ Sathan
appellauerit dicẽs, vade poſt me Sathana, quia nõ
ſapis quę Dei ſunt, ſed quę hominũ, Petrus etiam
in paſsione Chriſti ad vocem ancillę tertio defecit
negans & iure iurando affirmãs, quia non nouiſ=
ſet Chriſtũ in quo mortaliter peccauit. Quoniam
ad hæc omnia facillima eſt reſponſio, nã Chriſtus
Petro nondũ contulerat, ſed tantum promiſerat
Cathedram, vt canoniſtæ dicunt ex ipſa enim cõ=
textura ſancti euangelij apparet Chriſtũ prius ap=
pellaſſe Petrũ Sathã & Petrũ prius negaſſe Chri
ſtũ quã ſibi conferretur cathedra & vicariatus iſte
qui fuit collatus in illis vltimis verbis poſt reſurre
ctionẽ & Paulo ante Aſcẽſionẽ, Paſce oues meas,
&c. Poſt reſurrectionem autẽ & Aſcenſionẽ Do=
mini, nullũ in Petro peccatũ deprehendẽt heretici
mortale, quia ſuperueniente Spiritu ſancto fuit in
gratia cõfirmatus, Nec illud de Paulo ad Galatas
ij. quod

ij. quod reſtiterat in faciẽ Petro quia reprehẽſibilis
erat ad peccatũ mortale referri poteſt in Petro ple
no Spũ Sctõ, ſed ſicut Moyſes qui cũ Deo loquu
tus fuerat tãquã amicus ad amicũ Exo. xix. repre=
hẽſus fuit a Iethro Madianita dicente, ſtulto labo
re cõſumeris, &c. vt infra declarabitur, ſic Petrus
a Paulo reprehẽſus fuit citra notã peccati mortalis
& quod nos cõfitemur eſt Petrũ non potuiſſe er=
rare, quia erat in gratia cõfirmatus & Plenus Spũ
ſctõ, nec etiã ſucceſſores ſuos vt publicas perſonas
cõſideratos in ijs quæ ad fidẽ et fideliũ inſtructio=
nẽ pertinẽt, & ante diffinitionẽ poteſt non ſolum
Paulus, ſed etiam alter inferior aduertere Ponti=
ficẽ ad eligendum & deliberandum aliqua quę ad
regimen et inſtructionem fidelium pertinebunt.
Quod autem ſanctitas eius deliberabit vel motu
proprio, vel audito Paulo vel quocũque alio hoc
dicimus magiſterio Spiritu Sancti eſſe diffinitum
neque ex eo, quod Paulus Petrum reprehende=
rit ſuperioritatem in Paulo colligere poſſumus,
ſicut nec in Iethro Madianita propterea quod di
xerit ad Moyſen ſtulto labore conſumeris ſupe=
rioritas ad Moyſen argui poteſt & licet Petrus &
Paulus meritis æquales fuiſſent tamen officio &
dignitate maior erat Petrus, qui ſolus primatum
tenebat inter Apoſtolos canon. Paulus Petrum
ij. quæſtione. vij. & Clemẽs in cano. in illis. lxxx.
diſtinct. dicit quod inter Apoſtolos non fuit par
inſtitutio, quia omnibus præfuit vnus videlicet
Petrus.

Petrus. & Auguſtinus in epiſtola ad Galat. Pau=
lum vocat poſteriorem, et quod Petrus fuit mira=
bilior Paulo et Dominicus in c. lector. xxxiiij. diſ.
dicit quod etiam Papa tanquã Petri ſucceſſor eſt
22 maior adminiſtratione quã Paulus Apoſtolus, &
ex hoc etiam colligitur reſpõſio ad illud, quod de
beato Ireneo proponunt ſcilicet, quod prohibue
rit Papæ Victori excommunicare Orientales &
Policarpus contra dixerit Pape Aniceto ſuper ce=
lebratione Paſchæ & prçualuit opinio Policarpi,
quoniam Ireneus, de quo ſupra retulimus quan=
tum Chriſti Vicario detulit martyr iſte et Doctor
glorioſus nõ prohibuit Papę negando poteſtatẽ
eius vt falſo confingunt hęretici, ſed tãtum orauit
et monuit ne excõmunicaret eos pro pace eccleſię
melius cõſeruanda, et ſimiliter Policarpus qui de
Smirna Aſię venerat Romã tãquam ad cathedrã
ſupremã, non reſtitit Aniceto, ſed ſupplicauit ne
conſuetudinem celebrandi Paſcha in illis prouin
cijs, iuxta ritum beati Ioannis eorum Apoſtoli
mutaret in quibus maior Romani Põtificis auto=
ritas comprobatur verba ergo Irenei et Policarpi
ſupplicantium erant non increpantium, nec re=
ſiſtentium.

Quod autem obijcitur aduerſus autoritatem
illam Ioan. vltimo, Paſce oues meas vt non ꝓbẽt
primatum, ex eo quia nõ dixit, Paſce omnes oues
meas ſicut Marci vltimo, vſus eſt ſigno vniuerſali
dicẽs Apoſtolis prædicate euangeliũ oĩ creaturę,
facillime



facillimę ſoluitur etiam de iure noſtro, quo cautũ
exiſtit, vt in definita legislatoris æquipolleat vni=
uerſali ſine dubio & diſtinctione vt in leg. ſi pluri
bus. & ibi Bart. ff. de lega. ij. & in leg. ſi plures. de= 23
lega. iij. Et Chriſtus quando Ioan. x. dixit, Ego co
gnoſco oues meas non addidit ſignum vniuerſale
omnes non ergo oportuit addere, Paſce omnes
oues meas quia cum meſsis fuiſſet multa & opera
rij pauci licet Petrus, vt operarius intenderet oui=
bus aliquarum prouinciarum quibus prędicauit,
præſertim Romæ non tamen debebãt oues quas
alij paſtoris lucri faciebant, id eſt, Apoſtoli ab oui
li Chriſti et Petri eius vicarij ſegregari, immo om
nes ad cathedram Petri pertinebãt, vnde Bernar=
dus ad Eugenium dicebat quod nõ aſsignaſſe ali
quas, erat aſsignaſſe omnes oues. Quod autẽ di=
citur Petrũ non miſiſſe alios Apoſtolos, et ſic non
habuiſſe in eos ſuperioritatẽ, ego nõ video quod
propterea defecerit in Petro primatus, qui fuit au 24
tor conciliorum & aliorum quæ ſupra retulimus
in defenſionem gregis ſibi commiſsi nec habebat
Petrus neceſſe mittere Apoſtolos, quos iam Chri
ſtus paſtor primarius miſerat dicens eũtes in vni
uerſum mundum, &c. Marci vltimo, miſit qui=
dem Petrus, Marcum, Alexãdriam, Dionyſium,
in Galliam & alios, qui ab ore Chriſti non accepe
rant miſsionem ſicut & Paulus a Chriſto miſſus
fuit gentibus prædicare et oues quas Lucratus eſt
oues Chriſti et Petri eius vicarij fuerũt ſicut vide=
mus

mus Poliſcarpum Græcum Epiſcopũ et auditorẽ Ioãnis Euangeliſtę Romam veniſſe ad Anicætũ ſedẽtem in cathedra Petri, vt ſupra retulimus, nec dixit Chriſtus Matthæi, non ſum miſſus niſi ad oẽs oues quæ reperiẽtur. xv. domus Iſrael, ſed ad oues ſimpliciter dixit. Plura alia documẽta tradidiſſem abſque ſigno vniuerſali, niſi quod intelligo Chimeram hanc omnibus videri ſolutione facillimam.

Minus etiam obſtat, quod perditus homo ait, Petro non fuiſſe datã paſturam omnium ouium, ſed earum quæ ex circunciſione erant dicẽte Paulo ad Galat. ij. ſe eſſe Apoſtolum gentium et Petrum Apoſtolum circunciſionis, quia et Chriſtus
25 de ſe ipſo dixerat nõ ſum miſſus, niſi ad oues quę perierunt domus Iſrael Matthæi. xv. & Matthęi x. Ite potius ad oues quæ perierunt domus Iſrael, attamen teſte Hieronymo ibi verba illa intelligenda ſunt, non quod ad gentes miſſus non ſit, ſed quia primum miſſus eſt ad Iſrael & poſtea ad gẽtes poſſet fieri tranſmigratio. et qui dixit. In viam gentium ne abieritis et in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, ipſe eſt qui dixit Marci vlti. euntes in vniuerſum mundum prædicate euangelium omni creaturæ & Matthiam Apoſtolum miſit in Samariam, ad quod alludit illud. Actuum. xiij. vobis quidem oportuerat prædicare verbum, ſed quia non recepiſtis ſalutem ecce conuertimur ad gentes. Vide Hieronymum in Eſaiam cap. lx. et Auguſti-



Auguſtinum in euangelium Ioãnis tractatu. xxj. vbi dicit non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael quomodo habet alias ad quas non eſt miſſus? niſi quia ſignificauit per pręſentiã corporalem non ſe miſſum, niſi ſolis Iudæis et in eodem lib. tractatu. xlvij. quid eſt non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael, niſi quod pręſentiam corporalem non exhibuit niſi populo Iſrael, quia ad gentes non perrexit ipſe, ſed miſit, ad populum vero Iſrael, & miſit, et venit ipſe, et Petrus qui Iudæis primo prædicauit, poſtea nõne Antiochię Romę et in alijs locis prędicauit ad gentes nõ ergo detrahitur primatui Petri, quod non omnes mundi partes ipſe perſonaliter circumierit. Omnes enim quibus & ipſe prędicauit et quibus coapoſtoli eius prędicauerũt debebant ſub hoc Chriſti Ieſu et Petri eius Vicarij Ouili conſtitui.

Obijciunt etiam miſeri contra beati Petri autoritatem, quod ſcilicet ſentẽtia eius fuit cõfirmata per Iacobum. Actuum. xv. ibi Simon narrauit, &c. quaſi ex hoc colligentes, quod ſi Petrus eſſet ſuperior eius ſentẽtia confirmatione alterius non indiguiſſet, ſed hoc plus ęteris corruit. Nã primus qui in illo Apoſtolorum Concilio ſententiam protulit fuit Petrus, vt ibi dicitur conuenerunt Apoſtoli et ſeniores videre de verbo hoc, cũ autem magna conquęſtio fieret ſurgens Petrus dixit ad eos viri fratres vos ſcitis quoniam ab antiquis

tiquis diebus elegit per os meum audire gẽtes ver
bum euangelij. &c. et ſententia quam ipſe protu=
lit placuit in Concilio illo Iacobo et alijs. Certe ex
hac approbatione nihil derogatur primatui præ=
ſidentis qui primus ſuam ſententiam expoſuit, &
ſub illis verbis per os meum audire, &c. vt pen=
derat optime Faber, quia illa verba in ſingulari
prolata per os meum ſuperioritatem pręſuppo=
nunt in Petro & quotidie videmus in Concilijs,
et congregationibus præſidẽtem dicere quid ſen=
tiat, nec propterea quod alij cum eo conueniant
pręſidentię detrahitur certe hęc obiectio altera cõ
futatione non eget ſicut et Actuum. primo in ele=
ctione Matthię, Petrus dixit, oportet, &c. et alij
paruerunt.

Minus etiam obſtat dicere quod Petrus nemi
nem ordinauit ex Apoſtolis in Epiſcopum, quia
iam ſupra dictum fuit quomodo Chriſoſtomus
27 Homilia. lxxxvij. ſuper Ioannem teneat, Iacobũ
a Petro fuiſſe prępoſitum eccleſię Hieroſolymita
ne, et Beda ac Dionyſius tenẽt, quod Matthiam
eligẽdo ipſe Petrus duodenarium Apoſtolorum
numerum integrauit, ſed cur in his immoramur,
aut quid detrahit pontificatui Petri ſi non miſerit
ipſe eos, qui iam a Chriſto Domino iuſſi fuerant
ire ad prędicandum euangelium omni creaturę et
eccleſię commendate vnuſquiſque Epiſcopatum
ſortiebatur ſuffraganeum tamẽ cathedrę Petri ꝑ
Chriſto vicarij futuri vt ſępe diximus.

Obijciunt



Obijciunt præterea quod Matthiam non au=
ſus fuit Petrus nominare in Apoſtolum, ſed a Do
mino poſtulare in illis verbis. Actuum. primo, tu
Domine qui noſti corda hominum, &c. ſed hãc
quis non videt nugam eſſe ſatis deridendam qua
ſi detrahatur Pontifici in ijs, quę agere poteſt pro
pterea, quod a Domino poſtulet directionem et
auxilium vide, obſecro, in hoc Fabrum, et ſic pro=
fecto deliramenta videntur illa hęreticorũ ſophiſ=
mata pręſertim cum Chriſtus ipſe patrem ſępius
pro vnitate ſui Ouilis orauerit, vt diximus ſupra
capite nono.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Petrus fuit Romæ & ibi tenuit cathedram ſuam.
2 Temporum momenta pater poſuit in ſua poteſtate.
3 Curioſitas eſt antidotum veritatis.
4 De Petri aduentu ad Romam nihil Lucas ſcripſit qui fuit Comes peregrinationis Pauli.
5 Chriſtus de futuro dixit fiet vnũ Ouile & vnus paſtor quod implebitur tempore & modo, quo Deus ab æterno diſpoſuit, & multa dicta ſunt in Euangelio quæ impleri debent & nondum ſunt impleta vt docet Roffenſis.
6 Chriſtus nihil perdidit de ſuo primatu & autoritate propterea quod Iudæi eum non recognouerunt in Dominum.
7 Dei eſt cognoſcere quis ſit in ſtatu gratię & quis amore an odio dignus ſit.
8 Publica poteſtas non perditur propter peccata priuatæ perſonæ.
9 Perſonæ duæ ſtatuuntur in quolibet rege & iudice vna priuata & altera publica & Cayphas licet malus vt priuata per-

Q ſona

ſona,tamen prophetauit vt publica perſona.

10 Romanus Pontifex ſi vt particularis perſona ſentiat loquatur ſeu ſcribat errare poteſt, ſed in his quæ deliberat vt publica perſona errare non poteſt, quia interim quo ſedet in cathedra Petri Deus conſeruat eum quo ad inſtructionem fidelium.

11 Cathedra Moyſi a multis ſeculis defuncti appellabatur primatus & Pontificatus Iudæorum ſicut apud nos dicitur noſter Pontificatus cathedra Petri.

12 Omnia & quęcunque dixerint prælati noſtri facienda ſunt quia duplici vniuerſalitate id Chriſtus præcepit.

13 Officialium curię Romanæ peccata nihil detrahunt Pontificatui ſicut nec Iudas curialis Chriſti detraxit Chriſto.

14 Petrus quamuis neminem Apoſtolorum miſerit non propterea ſucceſſor eius prohibetur mittere ad prædicandum vbi ratio aut neceſsitas poſtulauerit, nec propter hoc arguitur maior in ſucceſſore quam in Petro dignitas.

15 Eccleſia non debet diu vacare ne pro defectu paſtoris Lupus oues inuadat.

16 Imperatoris tyranni ſeu hæretici factum contra eccleſiam non poteſt, nec debet in conſequentiam iuſtitiæ adduci.

17 Decreta Nicęni Concilij ad Syluestrum Papam miſſa fuerunt, vt confirmarentur & pro eo primo loco ante alios omnes Epiſcopos ſe ſubſcripſerunt legati eius hoc modo pro venerabili Papa Silueſtro.

18 Lege tota non perſpecta in ciuile eſt iudicare.

19 Conſuetudines aliarum eccleſiarum præſertim remotarũ licet toleret & approbet Romana eccleſia, non tamen propterea perdit primatum & iuriſdictionem ſuam in illis.

20 Hieruſalem gloria magna fuit, ſed poſt Chriſti Aſcenſionem Roma eſt caput omnium eccleſiarum & Hieroſolyma titulo Patriarchali decoratur tantum quæ etiam Cæſareæ metropoli ſuffraganea fuit.

21 Chriſtus Iacobo & Ioanni petentibus denegauit primatum & ſuperioritatem eo modo quo poſtulauerant & Petro conceſsit quando dixit, Paſce oues meas.

22 Papa Gregorius qui ſeruus ſermorum Dei appellabatur ſi renuit vocari vniuerſalis Epiſcopus ex humilitate id fecit.

23 Græci



23 Græci & armenij pleno ore confeſsi fuerunt in Concilio Florentino poſt magnã altercationem ſe ſubditos eſſe Romano Pontifici prout eſt de neceſsitate ſalutis id confiteri.

# Caput. XXI. In quo proſequendo confutationem hæreticorum diluuntur obiecta negantium Rom. Ponti. eſſe ſucceſſorem beati Petri.

BEATVS ERGO PEtrus paſtor & cuſtos huius Ouilis pro Chriſto relictus ſucceſſorem habere debuit poſt eius glorioſum martyriũ & habuit quidem Romanum Pontificem vt ſupra latius oſtenſum fuit & habebit vſque in finem mundi. Super eſt nunc, vt ſicut pro beato Petro reſpondimus, ſic et pro eius legitimo ſucceſſore Romano Pontifice ſatisfaciamus cauillationibus hęreticorum dicentium eum non fuiſſe ſucceſſorem beati Petri, quod pertinebat ad ſecundam partem confutationis noſtrę, ſicut ſupra in principio capitis pręcedentis polliciti fuimus. Dicunt ergo & ſomniant miſeri iſti beatum Petrum nunquam fuiſſe Romæ. Iſtis ergo in tam vaga negatiua formantibus argumentum ſuum nihil melius reſponderi poterit niſi contrariam affirmatiuam proponẽdo eum ſcilicet fuiſſe

mæ prout tot ſancti patres propinqui illis ſeculis
affirmarūt in ſuis ſcriptis quibus magis profecto
credendum eſt, vt ſupra dicebam propter ſancti=
tatem, doctrinam & tantam ſeculo illi aureo vici=
nitatem ac continuatam Romanorum Pontifi=
cum ſucceſsionem non iam vſque ad tempora tā=
tum Eleutherij, ſicut Ireneus ille beatus dicebat,
ſed vſque ad beatitudinem Gregorij decimi tertij
Pontificis & paſtoris noſtri, nec cauilloſa tempo
rum ſupputatio quam hæretici faciunt aliquid ob
eſt de qua vide Pighium elegāter cap. xiiij. lib. iij.
Et ſi forte hæc temporum ſupputatio non tibi o=
mnino concludat, aut in ea aliquos ſcriptores vi=
deris variare circa tempus & horam, ſaltem om=
nes in hoc conuenire videbis Petrum ſcilicet Ro
mæ fuiſſe vt paſtorem huius Ouilis et ibi glorio=
ſum Crucis martyrium pro Chriſti nomine ſub=
ijſſe poſt fundatam ibi cathedram ſuam & ab
Antiochia translatam, cui ſucceſsit Linus Ponti=
fex, noli ergo chriſtiane lector de momentis tem
porum, quæ lites & opiniones generare ſolent, cu
2 rioſus eſſe curioſitas enim reprobatur, l. doli, ff. de
nouatio & Cle. j. §. cæterum, de iure iur. vbi verita
3 tis antidotum appellatur nec propter ſupputatio=
nem temporum a teipſo non bene perceptam ab
huius Ouilis vnitate, nec a tanta antiquorum pa=
trum Sanctitate recedas. Quod autem Lucas in
Actis de aductu Petri ad vrbem Romam nō me
4 minerit nihil obſtat cum Pauli peregrinationem
tantum



tantum cuius ipſe Comes erat declarandam pro=
poſuerit.

Cauillantur etiam hęretici dicentes, quod nun
quam Romanus Pontifex fuerit ſuper omnes ec=
cleſias, quod videbatur in tanto tempore debuiſſe
ad impleri cum Chriſtus dixerit fiet vnum Ouile
& vnus Paſtor & tamen AEgyptij Scithæ & alij
Barbari eum non recognoſcunt. Hoc enim argu=
mentum facillime proſternitur, Chriſtus enim
de futuro dixit fiet quod nondum eſt impletum,
ſed implebitur tēpore ab ipſo deo præfinito. Neq;
enim eſt noſtrum noſſe momenta, nec tempora.
Actuum cap. j. Cura igitur de omnibus ouibus re
ducendis ad hoc Ouile ad Rom. Pon. pertinet, vt
quantum inſe ſit omnes etiam Turchas, Barbaros
& rebelles ſtudeat conuertendos ſicut in ſimili vi=
demus Imperatorem Dominum in temporalibus 5
totius mūdi appellatum. l. deprecatio. ff. ad legem
Rhodiam de iactu. l. cunctos populos, C. de ſum.
trin. & fide catho. et tamen videmus plures natio=
nes ei nunquam obtemperaſſe, nec in dominum
defacto eū agnouiſſe & plures alios ſe ab eius o=
bedientia ſubtraxiſſe, ſic dicimus in propoſito de
infidelibus, & de hæreticis, qui a fide apoſtataue=
runt, & tamen inobedientia priorum, nec rebel=
lio aliorum nō ſubſtulit Imperatori titulum quo
appellatur Dominus totius mundi de iure, quod
multo melius de Romano Pontifice dicēdum eſt,
cū ſit paſtor vnicus et pro Chriſto vicarius huius
 Oui=

Ouilis ſanctiſsimi, quod implebitur omnino quã
do reliquæ Iſrael ſaluæ fiet & oẽs gentes ad Dñm
conuertentur tẽpore & modo quo Deus ab æter=
no diſpoſuit, cuius ſenſum ſuper tẽporibus quæ
ipſe poſuit in ſua poteſtate nemo cognouit, nec
horã iſtam aliquis intelliget niſi is cui ipſe Dñs vo
luerit reuelare, nec eſt mirandum quod tẽporibus
nr̃is non ſit impletum ouile hoc quia multa vide=
mus in euangelio prędicta quę ſunt adimplenda,
& nõdum temporibus nr̃is impleta conſpicimus
vt eleganter aduertit Roſſenſis art. xxv. nihil ergo
de iure ſuo perdit cathedra hæc ſanctiſsima pro=
pterea, quod primiatus iſte non fuerit, nec ſit ab
omnibus veneratus propter infidelitatẽ multorũ
& aliorũ apoſtaſiã cũ ſemper parata ſit eccleſiã re=
cipere oẽs qui ad eius obedientiã venire voluerint.
6 ſicut nec Chriſtus Dñs noſter de ſuo primatu &
autoritate perdidit propterea ꝙ Iudęi non cogno
uerunt eũ ad quos perſonaliter fuit miſſus iuxta
illud Matth. non ſum miſſus niſi ad oues quæ pe
rierunt domus Iſrael, nec Iudas proditor & Apo
ſtata qui eũ tradidit, nec diſcipuli illi primi hæreti=
ci appellati a Fabro, qui abierũt retrorſum, & iam
non cũ Ieſu ambulabãt dicentes durus eſt hic ſer
mo. Ioan. vj. detraxerunt Põtificatui Chriſti Dñi
noſtri, ſed age ſi hoc neceſſarium erat dicant hęre
tici ſub quo alio ex Apoſtolis & ſucceſſoribus eo
rum fuit impletum hoc Ouile aut quis alius fuit vt
Paſtor huius Ouilis habitus niſi Petrus & Ro=
mani



mani Pontifices eius ſucceſſores legitimi in tan=
to tempore.

Nec etiam obſtat dicere quod Romanus Pon
tifex aliquando peccat, & quod ſicut Petrus fuit
ſuper dilectione Chriſti examinatus ita requiritur
in Pontifice dilectio & gratia Dei & ea deficiente
iam non eſt Pontifex nec habet cathedram. Nam
huic væſaniæ quilibet reſpõdebit. Cum enim nul=
lus factus ſit impeccabilis quia de ſolo Chriſto di
ctum eſt qui peccatum non fecit, et cognoſcere 7
quis ſit in ſtatu gratiæ ſit Deo ſoli reſeruatum Ec=
cleſiaſtes. viij. & homo a ſacerdote non ſacerdos
ab homine ſic corripiendus. c. ſacerdotes. vj. q. j.
nunquam haberemus Pontificẽ certũ & res tã ne
ceſſaria prout eſt gubernatio huius Ouilis in in=
certo & ſuſpenſo ſtaret ſemper quod quam abſur
dum, ſit nemo non videt. Non ergo propter pec=
cata particularia priuatæ perſonæ publica perdi=
tur poteſtas & Pontificatus. Sicut enim in quoli=
bet Imperatore, Rege & iudice ſtatuerunt Phi=
loſophi & iuriſconſulti duas perſonas, vnam pri=
uatam ſecundum quam operatur actus particula=
res & alteram publicam qua mediante deliberat,
quod pertinet ad officium publicum, ſic in Pon=
tifice noſtro licet aliquando vt priuata perſona
deficiat & perdat gratiam Dei, non tamen pro=
pterea Deus deſerit publicam perſonam in ijs
quæ ad gubernationem ſuorum fidelium perti=
nent, quod manifeſte probatur in illo iniquo=

 rum

rum iniquiſsimo pontifice Caypha, qui licet pec=
cator abominabilis eſſet non tamē perdidit, quia
adhuc erat Pontifex donum prophetiæ. Ioannis
xj. vbi dicitur, hoc autem a ſemetipſo non dixit
quia ſemetipſo gratus non erat Deo, nec aliquam
diuini numinis influētiam a ſe ipſo merebatur, ſed
cum eſſet Pontifex anni illius prophetauit eodem
modo de ſaule rege malo, qui prophetauit exiſtēs
inter prophetas primi Regū. xix. quæ oīa declarat
optime Auguſtinus in. c. prophetauit Rex malus
Saul. j. queſt. j. Nō ergo quia Deus deteſtatur pri=
uatam perſonam etiam ſi ſua præſcientia eā infer=
10 no haberet condemnatam deſerit publicā in per=
tinentibus ad vtilitatem ſuorū fideliū, & licet Ro
manus pontifex, vt priuata perſona peccare, &
quod fortius eſt in hereſim ꝑ labi poſsit iuxta tex.
in. c. ſi Papa. xl. diſt. vt de Liberio, Marcellino, Vi
ctore, Honorio, Anaſtaſio tradit per multa Dn̄s
epiſcopus Canus de locis Theologis lib. vj. ad finē
tamen in eo quod vt publica perſona & paſtor ec
cleſiæ diffinierit, nec errare, nec deficere poteſt, vt
eum in tuto ſequamur ſubditi quos Deus noluit
cēſores & examinatores fieri ſuperiorum ſuorum
ſi ſunt in peccato, nec ne ad regēdum eccleſiā hoc
enim fuiſſet multiplicare ſcandala quibuſdam aſ=
ſerentibus, quia bonus eſt alijs affirmantibus,
quia peccator eſt, extrema quidē confuſio & ſchiſ
matum ac diuiſionum abominatio præſertim in
ſpiritualibus negotijs introduceretur ſi ſophiſma
hoc



hoc admitteretur, vide de hoc ſingulare Chriſti
documentum tentatur a Phariſeis confringuntur
inſidiæ eorum, & nihilominus propter ſacerdotij
dignitatē, vt verbis Hieronymi ibi vtar, dicit Mat
thæi, xxiij. ad turbas et ad diſcipulos, & ſic ad bo
nos & ad malos ſuper cathedram Moyſi, ponde=
ra nomen ad propoſitum noſtrū, cathedrā Moy=
ſi iam a multis ſeculis defuncti vocat, quia ſedētes
in ea ſuccedebant Moyſi ſicut & nos cathedrā Pe
tri in cœlo iam a mille & quingentis annis colloca
ti appellamus eccleſiam Romanam, ſuper cathe=
drā ergo Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſei. O=
mnia ergo quęcunque (pondera duplicē vniuer= 12
ſalitatem hic appoſitam) dixerint vobis. Facite
& ſeruate ſecundum opera vero eorum, quia ma
la ſunt, nolite facere dicunt enim & non faciunt.
Non ergo deſeritur publica & pontificalis perſo=
na, nec priuatur diuinis influxibus ad fideliū vtili=
tatē neceſſarijs propter peccata priuatæ perſonæ,
ſicut videmus in ſacerdote baptizante conſecrāte
& cætera Sacramenta miniſtrāte fidelibus, qui ad
vtilitatē recipientium vt ſacerdos et publica per=
ſona Sacramenta confert licet homo malus ſit,
ſubditi ergo eſt, obedire, & cēſorem paſtoris eius
nullatenus fieri ipſe enim de ſe ipſo rationem red=
det. Nos quādiu ſunt paſtores noſtri obedientiā
Ouilem exhibeamus eiſdem.

Quod autem obijciunt de peccatis officialium
et miniſtrorū curiæ Romanę an obſecro, hoc de= 13

 trahe=

trahere deberet huic ſancto Pōtificatui de iure ſuo? Num tempore illo aureo, quo Chriſtus in carne viſitauerat plebē ſuam & Hieroſolymis vbi Chriſtus prędicabat deficiebāt peccatores? Nōne erāt grauiora peccata quam vllo tēpore fuerint? nōne Phariſei, Pontifices & ſacerdotes illi omnium iniquiſsimi et Pilatus & Herodes viuebāt? nōne Iudas Iſcariotes curialis & miniſter Chriſti erat de quo dicit Auguſtinus ſuper Ioannē ſermone. v. quare Dominus vnum proditorem inter duodecim habere voluit, niſi vt malos toleremus ne corpus Domini diuidamus? nonne multi ex diſcipulis eius abierunt retrorſum Ioannis. vj. quādo de Sacramento corporis ſui prædicabat & iam non cum Ieſu ambulabant qui fuerunt priores hæretici? Num hoc detraxit aliquid paſtoratui Chriſti O miſeræ ſtultitiæ furor, quibus furijs agitantur hæreſiarchæ & agitant cæteros populares. Quid etiā detrahit Pōtificatui noſtro quod Sāctus Ireneus perſuaſerit beato Victori Papæ ne excōmunicaret Orientales? nos enim cōfitemur Pontificē nrm inſpirationibus ſecretis vel cōſilio dn̄orū Cardinaliū vel perſuaſione vnius etiā Iethro madianitę (quia deus voluit medio iſto vti) poſſe diffinire et deliberare quę in populo ſeruāda ſunt ſic victor perſuaſus fuit a ſancto Ireneo ne excōmunicaret Orientales nō quia poteſtatē in Pontifice crederet deficere ſanctus ille Ireneus, qui contra hæreticos pro eccleſia Romana ſcripſit eleganter, ſed pro cōcordia



cordia eccleſię cōſuluit abſtinendū a cenſuris, hoc autē nō fuit reſiſtere Papæ ſicut falſo falſius hęretici imponūt beato Ireneo, ſed immo eū ſuppliciter orare. Sic et de Policarpo diſcipulo S. Ioā. qui Gręcus venit ad Anicetū Papā deprecās, vt fineret Orietales celebrare Paſcha. xiiij. Luna primi menſis iuxta traditionē beati Ioannis, nec quia Iulio Papæ recuſauerint Orietales obedire, ideo primatui ſancto derogatum fuit aliquid propter eorū perfidiā. Sicut nec nūc detrahitur aliquid propterea quod hęretici Romano Pōtifici obedire recuſant apoſtatādo a fide et vnitate eccleſię, an qa Luther & eius ſequaces ab obedientia eccleſiæ Romanæ diſceſſerint aut alij poſtea (quod Deus auertat) retrorſum habeāt cum illis prioribus hæreticis iā propter hoc ſolum, actū erit de eccleſia Romana?

Quod garrulant de Iulio Papa, qui voluit Orientalibus Epiſcopis prohibere, ne citra ipſius autoritatem conuocarent concilium & tamen inaniter egit, quia ei non obedierunt ex lib. iiij. tripartitæ hiſtoriæ, nihil profecto obſtat quoniam, vt eleganter retorquet Faber text. viij. §. j. tracta. x. Immo ex ipſa Epiſtola Orientalium in primo tomo conciliorum folio. clxxxviij. colligitur obedientia quam ipſi Iulio Papæ profitebantur, & multi ex ipſis Græcis propter perſequutiones ſibi minatas ad Romanam Eccleſiam tanquam ad tutiſsimum ſui principis aſylum & refugium vt ſubditi venerunt, & poſtea autoritate ſedis Apoſto-

Apoſtolicæ ſinguli ſuis ſingulis eccleſijs reſtituti fuerunt non obſtante condemnatione aliorũ Orientaliũ Epiſcoporũ, ad quod allegat.iiij.lib. Hiſtoriæ tripartitę cap.ix.&.xxiij.& canonem concilij Nicęni & Sardicenſis, vbi de cognitionibus et cauſis Epiſcoporum reſcribendum eſſe Iulio Papę ſancti Petri Apoſtoli memoriã honorando ſtatuerunt. Sed obſecro, vt ſupra dicebam, quid veſania hęreticorũ & ſchiſmaticorum ſubtrahentium ſe ab hoc Ouili potuit detrahere pontificatui ſancto & autoritati qua fungitur ſicuti, nec ſummo deo omnium conditori detrahunt Turche, Mauri & infideles, nec Chriſto detraxit quicquam Iudas proditor & alij qui abierunt retrorſum dicentes durus eſt hic ſermo.

14 Nihil officit altera hęreticorũ chimera dicẽtiũ, quod ſicut Petrus neminẽ apoſtolorum miſit, nec ordinauit ita, nec ſucceſſor eius mittere, nec ordinare debet aliquem ne demus maiorẽ pręeminẽtiã in ſucceſſore quã fuerit in Petro, ſed hoc quis nõ videt ſophiſma eſſe fatuũ & ruſticũ. Si Petrus neminẽ Apoſtolorum miſit nec ordinauit ideo id fuit, q̃a a Chriſto Dño paſtore principali miſsi et ordinati fuerũt, ſed nõne miſit Marcũ et alios nõne teſte Clemẽte diſcipulo eius in c.j.lxxx.di. ipſe Petrus eſt qui primates et epiſcopos deſignauit in ciuitatibus in quibus apud gẽtiles erãt primi flãmines et archi flãmines vnde merito catholici epiſcopi, appellãtur Dei & apoſtolicę ſedis gr̃a epiſcopi an quia



An quia Dominus noſter Grægorius non contulerit vnum Epiſcopatũ impedietur ſucceſſor eius occurrente vacatione cõferre eo quod in vita Gregorij nõ vacauerit? an propterea dicetur ſucceſſor maiorem poteſtatem habere quam prędeceſſor?

Garrulat pręterea perfidus, homo, quæ ſua erat impudentia, quod Papa non confirmauit Auguſtinum, Cyprianum & alios Epiſcopos Africę nec impediuit Concilia eorum, quæ ſine autoritate Romani Pontificis celebrata fuerunt, ſed aduerte lector, de quibus Epiſcopis exemplum proponat in ſuam ipſius confuſionem, nẽpe de Cypriano & Auguſtinio qui cathedrę Petri & primatui Rom. Pont. tantum detulerunt ſicut ex autoritatibus ſupra citatis apertiſsime cõſtitit nam fundat id in negatiua vaga quæ improbabilis eſt. ca. qm̃. de ꝓb. et quia fortaſſe propter remotionem & diſtantiam regionum propter euitandam diuturnã
Epiſcopatuum vacationem quæ periculoſa ſem- 15
per fuit. c. quam ſit. de electione lib. 6. ne pro defectu paſtoris lupus oues inuadat maxime in initijs naſcentis & creſcentis eccleſię. c. ne profectu. de electione tolerabatur eo tempore et in eis locis tam remotis ille modus pręficiendi ſtatim Epiſcopos in ſuis Eccleſijs ſicut de Sene Valerio dicebamus ſupra quod viuens in ſuum coadiutorem nominauera Auguſtinum.

Quod Hieronymum in libro de illuſtribus viris allegat de Acatio Cæſarienſæ Epiſcopo, quod ipſe de-

ipſe depoſuerit Liberiũ Papam & in eius locum
fœlicem conſtituerit, dolẽdum quidem eſt, quod
contra Romani Pontificis obedientiam corrũpat
locũ eius Sancti qui fuit ſemper obedientiſsimus
cathedrę Petri ꝓut eius ſcripta, prȩſertim ad Da=
maſum Põtificem oſtendunt, qui non dixit Libe
rium fuiſſe depoſitum ab Achatio, ſed hoc ſolum,
Achatius in tantum ſub Achatio claruit, vt in Li=
berij locum Romæ fœlicem Arrianum Epiſco=
pum conſtituerit. Hoc autem quid contra nos ſi
propter hæretici Imperatoris tyrannidem rele=
gabantur Pontifices ad importunitatem Arriano
rum Epiſcoporum, Nonne prædeceſſores liberij
interfecti & martyrio coronati fuerunt a tyran=
nis? num hoc detraxit pontificatui & eccleſię? quę
16 magis dotata fuit ſanguine & martyrio ſuorũ pa=
ſtorum, quod igitur de facto per tyramnum fuit
factum non poteſt ad aliquam iuſtitiæ conſequen
tiam adduci.

Quid etiam obſtabit aliud, quod contra bea=
tiſsimi Pontificis Romani autoritatem adducit de
beato Ioanne Chryſoſtomo, quem depoſuerunt,
vt ipſe dicit, Theophilus Alexãdrinus & Epipha
nius Epiſcopus ciri, Neque enim Romanus Pon
tifex tam ſanctum virum depoſuiſſet immo ipſe
eum reſtitui fecit qui egerrime tulit iniuſtam eius
damnationem factam propter odium & rancorẽ
Eudoxiæ Auguſtę, vnde non eſt quod ex tyran=
nide Imperatorum contra Romanos Pontifices
executa



executa argumentum ſummatur aduerſus cathe=
dram, quæ ſemper inuiolata permanſit, vt infra di
cemus. Citat etiam de Niceno Concilio Canonẽ
ſextum quem habemus in. c. mos antiquus. lxv.
diſt. vbi legitur vt apud Alexandriam, vel in vrbe
Roma vetuſta cõſuetudo ſeruetur, vt vel ille AE=
gypti, vel hic ſuburbanarum eccleſiarum ſollicitu
dinem gerat, ſed vltra reſponſionem Fabri mon=
ſtrantis ſecundum veriora exemplaria, non ita di=
ctatum eſſe canonem illum, ipſamet Nicœna ſy=
nodus & patres in ea exiſtentes dixerunt Eccleſiã
Romanã primatum tenere et pro Romano pon=
tifice Sylueſtro ſe ſubſcripſerunt primo loco Ho=
ſius Cordubenſis Epiſcopus victor & Vicentius
presbyteri, in hæc verba pro venerabili viro Papa
Sylueſtro. In ſuper tota Synodus decreuit, vt om
nia decreta mitterentur ad beatum Sylueſtrum vt
ab eo confirmarentur prout & miſſa & confir=
mata fuerũt. Cur ergo non adducitur integer tex
tus? nam & apud nos in ciuile eſt niſi tota lege
perſpecta vna tantum particula omiſſa iudica=
re leg. in ciuile. ff. de legibus. Et quid mirum ſi
tolerauit Romana Eccleſia AEgypti conſuetu=
dinem et aliarum prouinciarum remotarum
poſtquam Euangelio non repugnant cum ad pre
ces Policarpi Anicetus diſsimulauerit Aſiaticis
conſuetudinem celebrandi Paſcha decima quar=
ta Luna primi Menſis, & non Dominico die ſi=
cut Romana Eccleſia celebrat. Et ad hoc confi= 18
ciendum

ciendum Policarpus martyr vt diximus, ex A=
ſia venit ad conſulendam Cathedram Petri, hoc
eſt Romanum Pontificem tanquam Chriſti Vi=
carium.

Quod exclamāt de Hieroſolymitana eccleſia, cui
deberi videbatur iſte primatus quia iuxta Eſaiam
& prophetas de Sion exibit lex & de Hieruſalem
verbum Domini, & quod ibi dedit dominus glo
riam in domum ſuam, & in ea Chriſtus prędica=
uit ac fecit redemptionem, & in diſcipulos ibi exi
ſtentes miſſum legimus Spiritum Sanctum & ibi
dem primum Apoſtolos prędicaſſe, iam ſuperius
cauſas enarrauimus, & quare de Antiochia trāſ=
20 lata ſerit Romam. Gloria quidem Hieruſalē ma=
gna fuit quia in ea Dominus noſter operatus eſt
ſalutem vt in medio terrę & hoc reſpectu comple
tę fuerūt figurę & prophetiæ de eius gloria loquē
tes cum hoc tamen Cęſareæ Metropolis Paleſti=
nę ſuffraganea fuit & quamuis poſtea titulum Pa
triarchalem accepit in vltimo tamen Patriarcha=
lium gradu collocata eſt. Roma ergo caput eſt &
mater omnium Eccleſiarum propter rationes &
autoritates quas ſupra cap. xviij. & xix. congeſſi=
mus & propter tot apertiſsima fundamenta con=
fitemur primatum huius Ouilis et pro Chriſto vi
cariatū eſſe in Eccleſia Romana, & ſedes Patriar=
chales ac cæteras a Chriſti Vicario Petro & eius
ſucceſſoribus fuiſſe ordinatas, et in prelationibus
graduatas eo modo quo ſedes Apoſtolica decre=
uit, Nec



uit, Nec eſt noſtrum inquirere, ſicut perditus ille
inquirit, cur non compoſtellam in qua Iacobus, 21
& Epheſinam in qua Ioannes duo Apoſtoli Chri
ſti dilectiſsimi prædicauerunt poſt Romanā vene
ramur nos enim bene ſcimus Chriſtum Domi=
num ſuperioritatem iſtis denegaſſe eo modo quo
poſtulauerant & Petro dixiſſe, Paſce oues meas
terrepetendo, ſed inquirere quare vna eccleſia al=
teri non præponitur poſt Romanam id tantum
Chriſto & eius Vicario Romano Pontifici relin=
quendum eſt. Teneamus ergo cum cathedra Pe
tri & in ea ſedentem agnoſcamus Romanum Pō
tificem ſicut & patres noſtri annuntiauerūt nobis
& ab eius obedientia propter hæc noua hæretico
rum nugamenta nullatenus recedamus, neq; enim
primatus iſte ſolis decretis humanis quamuis ea
ſola Catholicis ſufficere debeāt comprobatur, ſed
textibus Sacræ Scripturæ & iuris diuini ac natu=
ralis apertiſsimis fundamentis, prout ſupra latius
fuit demonſtratum. Nec turberis catholice lector
altero hereticorum ſomnio dicentium in concilio
Africano, (quod habes in can. primæ ſedis. xcix.
diſt.) eſſe prohibitū quod primę ſedis Epiſcopus
non appelletur princeps ſacerdotū aut aliquid hu
iuſmodi, ſed tantum primæ ſedis Epiſcopus &
paulo inferius, vniuerſalis autē, nec etiam Roma=
nus Pontifex appelletur & ſic Pelagius, & Grego
rius Papæ nomen vniuerſalis Epiſcopi renuerunt
reſpondetur enim quod concilium Africanum

cum Patriarchis & alijs Epiſcopis illius prouinciæ loquitur & Catholice ad propoſitũ nrũm cũ nullus etiã Patriarcha titulũ vniuerſalem, ſed nomen primæ ſedis epiſcopi, vt ibi dicitur, debeat aſſumere, quod autẽ de Papa refertur, id non concilium Africanum, ſed Gratianus dixit, ex eo quia Pelagius de Patriarchis loquitur & Gregorius titulũ hũc ſibi dari prohibuit ratione humilitatis, qua ſe Gregorius ſeruum ſeruorũ Dei appellabat humilitate ſcilicet, quia meritis & ſeueritate nihil de autoritate cathedræ perdidit vnquã vt ex eius epiſto
22 lis ad diuerſos etiã Imperatores ſcriptis apparet, & ita dicit ipſe in.d.c.fi.xcix. diſt. ego non verbis quęro proſperari, ſed moribus, quod autẽ humilitatis cauſa id dixerit Gregorius declarat optime Ioã. de Turre Cremata in. ca. cũ ad verũ. xcvj. diſt. & in. c. nullus. xcix. diſt. vbi exprẽſſe dicit ꝙ in rei veritate eſt vniuerſalis Epiſcopus iſtius vniuerſalis Ouilis in vniuerſo non particularis Epiſcopus cuiuslibet particularis Eccleſiæ & ſic catholici declarãt ita intelligẽdo verba illa Gregorij in.d. can. fi. quia vni ſubtrahitur, quod alteri pluſquã ratio exigit prębetur, ſicut videmus, quod Epiſcopus vnius diœceſis licet in tota diœceſi iuriſdictionẽ ſpiritualem habeat & ad eum tãquam ſuperiorem ab omnibus recurratur, non tamen eſt rector particularis cuiuslibet particularis eccleſię licet ſit vniuerſalis Epiſcopus totius diœceſis & ſuperior omnium rectorum prædictarum Eccleſiarum.

Nec



Nec obſtat dicere quod non pertineat ad fidem reuelatã primatus Romani Pontificis cũ ex euangelio non colligatur, ſed tantũ ex hiſtorijs humanis, nã licet in euangelio non legatur quia concluſum fuit in reſurrectione Chriſti & Petri primatu, nihilominus tamẽ eſt de iure diuino et pertinet ad fidem reuelatam cum in eodem primatu Petri ſuccedat eius ſucceſſor Romanus Pontifex ſicut in lege veteri ſedebat ſummus Pontifex ſuper cathedram Moyſi, et ita Anacletus Papa in.c. Sacro ſancta. xxij. diſt. ait quod Romana eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto primatum accepit, & Marcellus Papa martyr in.c. rogamus. xxiiij. q. j. dicit quod Petrus iubente domino tranſtulit cathedram de Antiochia ad vrbẽ Romam pro quo facit illud AEgeſippi teſtimonium ſupra relatum & alia quę ſupra diximus cap. xvij. xviij. & xix. Et poſtquam traditiones eccleſiæ primitiuæ, & tot ſancti patres nobis dictãt hoc eſſe de iure diuino ſufficere debet, per ea quæ dicemus cap. xxviij. Et quo magis in huius cathedræ obediẽtia ſolideris Catholice lector audi confeſsionem Græcorum & Armeniorum in concilio Florentino factam, qui aliquando ab eiuſmodi ſede declinauerãt. Nos igitur oratores præfati nomine noſtro noſtrique Reuerendi Patriarchę & 23
omnium Armeniorum ſicut & veſtra ſanctitas in ipſo decreto atteſtatur, hoc ſaluberrimũ Synodale decretum cum omnibus capitulis, declarationi-

 bus

bus diffinitionibus traditionibus & præceptis omnemque doctrinam in ipſo deſcriptam, nec nō quicquid docet & tenet Sancta Sedes Apoſtolica & Romana eccleſia cum omni deuotione & obedientia acceptamus & ſuſcipimus. Quaſcunq; vero perſonas & quicquid ipſa Romana eccleſia reprobat & damnat, nos pro damnatis & reprobatis habemus profitentes tanquam veri obedientię filij nomine quo ſupra ipſius Sedis Apoſtolicę ordinationibus fideliter obtēperare. Cōſidera, obſecro confeſsionem iſtorum Græcorum & Armeniorum quam fide & ratione naturali cōmoti fecerunt. Nam ſi ad carnem & ſanguinem ad regionum longuiquitatem, et ad inimicitias, quas hiſtoriæ dicunt viguiſſe inter Græcos et Latinos aſpexiſſent ipſi ſolū modo, neutiquam ſe Pontifici Latino ſubdidiſſent & ſi Romanū Pontificem Epiſcopum Romę dumtaxat agnouiſſent vt falſo falſius confingunt iſti, Germani, Galli, & Angli. tā vicini Eccleſię Romanæ aqua receſſerunt, nō vtique credendum eſt quod tam humiliter ei ſe ſubdidiſſent Græci & Armenij, tam remoti & ipſis Latinis ac Romanis infeſti, & in eodem concilio Florentino dicitur et cōfitentur oēs quod Rom. Pontifex a Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam accepit poteſtatem in beato Petro paſcendi & regēdi eccleſiam. Quicumque ergo dixerint ſe non eſſe commiſſos Petro & ſucceſſoribus ſuis fateātur neceſſe eſt ſe non eſſe de ouibus Chriſti dicente Domino fiet vnū Ouile & vnus paſtor & quia teſtante Moyſe non in principijs, ſed in vno principio creauit Deus cœlum & terram, vt hæc omnia ponderat text. in extrauag. vnam ſanctam de maiorita. & obedien. concludens, quod de neceſſitate ſalutis eſt omni creaturę humanæ ſubeſſe Romano Pontifici.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Vnus ad prædicandum tanto mundo non ſufficeret ſecundum media naturalia loquendo.

2 Iethro madianita reprehendens Moyſen conſuluit, vt alios miniſtros conſtituat in populo qui iudicent leuia & ſibi referant grauiora.

3 Moyſen qui populum pœnes ſe congregatum habebat non tanto labore grauabatur quanto Romanus Pontifex grauaretur ſi omnes mundi partes peragrare deberet ad viſitandem plebem ſuam & Ouile hoc.

4 Vnitatem non offendit diuerſorum prælatorum in diuerſis mundi partibus creatio poſtquam omnes ſubiecti ſunt huic vnico Paſtori ſupremo & pro Chriſto vicario.

5 Vrbes & loca in quibus Epiſcopi & primates ſedere debent ab initio naſcentis eccleſiæ ſtatutæ fuerunt.

6 Petrus conſtitui præcepit primates & Epiſcopos in ciuitatibus in quibus aqud Ethnicos erant primi flāmines & archi flāmines.

7 Epiſcoporum conſtitutio varijs figuris teſtamenti veteris confirmatur.

8 Angeli habent etiam hunc ordinem vt ſuperiores medijs & medij poſterioribus diuinæ bonitatis munera diffundant.

9 Imperator quamuis mundi Dn̄s appelletur habet tamē ſuos miniſtros cuilibet reipublicæ deputatos, & duces in bello

 prout

proutdixerat Chriſto Centurio euangelicus.

10 Paſtores ſimiliter & Epiſcopi habent ſub ſe miniſtros vt & in corpore humano varietas membrorum.

11 Hæretici priuare volunt eccleſiam ordine iſto decētiſsimo vt ducant in vitijs vitam ſuam iam ſimilem illi gehennæ in qua nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

12 Deus diuerſos gradus voluit eſſe in eccleſia vt dum minores potioribus exhibent reuerentiam & potiores minoribus dilectionem impendunt vera fieret concordia.

23 Differentiæ ordo ſeruandus ſicut cæleſtium militiarum exemplar nos inſtruit.

# Caput. X X II. In quo oſtenditur cæteras Eccleſias particulares per totum orbem diffuſas Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales, ac cæteras inferiores etiam religioſorum ab vnius Romani Pontificis poteſtate pendere, & ei tanquam vnico & principali paſtori ſubditas eſſe oportere.

QVAMQVAM OVILE HOC vnum ſit et vnus paſtor viſibilis videlicet Romanus Pontifex pro Chriſto paſtore prǽcipuo Vicarius et beati Petri ſucceſſor quorū Chriſti videlicet et Petri prǽſentia corporali ſecūdum humanam cōuerſationem, et vt ita dixerim, viſibilem perſonalitatē deſtitui debebamus, quia tamen Ouile hoc ſeu Eccleſia vniuerſalis omnes ad eam venientes recipere debebat et debet, cum non ſit perſonarum acceptor Deus, ſed in omni





gente, quæ timet Deum et operatur iuſtitiam acceptus eſt illi. Actuum.x. vt ſupra late cap.vij. declaratum fuit, ideo neceſſarium fuit et rationi cōueniēs, vt paſtor iſte ſupremus et pro Chriſto vicarius viſibilis Romanus Pontifex cernens, quod Meſſis quidem multa erat, et operarij pauci et ꝙ ideo Chriſtus Saluator noſter verus Deus, et verus homo qui momento ſi ſua diuina et abſoluta poteſtate voluiſſet vti, potuiſſet omnes homines ad ſe conuertere, nihilominus tamē ad ſolam Iudǽam, et eo adhuc nondum paſſo, deſignauit & alios ſeptuaginta duos vltra duodecim, et miſit eos binos ante faciē ſuā prædicare Lucǽ. x. vt ſimiliter ipſe quoqꝫ vicarius eius per totum mundum Epiſcopos deſignaret et mitteret ſicut et Chriſtus Marci vlt. miſit prǽdicare euāgeliū omni creaturǽ et propterea optima ratione cōcluditur, ꝙ quāuis Ro. Pōtifex ſedeat in cathedra Petri miſerit tamē et mittat quotidie per Aſiam, Africam, et Europā tres partes mūdi prǽdicatores, qui ſeminēt verbū Dei in cordibus omnium hominū ipſum Romanū Pōtificē ſemper agnoſcentes ſuperiorē et Dei ac Apoſtolicǽ ſedis gr̄a ſe factos Epiſcopos ꝓfitē-
tes, Neqꝫ eīn vnus ſolus ſecundū media naturalia 1
loquēdo, et iuxta cauſas ſecundas operādo, ad perſuadendū et prǽdicandū tanto mundo ſufficeret. Hoc apertiſsime cōprobatur vltra documētū chriſti ſupra relatum cuius actio nr̄a eſt inſtructio, qui miſit ſeptuaginta duos binos prǽdicare ante faciē

ſuam exemplo illius Iethro Madianitę cuius ſæpe in hoc tractatu declarationem promiſi. Iſte enim Iethro Socer, ſeu cognatus Moyſi Exodi. xviij.
2 cernens quod Moyſes ſedebat vt iudicaret populum qui aſsiſtebat ei a mane in veſperam dixit ad Moyſen, non bonam rem facis, ſtulto labore cõſumeris tu et populus iſte qui tecum eſt vltra vires tuas eſt hoc negotium ſolus illud non poteris ſuſtinere, ſed audi verba mea atque conſilia & erit Dñs tecum pondera hic obſecro, antequam vltra progrediamur, Iethro medianitam tanta verborũ exaggeratione & repetitione ne dicã exprobratione vt ſtulto labore conſumeris non bonam rem facis, &c. auſum fuiſſe conſilium præſtare Moyſi, vt Dominus ſecum eſſet qui cum Moyſe tanquã ad amicũ amicus alloquebatur vt intelligas neque Moyſem reſpuiſſe conſilium Iethro, nec Petrum Pauli ſuaſionẽ contempſiſſe ad Galatas. ij. nec denique Romanũ Pontificem dedignari quod ſuã ſanctitatem aduertat aliquis de neceſſarijs ad populi gubernationẽ, ipſe poſtea digeret & reſoluet intra ſe mediante Spiritu Sancto cuius magiſterio regitur, num illud expediẽs ſit ſicut & Moyſes Iethro, & Petrus Pauli conſilia ſequuti fuerunt, ſed redeamus ad Iethro, quid dicat & cõſulat Moyſi ſtulto, inquit labore conſumeris, &c. vide quam enixe ne dicam contumelioſe et importune reprehendens perſuadeat at quid perſuadet, eſto tu inquit in ijs quæ ad Deum pertinent vt referas quæ

dicuntur



dicuntur ad eum oſtendaſque populo cęremonias & ritum colendi viamque per quã ingredi debeãt & opus, quod facere debeant: prouide autem de omni plebe viros ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos & centuriones quinquagenarios & decanos, qui iudicent populũ omni tempore, quicquid autem Maius fuerit referant ad te & ipſi minora tantummodo iudicent, leuiſque ſit tibi partito in alios onere, ſi hoc feceris implebis imperium Domini & præcepta eius poteris ſuſtẽtare, et omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace, quibus auditis Moyſes fecit omnia, quę ille ſuggeſſerat et electis viris ſtrenuis conſtituit principes populi tribunos Centuriones quinquagenarios & decanos qui iudicabant plebem Domini omni tempore, quicquid autem grauius erat referebant ad eum faciliora tantummodo iudicãtes, ſicut et iij. Regum. iiij. de Salomone legitur, ꝙ habebat duodecim præfectos ſuper omnem populum Iſrael. Pondera ergo cõſilium Iethro ſuſceptum a Moyſe et tribunos ac centuriones illos Epiſcoporum & aliorum ſacerdotum figuram tenuiſſe ſub onere referẽdi grauiora ad cathedram
tunc Moyſi nunc vero Petri ſanctiſsimi, vt leuior 3
fiat labor partito ĩ alios onere, et labor Moyſi qui omnem populum pœnes ſe congregatum in eodem loco & ſecum proficiſcentẽ habebat nõ erat tam grandis ſicut Romani Põtificis labor futurus

 fuiſſet

fuiſſet ſi ſenex & plenus bonorum dierũ vti ſem=
per eligitur omnes mundi partes peragrare debe=
ret ad viſitãdam plebem & Ouile ſuum. Oportet
ergo vt in partibus illis habeat ſuos ſub paſtores
& miniſtros qui eius nomine & vice gubernent
prouincias ſibi cõmiſſas grauiora negotia ad Se=
dem Apoſtolicã cui ſe in omnibus ſubiectos profi
tentur referẽtes, & ſic Romanus Pontifex ad exẽ=
plum Chriſti, qui alios dedit Apoſtolos alios e=
uangeliſtas alios doctores, &c. Sic inquam ille, vt
Chriſti vicarius alios dat Patriarchas alios prima
tes, alios Archepiſcopos, alios Epiſcopos, Docto
res, Curatos, & Prędicatores, qui ſeminent verbũ
Dei & faciãt in vniuerſo & vnico, hoc Ouili pro=
4 uentum. Hæc autem prętatorum, Patriarcharum,
Archiepiſcoporũ, & Epiſcoporũ per diuerſa lo=
ca creatio et inſtitutio noſtram vnitatem Ouilis et
paſtoris, (ad cuius gubernationẽ oĩa referũtur)
nihil offendit dicente Pelagio Papa in can. quãuis
xxj. diſt. quamuis vniuerſę per orbẽ Catholicę &
Apoſtolicę Eccleſię inſtitutę vnus thalamus Chri
ſti ſit, tamẽ ſancta Romana Eccleſia cęteris Eccle=
ſijs prælata eſt. Et Lucinus Papa. in c. vrbes. lxxx.
diſt. ait vrbes & loca in quibus primates præſide=
re debent non a modernis, ſed multis ante aduen=
tũ Chriſti ſtatutæ ſunt temporibus quarũ prima=
tes gẽtiles etiã pro maioribus negotijs appellabãt
et beatus Clemẽs Papa martyr ac diſcipulus Petri
in c. in illis. lxxx. diſt. ſic ait in illis vero ciuitatibus,
in qui=



in quibus olim apud Ethinicos primi flãmines eo
rũ atq; primi legis doctores erant Epiſcoporũ pri
mates, vel Patriarchas beatus Petrus poni pręce=
pit, qui reliquorũ cauſas epiſcoporũ & maiora ne
gotia fidei agitarent in illis autẽ in quibus dudum
apud prędictos Ethnicos erant eorũ Archiflãmi
nes, quos tamẽ minores eſſę tenebant quã memo
ratos primates, inſtitui præcepit Archiepiſcopos,
in ſingulis vero ciuitatibus reliquis ſingulos, et nõ
plures Epiſcopos cõſtitui pręcepit qm̃ neq; inter
ipſos apoſtolos par fuit inſtitutio, ſed vnus ꝓfuit
oĩbus, hactenus Clemẽs Papa & diſcipulus Petri.
Sed vt ad legẽ veterem redeamus videmus etiã 7
tabernaculum a Moyſe factum ex præcepto Dñi
ad exemplum eius, quod ſibi in monte fuerat mõ
ſtratum. Exodi. xxv. & quod figuram tenebat ec=
cleſiæ nr̃æ habuiſſe (præter cæteras longitudinis
& latitudinis partes, tentoria & alia receptacula)
altitudinẽ quãdã, ſeu tectũ, impoſito de ſuper ope
rimento, vt Exodi. xl. legitur in ſignificationẽ hu=
ius eccleſiæ militantis quæ licet diuerſos gradus et
miniſtros habeat vnum tamen ſummum Ponti=
ficẽ vt altitudinem reueretur. Similiter et templũ
illud Salomonis celebratiſsimum tabulata, fene=
ſtras, obliquas & alia id genus ædificia habebat,
ſed altare & oraculũ auro puriſsimo, & Cedro ve
ſtiuit. iij. reg. vj. & templum, quod vidit Ezechiel
in Spiritu c. xlj. Ezechielis varia ędificia demõſtra
bat, ſed latius erat tẽplũ in ſuperiori parte ad quã
de infe=

de inferioribus partibus aſcendebatur, ſic etiam
& Archa Noe, quæ vt ſæpe diximus figuram ha
buit Eccleſiæ noſtræ, habebat quidem manſiun=
culas cœnacula & triſtega, ac teſte Hieronymo li.
primo aduerſus Iouinianum nidulos & bicame=
rata ac tricamerata continebat, ſed altitudinem tri
ginta cubitorum & ſuper eminens faſtigium ha=
bebat & in Synagoga, vt a materiali templo ad e=
ius miniſtros Spiritum erigamus, vnus erat ſum=
mus Sacerdos, ſub quo conſtituti erant quatuor
et viginti maiores Sacerdotes, qui ſublimiorē gra
dum obtinebant, quam reliqui minores Sacerdo=
tes, vt legitur primi Paralypomenon. xxiiij. &. iiij.
regum. xiij. legitur Helcię Pontifici & Sacerdoti=
bus ſecundi ordinis, &c. & tamen Aaron & ſum=
mus Sacerdos alijs poteſtate autoritate & etiam
veſtitu multo pretioſior erat Leuitici. viij. & Exo=
di. xxviij. & vt optime dicebat Cyprianus in can.
loquitur. xxiiij. q. j. Eccleſia vna eſt quæ in multi=
tudine latius incremento fœcunditatis extenditur
quomodo multi radij ſunt, ſed vnū lumē et rami
arboris multi ſunt, ſed vnum robur radice tenaci
fundatū, & quomodo de fonte vno riui plurimi
de fluūt & numeroſitas licet diffuſa videatur exū=
dantis copiæ largitate, vnitas tamen integra ſer=
uatur in origine et Nicolaus Papa in can. oēs. xxij.
diſt. oēs ſiue Patriarchales ſiue metropoles prima
tuū aut Epiſcopatuū cathedras vel eccleſiarum cu
iuſcunque ordinis dignitatem inſtituit Romana
eccleſia



eccleſia illam vero ſolus Deus ipſe fundauit & idē
probat Anacletus Papa in can. in nouo. xxj. diſt.
& Dionyſius Areopagita in ſuo libro de eccleſia=
ſtica Hierarchia loquens de primitiua eccleſia, in
qua verſabatur, conſtituit ſummum Pontificem
primo loco et ſub eo Epiſcopos Sacerdotes & mi
niſtros Sanctos. Sic etiam in triumphanti, cui no=
ſtra ſimilis eſt manſiones multæ ſunt Ioan. xiiij. &
in cœleſti Hierarchia teſte Dionyſio in illo aureo
et diuino libro quem de illa condidit diuerſæ ſunt
Angelorū Spiritum Hierarchiæ & ſacri principa
tus ſuprēmi ſcilicet medij & poſtremi, inter quos 8
decētiſsimus ordo ſeruatur vt ſupremi diuinę bo
nitatis munera proxime, nulloque inter medio a
Deo accepta diffundant in medios, ſupra quos
eminent, & medij in poſteriores ipſis ſubſidentes
vt refert Ioannes Chlitoueus in ſuo Antiluthero
lib. ij. cap. ij. ſub titulo de Miſſe officio ad quod vi
detur alludere Daniel. x. dicens Michaelem vnum
eſſe de primis principibus, quaſi ſentiēs inter An=
gelos principes & præſides eſſe & inueniri ſua=
rum partium ordinatam diſtinctionem officiorū=
que diſcretionem, vt quidam cęteris pręſint ad di
rectionem, alij vero illorum autoritati ſubiaceant
neque ſit cōfuſa omnium æqualitas, vide obſecro
poſt Dionyſium ipſum Chlictoueum in loco cita
to, & tamen omnes vnum prædominantem &
omnium ſupremum conditorem Deum reueren
tur. Ad illius exemplar in eccleſia militanti debe=
mus

mus credere & profiteri vnum eſſe ſupremum, vi
ſibilem & pro Chriſto Vicarium, qui habeat in
partem ſuæ ſollicitudinis ſuffraganeos Epiſcopos
& rectores in directionem plebium & ouium ſibi
commiſſarum, ſummum tamen Pontificem ſem
per in omnibus Dominum agnoſcentes & prin-
cipem ſuum, ſic videmus in Imperatore, quamuis
mundi Dominus appellatur. leg. deprecatio. ff.
9 ad legem Rhodiam de iactu. ſic in quolibet Rege
qui habes ſuos miniſtros & iudices, cuilibet rei-
publicæ & miniſterio deputatos, vt in titulis. ff.
& C. de officio præfecti prætorio de officio præ-
ſidis, de officio pro conſulis, &c. ſic in exercitu
belli & in qualibet acie bene ordinata, cui noſtra
comparatur eccleſia Canticorum. vj. ibi terribi-
lis vt caſtrorum acies ordinata, quæ habet ducem
ſupremum & infra eum, ac ſupra alios ſuos cen-
turiones & quinquagenarios ac decanos, vt &
centurio euangelicus dicebat Chriſto, ſic in qua-
libet republica iudices & Conſules vnicum prin-
cipem recognoſcentes & aliorum regimini præ-
poſitos inuenies, ſic in quacunque congregatione
& collegio iſtum ordinem ſeruari videbis vt ſcili-
cet adſint quidem multi præſides inferiorum qui
tamen vni primario principi ſubijciantur. Et de-
nique ne ab Ouilis parabola recedamus etiã in gu
bernatione ouium & gregis præſertim numero-
ſi, vnus paſtor eſt, qui conſtituit in certas partes
gregis ſuos vicarios, & miniſtros, gregarios. Ad
cuius



cuius exemplum videmus quod Epiſcopi, qui pa
ſtores in Eccleſia vocantur, licet habeant diœce-
ſim anguſtam habent tamen ſuos Vicarios gene-
rales & officiales principales ac poſtea officiales fo
raneos & alios miniſtros, qui omnes eum in vni-
cum ſuperiorem agnoſcunt toto titulo, de officio
Archidiaconi & aliorum, & ſicut in corpore hu-
mano varietas membrorum per diuerſa corporis
officia robur ſeruat, & pulchritudinem repræſen-
tat, ita varietas perſonarum per diuerſa diſtribu-
ta officia, & fortitudinem & venuſtatem Sanctæ
Eccleſiæ Dei manifeſtat, & ſicut indecorum eſt
in corpore humano, vt alterum membrum alte-
rius fungantur officio ſic turpiſsimũ eſſet ſi ſingu
la miniſteria ſingulis non ſint diſtributa perſonis
quia teſte Paulo ad Romanos. xij. ſicut in vno cor
pore multa membra habemus, omnia autem
membra non vnum actum habent, ita in Eccle-
ſiæ corpore multa membra ſunt, & in vno cor-
pore Spirituali duo officia vni perſonæ licet exer-
citate committi non debent quia ſi totum corpus
eſt oculus vbi auditus. ca. primo. lxxxix. diſtinct.
certe deficeret tempus & Papyrus, ſi ſuper om-
nes congregationes decenter ordinatas diſcurre-
re debuiſſem, politicum iſtum ordinem enarran-
do quem credo nemo, niſi ſit expers rationis
negare poterit. Quare autem hæretici decẽtiſſimo i 1
hoc ac iucundiſsimo ordine priuare velint eccleſiã
noſtram Deo dilectiſsimam ignoro prorſus ni-
ſi vt du-

ſi vt ducant in vitijs vitam ſuã iam ſimilem illi Gehennæ ſibi parate niſi reſipiſcant de qua, Iob dicebat; vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horor in habitat. Et ideo Gregorius in.c.ad hoc. lxxxix. diſt. dicebat quod ad hoc Deus voluit gradus diuerſos
12 eſſe in eccleſia; vt dum reuerẽtiam minores potioribus exhiberent & potiores minoribus dilectionem impenderent vera cõcordia fieret, neq; enim vniuerſitas alia ratione ſubſiſtore poterat, niſi eam magnus differentiæ ordo ſeruaret ſicut cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit quia dum ſunt
13 angeli & ſunt archangeli liquet quod non ſunt æquales, ſed alter ab altero differunt.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Fides eſt maior adhibẽda his qui in aliqua arte toto tempore vitæ ſuæ addiſcẽda inſudarunt quam illis qui nec horam in ea conſumpſerunt.

2 Infirmitates corporales ex infirmitatibus animorum prouenire ſolent.

3 Papa a Papæ interiectione admiratione denotãte appellatur propterea quod eſt admirabilis eius autoritas & eſt admirabilis in intelligentia.

4 Papa eſt pater Petrum qui cum alio quocumque prælato in iuriſdictione & poteſtate concurrit & eſt ſpiritualis ſpiritualium cuius omnes ſumus filij.

5 Papæ & Chriſti idem eſt conſiſtoriam & eſt ſtupor mũdi qui nec Deus eſt nec homo quaſi neuter eſt inter vtrumque.

6 Papæ parrochia eſt vniuerſus mundus iuxta illud euangelij fiet vnum Ouile & vnus paſtor.

7 Papæ



7 Papæ nemo poteſt dicere cur ita facis & eſt ei pro ratione voluntas & appellatur prælatus prælatorum qui non puri hominis, ſed Dei vicem gerit in terris.

8 Papæ eſt impoſsibile mentiri quia Dei legatione fungitur in terris in his quę vt Papa deliberabit & eo ipſo quod eſt Papa ſanctus appellatur.

9 Papa eſt omnia & ſuper omnia in ſpiritualibus eſt ſupremus vicarius Dei et qui contrarium dicit mentitur eſt Culmen Epiſcoporum & cæterorum quos poteſt intellectus imaginari.

10 Papa electus mutat nomen & efficitur noua creatura ita, quod ſi ſcriberentur literæ ſub nomine baptiſmali poſſet dicere iſte litere non diriguntur mihi.

11 Papa debet oſculari in pede & poſt Deum præ omnibus eſt honorandus, & ſic ſe habet ad alios ſicut ſol ad planetas.

12 Papa immediatam habet poteſtatem a deo, Imperator vero & reges a Papa & penes eum eſt vtraque poteſtas licet nõ habeat exercitium gladij temporalis, & poteſt transferre Imperium de loco ad locũ & Imperatores ac reges deponere cauſis ſeu culpis exigentibus.

13 Papa eſt ſupra ius ſupra concilia & ſupra omnia ſtanta & cõmittit cauſas appellatione remota.

14 Pro Papa eſt propenſius orandum, quia ſalus omnium ex eo dependet & non neceſsitate, ſed propria voluntate ſe purgat de obiectis ſibi criminibus.

15 Papę pertinet cõfirmatio nouę religionis & poteſt transferre ſine cauſa Epiſcopos & primates, ipſe ſolus.

16 Papa tanquam Petri ſucceſſor eſt maior Paulo reſpectu adminiſtrationis & eſt ſupra & præter ius.

17 Papa poteſt quadrata æquare rotũdis & eſt iudex omnium regum non recognoſcendum ſuperiorem ratione peccati.

# Caput. XXIII. De varijs titulis, & encomijs, quibus Sacro Sancta hæc Romani Pontificis autoritas a noſtris maioribus & Doctoribus fuit venerata.

S PER-

DECREVERAM NVL
la hic doctorum noſtrorum te=
ſtimonia referre in huius ſanctę
cathedrę confirmationem, qui
enim autoritatibus Sacræ Scri=
pturæ & alijs rationibus ſupra
citatis, ad eius venerationem &
obedientiam non conuincatur, hic iam iudicatus
eſt & ſuper flua reputabit documenta noſtrorum
interpretum, & hæreticus, qui iuxta ſuam impu=
dẽtiam negat autoritatem decretorum canonum
ac beatorum Gregorij, Auguſtini, Ambroſij,
Hieronymi, & aliorum Eccleſiæ Sanctæ doctorũ
quam nos neceſſariã creditu appellamus, facilius,
negabit autoritatem, quæ probabilis eſt dumta=
xat Gloſſę Cardinalis Panormitani & aliorũ no=
ſtri iuris canonici doctorum iuxta tex. & ibi gloſ.
in. l. j. C. de legibus, vbi probatur maiorem eſſe au
toritatem neceſſariam textuum, quibus credi &
ſtari etiam clauſis oculis oportet quam ſit interpre
tum ſententia, ſicut in Philoſophia & medicina ac
alijs diſciplinis quotidie experiuntur profeſſores
earum ſupponentes capita textui Ariſtotelis, Pla=
tonis, Galeni, & Hippocratis contra expoſitores
tamen textus quotidie diſputantes. Sed ad ſolam
ædificationem Catholici Lectoris attendẽs in hoc
capite citabo quid iſti Catholici & doctiſsimi viri
dixerint, & quibus titulis celebrauerint cathedrę
huius autoritatem, vt magis ac magis in eius obe=
dientia



dientia confirmemur, cognito quantum iſti ei de
tulerint qui in ſtudio Sacrorũ canonum toto tem
pore vitæ ſuæ inſudarunt, & noctes quandoque
in eis addiſcẽdis et exponendis tranſierunt inſom
nes vnicuiq; enim in ſua arte quam profeſſus eſt,
et pro qua multa tulit fecitque puer ſudauit & al=
ſit maior fides adhibenda erit quam ei qui nec ho
ram in ſtudio eius perdidit iuxta illud, ne Sutor vl
tra crepidas & tractẽt Fabrilia Fabri. Vnde, vt id
obiter ac incidenter dicam, ferre nõ poſſum idio=
tas & prorſus ignaros, qui ex ſucceſsibus eis non
proſpere ſubſequutis & iuriſperitos amiſſa lite et
medicos omnes non reſtituta ſalute deteſtantur,
quos honorare præcepit Dominus ſi eñ dubius
eſt ſalutis ac litis euentus aut ſi Deus, qui circa hęc
nos in incerto vagari permiſit vel propter pecca=
ta litigantiũ & infirmorũ, vel iudicum aduocato=
rum aut medicorum, rei veritatem nobis abſcon=
dit iuſtus iudex quid obſecro ſciẽtię probatiſsimę
et earum optimi profeſſores commeruerũt? quos
eligere, & moribus & doctrina probatos (quales
multi ſunt & fuerunt) debuiſſent infirmi & liti=
gantes cum recta conſcientia & purgati ipſi a pra=
uis moribus & peccatis, quia mala quæ patimur
peccata noſtra merentur & infirmitates corpora=
les ex peccato prouenire ſolent dicente Domino
ad languidum, quem ſanauerat Ioann. v. vade & 2
iam noli amplius peccare ne deterius tibi aliquid
contingat. c. cum infirmitas de pœniten. et remiſ=

ſio, ſed ad inſtitutum redeamus. Romanus ergo Pontifex Chriſti vicarius & ſucceſſor beati Petri Apoſtolorum principis vltra ea, quæ in ſuperiori bus dicta fuerunt, communiter & a multis ſeculis appellatur Papa a Papę interiectione admiratio= nem maximam denotante ꝓpterea quod eſt ad= mirabilis eius autoritas ita Gloſ. in proœmio cle= mentinarum. §. hoc ſane verbo Papa & Cardin. in cle. fi. de ſenten. excommuni. dicebat, quod di=
3 ctio Papa eſt admiratiua, ſicut hæc dictio Deus, et Ioannes Monachus in principio lib. vj. decreta= lium num. xij. quod habet nomen a re, quia eſt ad mirabilis in intelligentia & efficaciſsimus in elo= quētia, & dicitur Papa quaſi pater patrum, & idē
4 Ioan. Monachus in c. ſi eo. in principio. de electio ne lib. vj. quod eſt pater patrum, qui cum omni alio prælato in iuriſdictione & poteſtate concur= rit, quod dictum allegat Bald. in. c. j. in princ. j. col. quis dicatur marchio, dux &c. in vſibus Feudorū & in. c. j. qui feudū dare poſſunt. & Albertus Bru nus conſi. j. num. xxxj. Et eſt ſpiritualis ſpiritua= lium ac omnes ſumus filij Papæ vt per Philip. pro bum in additio ad Monachū in c. ſi eo. de electio. lib. vj. dicebat etiam Innoc. in c. fi. de transla. præ=
5 lato. quod Papę & Chriſti idem eſt conſiſtorium, quem refert Barbat. conſ. xxiij. vol. j. & Panormi tanus in. c. venerabilē. de electio. & appellatur Pa= pa ſtupor mundi qui nec Deus eſt nec homo qua ſi neuter eſt inter vtrumque, vt per gloſſam in di= cto pro=



cto proœmio clemētinarum verbo Papa et Bar= batia in tractatu de præſtantia Cardinalium in. j. parte. q. ij. nu. xix. dicebat quod vniuerſus mun=
dus eſt parrochia Papę iuxta illud Euangelij Ioā 6
nis. x. fiet vnum Ouile et vnus paſtor & Papę ne= mo poteſt dicere cur ita facis Iaſ. con. cxlv. incip.
Beatiſsimus Papa vol. x. & Baldus in leg. fi. C. ſen 7
tentiam reſcindi non poſſe et ei eſt pro ratione vo luntas Gl. in. c. ſi gratioſe. de reſcriptis. lib. vj. ver= bo Romano Pontifice, appellatur etiam prælatus prælatorum. Ioan. Monach. in ca. periculoſo. nu. iiij. de ſtatu regulariū. l. vj. et teſte Cardinale in Cle. j. de proba. nu. j. Papa non puri hominis, ſed Dei
vices gerit in terris, & eſt impoſsibile eum menti= 8
ri, quia Dei legatione fungitur, quod intellige in his quæ vt Papa deliberat & reſpondet, quia vt ſę pe dixi tāquam particularis perſona errare poteſt quamuis non ſit de facili præſumēdus error in illa particulari perſona in qua tā ſancta, & tam publi= ca perſona continetur & eo ipſo, quod ad tātę di gnitatis apicem eſt promotus ſanctus appellatur c. non nos. xl. diſti. & actus ſui ex cœleſti arbitrio facti reputantur. Et ſecundum Innocentium in. c. cum pridem. de pactis. Papa eſt publica perſona, quæ ſuper oēs eccleſias ſingulariter & vniuerſali= ter habet plenitudinem poteſtatis. & Baldus refe= rens Bernardum de conſideratione ad Eugeniū,
dicit in. l. Barbarius. num. xiiij. ad finem. ff. de offi= 9
cio prætoris, quod eſt omnia, & ſuper omnia in

 ſpiri=

ſpiritualibus verba ſunt Baldi.in di.leg.Babarius.
& paulo ante dixerat in eadem.l.Barbarius, quod
Papa eſt ſupremus vicarius Dei, & qui cõtrarium
dicit mẽtitur,his verbis tam exprobratorijs loqui
tur Baldus, et idẽ Baldus in procemio Gregoria=
no.nu.iij.dicebat, ꝙ nõ ſolũ eſt Epiſcopus,ſed cul
men Epiſcoporũ et cęterorũ,quos poteſt intellectus
imaginari cui data eſt clauiũ plenitudo & ſumma
libera poteſtas, quæ appellatur poteſtas abſoluta
ab omnibus vinculis canonũ, & ab omni regulã
arctatiua præterquã ab euangelica et apoſtolica et
10 Papa licet non ſit Apoſtolus eſt apoſtolicus et de=
bet eſſe quantũ in ſe eſt apoſtolicæ ſanctitatis, et e=
lectus ad dignitatem Papalem mutat nomẽ in ele=
ctione vſq; adeo, quod vt dicit Baldus ibi ad finẽ
nu. j. efficitur noua creatura et tacetur nomẽ pro=
priũ ita vt ſi ſcriberẽtur ſibi aliquę literę directe ſub
nomine baptiſmali & nõ ſub nomine Pontificali
poſſet dicere vel iſtę literę nõ diriguntur mihi vel
ſcribitur in contẽptũ. Et in tantũ eſt honorandus,
11 ꝙ debet oſculari in pede gl.in.l.j.C.de domeſticis
& protectoribus et ibi.Ioan.de Platea.l.xij.cod.et
quia facit idẽ conſiſtoriũ cum Deo ideo poſt Deũ
præ omnibus eſt honorandus in terris.verba ſunt
Panormitani in con.xxj.vol.j. in principio.et Bal
dus in.c.bone el.j.n.iiij.de poſtula.prelatorum,ꝙ
Papa ſic ſe habet ad Cardinales et cęteras dignita=
tes ſicut ſol ad planetas quia planetę non mouẽtur
niſi motu orbis ſic Cardinales & legati non mo=





uentur,niſi motu Papæ.& Papa poteſtatẽ imme=
diate dicitur a Deo habere, Imperator vero et Re 12
ges a Papa.c.nouit.de iudicijs.vbi Panormitanus
late in gl.ij.nu.xij.vbi dicit,quod pœnes Papã eſt
vtraque ſuprema poteſtas licet non habeat exerci
tium gladij temporalis,& quia poteſtas Papæ im
mediate a Deo emanauit & ipſi Deo ſoli ſubeſt,
Poteſtas vero Imperatoris a vicario Chriſti, cui
eſt ſub ordinata, ideo Papa poteſt imperium de
certo genere perſonarum trãsferre ad aliud. c. ve=
nerabilem.de electio.& Imperatorẽ vngit et coro
nat, confirmat & approbat & reprobat, ac etiam
deponit cauſis exigentibus.c.ad abolendũ.de hę=
reticis.& c.ad Apoſtolicæ.de re iudi.lib.vj.& cle.
ne Romani.de iure iurando.& d.c. venerabilem.
de electio.vide Palacium Rubios de retentione re
gni Nauarrę parte.ij.§.vj.&.vij. vbi numerat va=
rios Reges a Papa depoſitos. Et iſti qui exercent
duos gladios eccleſiaſticum & temporalem, vt di
cit ibi Panor.habẽt ſe ad inuicem,vt minor et ma
ior,quia maior eſt princeps eccleſiaſticus quã tem
poralis ſicut luminare maius antecedit luminare,
minus c.ſolite. de maiorita.& obedien.vt ſic vnus
ſit ſupremus princeps videlicet Papa in militanti
eccleſia,& ideo Papa eſt ſupra iuſ. c.propoſuit. de 13
conceſſ.preben.& eſt ſupra concilia & ſtatuta ca.
ſignificaſti. de electio.committit cauſas,appellatio
ne remotu,cap.ſuper quæſtionum.de officio dele
gati, & quia ſalus omniũ ex eo dependet propen=

ſius eſt pro eo orandum.ca. ſi Papa. xl. diſtinctio.
14 & aliorum cauſas Deus cõmiſit hominibus ter=
minadas, Papam vero ſuo iudicio reſeruauit cap.
patet. can. aliorum. ix. q. iij. & non neceſsitate, ſed
propria voluntate ſe purgat ab obiectis crimini=
bus vt de Sixto Papa videmus in can. mandaſtis
ij. quæ. v. can. nos ſi incompetenter. ij. q. vij. & ſta
tutum ſeu conſtitutio eius ſic debet reputari quẽ
admodum ſi de ore Dei, vel beati Petri eſſet prola
tum c. ſic omnes. xix. diſt. & omnis noua religio
15 debet a Papa cõfirmari extrauag. Sancta de relig.
dom. & c. præceptis. xij. diſtinct. & Baldus in c. j.
qualiter Dñs proprietate feudi priuetur quod Pa
pa eſt omnia, & ſuper omnia in ijs quæ ad ius ec=
cleſiaſticum ſpectant. Et idem Baldus in c. cum ſu
per. de cauſa poſſe. quod Papa eſt ſupra ius et con
tra ius et extra ius et Hoſtiẽſis in c. cum veniſſent.
16 de iudicijs. quod Papa poteſt quadrata æquare ro
tundis et teſte Bartolo in leg. Barbarius verbo &
Papatus eſt. ff. de officio prętoris non incurrit pę=
nas ſimonię et eſt dux omnium regum & Impe=
ratoris non recognoſcentium ſuperiorem ratione
peccati et iniuſtitię gloſſa in c. ex transmiſſa. de fo
ro compe. Francus in c. ſi duobus denique de ap=
pellatio Panormitanus in. c. cum Ioannes. de fide
inſtrumento, et eſt fons iuſtitiæ fugans tenebras
& pręſumuntur in eo cõcurrere illa tria quæ con
ſiderantur in actibus hominũ videlicet bona vo=
luntas conceſſa poteſtas & modi congruitas te=
ſtebar



ſte Bartho. Socino. conſi. clxiiij. viſa bulla in. ij.
parte et teſte Dominico in cap. lector. xxxiiij. diſt.
tanquam Petri ſucceſſor maior eſt reſpectu admi 17
niſtrationis quã Paulus apoſtolus. Deficeret me
tempus et hora ſi percurrere vellem ea omnia quę
doctores noſtri de beatiſsimo Papa eccleſiæ mo=
narcha ſenſerunt, paucula hæc adduxiſſe ſufficiat
vt intelligas doctoribus noſtris tanquam peritis
in arte credendum fore, poſtquam in ea addiſcen
da ætatem, et quaſi vitam conſumpſerunt ſicut et
medico credis in medicina Philoſopho de Philo=
ſophia et agrimenſori circa menſurã agrorum, l.
ſeptimo mẽſe. ff. de ſtatu hominum. l. ſemel. C. de
re militari lib. xij. C. etiam ſine iuramẽto. vt not. in
cap. ꝓpoſuiſti. de proba. quia cuilibet creditur in
arte quam didicit ex profeſſo. Similiter et ex de=
cretis Pontificum et conciliorum potuiſſem mul=
ta referre quæ in huius cathedræ autoritatem an=
tiqui et ſancti patres dixerunt vide c. pręceptis. xij
diſt. c. ita Dominus. xix. diſt. c. omnes. xxij. diſtin.
cap. cuncta per mundum. et cap. ipſi. ix. q. iij. vbi
Gelaſius oſtendit de omnibus mundi partibus ad
eam appellari ab illa autem ad neminem appel=
lari poteſt, prout nec appellatum legimus, quod
profecto argumentum & teſtimonium omni=
bus concludere debuiſſet. Ex concilijs autem ge=
neralibus nullam duxi autoritatem hic afferre,
quia ſi legas quatuor volumina illorum tertio
quoque verbo reperies varias, & elegantiſsimas

huius ſupremi Pontificij Romani deſcriptiones in eam rem.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Ouilis parabola & ſignificatio oſtendit, quid fideles agere debeant.

2 Peccator ſi fidem conſeruet intra eccleſiam eſt, qui per ſuffragia confidelium facilius poterit a peccatis reſurgere quã ſi extra eccleſiam eſſet.

3 Peccator Catholicus licet quo ad gratiam & charitatem ſit mortuus & influxus gratioſos a capite non accipiat tamen quo ad fidem conſeruandam influxus recipit ad exemplum membri infirmi nondum a corpore abſciſsi.

4 Fides ſine operibus mortua eſt & Iacobi epiſtola negatur ab hæreticis quia eorum libidini ex diametro repugnat ſicut & liber Machabæorum, ſed vterque liber eſt authenticus et receptus ab eccleſia ſicut euangelium.

5 Hæreticorum autoritates citatæ ex Sacra Scriptura ad probandam ſolam fidem ſufficere, de fide formata, & quæ per charitatem operatur debent intelligi, nec in illis autoritatibus legitur aliquod ſignum excluſiuum, quod dicat ſolã fidem ſufficere.

6 Legiſlator temporalis etiam in ſuis legibus non præſumitur in continenti ſe corrigere, nec ſibi contradicere.

7 Dictio excluſiua excludit, id quod eſt contrarium termino cui adiungitur, ſicut argumentum a contrario ſenſu ſumitur ad metas & limites verborum expreſſorum.

8 Fidem ſolam qui dixerit ſufficere intelligẽdus eſt iuxta proprietatem ſigni excluſiui ſolam ſcilicet ſine humana inueſtigatione non ſine operibus, quia hoc vltra hæreſim quã habet eſt impertinens.

9 Fides & humana inueſtigatio ſunt inter ſe contraria, quia fides eſt de eo quod non videtur.

10 Credere



10 Credere in Deum eſt amando in eum tendere.

11 Opera noſtra fuiſſent quaſi pannus menſtucatæ ſi nõ aſpergerentur rore & ſanguine Chriſti.

12 Baptiſmi lauacro ſuſcepto fide conſeruata & operibus concurrentibus & aſperſis in ſanguine Chriſti gratiam Dei negotiari debemus.

13 Tempora ſi diſtinguas facile ſcriptura concordabit quæ ex cauſa, ex perſona ex loco, & ex tempore conſideranda eſt.

14 Paulus & alij Apoſtoli dubitantibus de fide & circa operũ neceſsitatem nihil ambigentibus fidem prædicabãt & alijs qui in fide confirmati erant, ſed circa opera erant fragiles opera prædicabant eſſe neceſſaria.

15 Deteriores eſſemus omnibus Barbaris ſi operum bonorum neceſſtate non indigeremus.

16 Non eſt iuſtus in terra, qui non peccet quia ſepties in die cadit iuſtus.

17 Excomunicati a ſuis prælatis ſi fidem conſeruant pertinẽt & ad eccleſiam ratione fidei, ſed quo ad ſuffragia & participationes ab eccleſia ſunt ſegregati.

## Caput. XXIIII. In quo declaratur, quid oues & fideles intra hoc Ouile conſtituti agere debeant, vt tam ſanctam vnitatem conſeruent.

CONFITENTES Ergo vnitatem Ouilis & paſtoris præcipui, ac pro Chriſto Vicarij oportet fideles poſtquã in ouileouiũ intrauerint per oſtiũ ac Ianuã Sacramẽtorũ eccleſiæ Catholicæ, id eſt Baptiſmum, vt ſupra cap. v. dictũ fuit huic Romano Pontifici

Chriſti

Chriſti Vicario & beati Petri Apoſtolorum prin cipis ſucceſſori ac miniſtris, ab eo præordinatis tanquam præpoſitis obedire credentes & obſeruantes, quod ipſi credendum docuerint et obſeruandum. Vt ſicut in Ouili oues tondentur curantur a morbis pariunt fœtus ſuos præbent lac et lanam, et inde educuntur ad prata eis deſignata,
1 ita et nos intra hoc Ouile exiſtentes patiamur noſtrorum morborum curationes etiam ſi tondeamur per ieiunia, Eleemoſynas et alias pœnitentiæ ſalutaris ac bonorum operum ſatisfactiones in cõfeſsione Sacramẽtali per Chriſti miniſtros nobis iniunctas ad peccatorum remiſsionem facilius obtinendam, vt poſtea pariamus fœtus noſtros, id eſt fructus ſalutares in gratia. Et paſtores noſtri defendãt nos a rabie luporum, qui tanquam Leones rugientes circuunt quærentes quem deuorent. Sed vt hęc obedientia paſtoribus noſtris exhibenda ab origine per tractetur, aduerte obſecro Catholice Lector ad ſequentia, et intelliges, quid te credere et obſeruare conueniat ſi intra hãc eccleſiæ vnitatem manere volueris.

2 Primo ergo debes conſiderare, quod qui fidem habet et Sacramentorũ cõmunionẽ veneratur, ſi non ſit hęreticus, aut ſchiſmaticus, quãuis ſit peccator multis criminibus irretitus, mẽbrũ erit eccleſiæ et intra illã manet, qui licet ſit infirmus & paralyticus, facilius curari poterit quã q extra eccleſiã ſunt, vt ſeruus cẽturiõis curatus fuit mediãte oratione



oratione Domini ſui, eſt etiam peccator iſte de piſcibus malis intra ſagenam conſtitutis, eſt de virginibus fatuis quæ in vna domo cum prudentibus expectabant ſponſum Matthæi. xxv. & denique ſicut ille qui in conuiuio nõ habebat veſtem nuptialem, Vt ſupra dicebam. Nam ſi piſces mali intra ſagenam exiſtentes cõualuiſſent prout poterant propter mixturam bonorum, ſi virgines fatuæ ante aduentum ſponſi veniſſent cum oleo paratę, et ſi exiſtẽs in conuiuio ante ingreſſum Domini recuperaſſet veſtem nuptialem, non vtique condemnati fuiſſent, vnde ad hoc quod vnus dicatur & ſit membrum Eccleſiæ & huius Ouilis ouis ſic in genere ſufficit quod per fidem Catholicam Eccleſiæ Romanæ ſit alijs admixtus, ſicut peccatores Catholici, qui tamen ſunt in Eccleſia cum iuſtis permixti ita optime Auguſtinus in c. eſt vnitas eccleſiæ. de conſecra. diſtinct. iiij. vbi ait eſt vnitas eccleſiæ quæ late patet in Sacramentorum communione & ſocietate, quæ complectitur paleas cum granis quando eas corporaliter mixtas ita patitur, vt neque illas iuſti vitent, neque ab illis iuſti vitentur ſic ſunt in eccleſia homines mali, vt in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore, & vt ibi gloſſa declarat, mali paleis comparantur, quia cadunt leuiter vento tentationis, & idem Auguſt. in. c. quomodo. §. induunt. de conſecra. diſt. iiij. dicit, induunt autem homines ipſum Chriſtum aliquãdo vſque ad Sacramenti

cramenti perceptionem aliquando vſque ad vitæ
ſanctificationem ſicut latius ſupra diximus.

3 Peccator ergo nõ proiectus ab eccleſia per hę=
reſim aut ſchiſma, membrum eſt eccleſię quamuis
infirmum in quod propter eius infirmitatem licet
non deriuentur a Chriſto capite influxus gratio=
ſi, ſeu gratum facientes, quia quo ad illos omnino
mortuum eſt, tamen quo ad fidem conſeruan=
dam influxus recipit, ſicut in corpore humano vi
demus, quod membra infirma non ita vegetan=
tur ſicut omnino ſana, non quod illa fides ſit me=
ritoria, quæ ſine operibus mortua eſt, ſed illa pœ=
nes eum exiſtente facilius prouocabitur ad con=
uerſionem quam ſi fuiſſet in fidelis, aut hæreticus
& omnino extra eccleſiam proiectus, & ſic qui fi=
dem conſeruat ſine operibus licet ſit membrum
Eccleſiæ, tamen quo ad ſtatum ſalutis mortuam
habet fidem, quia peccator eſt nec eum ea ſola ſal=
uari poterit niſi etiam cum fide, ſit Deo coniun=
ctus per gratiam & charitatem, ad quod proban=
dum non oportet aliquid immorari, niſi remit=
tere nos ad ęchium in Enchiridione titulo de fide
& operibus vbi plures certe quã ſexaginta ex Sa=
cra Scriptura autoritates accumulat in eam rem;
& inter cæteras illam Matthęi vltimo ad diſcipu=
los, euntes docete omnes gentes baptizantes eos
in nomine Patris, & Filij, & Spiritu Sancti docẽ=
tes eos ſeruare omnia quę mãdaui vobis, et ſic non
credere ſolum, & illud Iacobi, ij. quid proderit fra
tres



tres mei ſi fidem quis dicat ſe habere opera autem
non habeat, nunquid poterit fides ſaluare eum? et 4
paulo inferius, fides ſi non habet opera mortua
eſt in ſe ipſa. Et licet Epiſtola hæc Iacobi negetur
ab hæreticis impudentibus, quia eorum libidini
contraria eſt ſicut, & liber Machabęorum nega=
tur ab eis, quia purgatorium ibi ad oculum de=
monſtratur, tamen vltra hoc quod conſtat & e=
piſtolam Iacobi & librum Machabæorum rece=
ptos eſſe in vniuerſali Eccleſia ſicut Euãgelia & a=
lia volumina Sacrę Scripturę, ſunt tamen tã innu
merę autoritates ab ęchio, & alijs cõgeſtæ ad pro
bãdam operũ neceſsitatem cum fide ijs qui ſalua=
ri cupiunt, vt in hoc nihil duxerim immorari, ſo=
lum modo hæreticorum ſophiſmatibus reſpon=
debo, vt intelligat vnuſquiſque quam chimericis
argutijs tot homines a fide Catholica peruerte=
rint hæreſiarchæ.

Adducunt ergo autoritatẽ Abachuc. ij. iuſtus
ex fide viuit, quę ad Romanos primo repetitur, et
inferunt ergo ſola fides ſufficit ad vitam, pręterea
Ioannis. iij. qui credit in filium Dei non condem=
natur, & Matthæi. ix. ſecundum fidem veſtram
fiat vobis & Geneſis tertio, credidit Abraham
Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & Ioan=
nis quinto, Qui verbum meum audit & credit ei
qui miſit me habet vitam ęternam, & alia his ſimi
lia, ex quibus perfidi contendunt ſolam fidem ſi=
ne operibus ſufficere. His omnibus autoritatibus
Catholici

Catholici noſtri ſatisfaciunt dicentes eas debere intelligi de fide formata cũ virtutibus, & quæ per charitatem operatur de qua Paulus ad Galatas. v. dicit, In Chriſto Ieſu neque circuncisio aliquid valet neque preputium, ſed fides, quæ per chari=tatem operatur, non ergo ſufficit quæcũque fides ſed eſt neceſſaria illa quæ per charitatem & opera bona operatur ex qua autoritate & alijs pro parte noſtra citatis dicunt debere interpretari cõtrarias autoritates, quibus hæretici ſuam hæreſim moliũ=tur præſertim, cum nec in illa autoritate Abachuc & Pauli, iuſtus ex fide viuit nec in alijs, ſit ali=quod ſignum excluſiuum, videlicet ex ſola fide vi uit, vel qui credit tantum &c. ſed abſque aliqua ex cluſione ſimpliciter dicitur iuſtus ex fide viuit, ego autem addendo dicebam quod quamuis ſignum excluſiuũ legeretur in prædictis autoritatibus vi=delicet iuſtus ex ſola fide viuit, non propterea ex=cluderentur opera quæ per tot Sacræ Scripturæ autoritates requiruntur ſimul cum fide, eſſet enim reperire contradictionẽ in Sacra Scriptura, quod non eſt dicendum, quia etiam in legibus tempora libus et prophanis legislator non preſumitur, nec
6 creditur ſibi ipſi contradicere. leg. non ad ea. ff. de condi. & demonſtra. excluſiua ergo dictio iſto ca=ſu quamuis fuiſſet non excluderet opera & alia requiſita per alios textus Sacræ Scripturæ, ſed tan tum illud quod eſt contrarium fidei ſcilicet huma nam inueſtigationem, quaſi dicat iuſtus ex ſola fi=de viuit

de viuit



de viuit abſque humana inquiſitione nõ ſine ope=ribus dictio enim excluſiua ſolum excludit illud, 7
quod eſt contrarium termino cui adiungitur, nõ remota & extranea ab illo termino, & quæ iã per alias leges ſtatuta fuerunt, vt in hoc exemplo ſuffi cit audire miſſam diebus feſtis iuxta legem dei illa dictio ſufficit bene excludet dies feriales, ita quod in iſtis non teneamur de præcepto audire miſſam & tunc erit excluſio pertinens ad materiam & ar=gumentum a contrario ſenſu ſumetur ad metas et limites verborum expreſſorũ iuxta notata apud nos in leg. j. ff. de officio eius, cui manda. eſt iuriſ=dictio. cæterũ excludere omnia alia videlicet ſuf=ficit audire miſſam diebus feſtis, ergo non opor= 8
tet ieiunare, nec ſeruare alia mãdata iam vides quã impertinentiſsima excluſio et hæretica eſſet ſic in propoſito iuſtus ex ſola fide viuit ſine humana in=ueſtigatione ſcilicet quæ fidei ex diametro repu=gnat vt per Ambroſium in ca. nõ turbatur. xxiiij. 9
quæſt. j. loquentem de generatione diuina, quam licet mens nequeat humana comprehẽdere ratio=nis inueſtigatione fidei tamen plenitudo comple=ctitur, & Gregorius ſuper Ioannem, fides non ha bet meritum vbi humana ratio prebet experimẽ=tum, vt per Gloſſ. j. in cap. j. de ſumma trinitate & fide Catholica & Auguſt. in cap. in domo de pœniten. diſt. iiij. fides inquit, ſubtrahit ſe & latet vt ſit fides de eo, quod non vides & inde eſt meri=tum fidei, ſed quid aliud allego niſi Chriſtũ Ioan.

T xx. ad

xx. ad Thomam beati qui non viderunt & credi=
derunt & Paulus, j. ad Cor. ij. ſermo meus & præ=
dicatio mea non in perſuabilibus humanæ ſapien
tiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus & virtutis eſt
vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominũ, ſed in
virtute Dei & ſic humana tãtum inueſtigatio ex=
cluſa fuiſſet dato, quod eſſet ſignum excluſiuũ ibi,
non opera, nec cętera requiſita per alias Sacrę Scri
pturæ autoritates & illa autoritas Ioannis qui cre
dit in filium Dei non condemnatur, per Auguſti=
nũ exponitur in c. charitas eſt aqua de pœnit. diſt.
10 ij. iſto modo in Chriſtum credere, eſt amando in
ipſum tẽdere, vnde Gloſſa ibi recitat verſum hũc.
Crede Deũ credaſq; Deo plus crede valere ſi cre=
das in eum, quam quod ei vel eum, ſic etiam debe
mus dicere, qui credit in filium Dei, hoc eſt aman
do in eum tendit cuſtodiendoque præcepta eius.
Nec illud quaſi pannus menſtruatę iuſtitię noſtrę
contradicit huic Catholicæ ꝓpoſitioni licet enim
11 verum ſit, quod omnes nos ſumus immundi, &
quod opera noſtra ſunt ſicut pannus menſtruatę,
tamen ſi lauẽtur in ſanguine agni munda erunt ſi=
cut ſtolę & dealbabuntur ſicut nix ſi aſpergantur
rore paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, itaque
12 lauacro regenerationis in Sacramento baptiſma=
tis ſuſcepto & fide conſeruata, ac operibus coope
rantibus & in ſanguine Chriſti Ieſu aſperſis, his
tribus copulatiue concurrentibus iuſtificationem
& gratiã negotiari debemus ſatagẽtes per opera





bona certa facere vocationẽ & electionẽ nr̃am de
qua electione et gratia nullã in hoc mundo certitu
dinẽ habere poſſumus vt hæc omnia late declarã
tur in, vj. ſeſsione Sacri Concilij Tridentini per
omnia capita illius ſeſsionis, vt ſic eamus & creſca
mus ſemper de virtute in virtutem & de die in diẽ
renouemur iuxta illud qui iuſtus eſt iuſtificetur ad
huc, & illud aliud, ne verearis vſque ad mortem
iuſtificari, vt cap. x. illius ſeſsionis legitur ſic debẽt
intelligi & concordari autoritates ſupra citatę iux
ta illud Auguſtini in cano. ſi peccauerit. ij. q. j. di= 13
ſtingue tẽpora & concordabit Scriptura, vbi cõ=
cordat autoritatem Pauli peccantem coram om=
nibus argue cum autoritate Euangelij ſi peccaue
rit in te frater tuus, corripe inter te et ipſum ſolum,
& beatus Yſidorus in cap. ſciendum. xix. diſt. ait
Scripturæ, ex cauſa, ex perſona, ex loco & ex tem
pore conſiderari debẽt, & Gregorius ſimiliter in
ca. regulæ ead. diſt. ſed audi obſecro, Hieronymũ
eleganter hoc aduertẽtem in. ca. neceſſe eſt. vt iux
ta diuerſitates locorum temporum & hominum
quibus diuerſæ ſcripturæ factę ſunt, diuerſas cau= 14
ſas argumenta, & origenes habeant quomodo
beatus Ioannes in Apocalypſi ſua ſeptem eccleſijs
ſcribens, in vnaquaque eorum, vel ſpecialiter,
vel vniuerſaliter vitia reprehendit, vel virtu=
tes probat ita & Sanctus Apoſtolus paulus per
ſingulas Eccleſia varijs vulneribus medetur illa=
tis, nec ad inſtar imperiti medici, vno collirio

omnium oculos vult curare. Hæc Hieronymus in
dict. ca. neceſſe eſt. xxix. diſt. vnde ad propoſitum
Paulus & alij euangelici prædicatores illis, qui de
neceſsitate operum neutiquam dubitābāt, ſed in
fide tantum infirmabantur volentes eam ratione
comprehendere fidem prædicabant nullam de ne
ceſsitate operum mentionem facientes poſtquam
de illa non dubitabant, alijs vero qui in fide era=
dicati erant operum bonorum neceſsitatem per=
ſuadebant in quibus fortaſſe deficiebant, vel pro=
pter extremam & temerariam ſolius fidei confidē
tiam, vel propter nimiam ſpem, quam in ſola paſ=
ſione domini noſtri reponebant, adulterantes eā,
& ad licentiam peccandi peruertentes, & imagi=
nantes nullis operibus opus eſſe ex parte eorum,
quod quam beſtiale et indignum relatu eſt nemo
non videt, quia ſi propter Chriſtum iam paſſum
liceret peccare et ad libitum ſenſualitatis quę pro=
na eſt ad malum, operari, deteriores eſſemus cum
5 tanta licentia quo ad mores Barbaris; qui ſine le=
ge viuunt & animalibus ratione carentibus. Sed
de hac tam bruta & Barbara hęreſi taceamus, quę
etiam ſenſus animales non ſolum mentem ſpiri=
tualem offendit tantam bonitatem & miſericor=
diam trahendo ad peccandi licentiam, nec etiam
repugnat in aliquo autoritas illa Eccleſiaſtici. v. nō
eſt iuſtus in terra qui benefaciat & non peccet. Ex
qua volunt miſerre & colligere, quod opera no=
ſtra quāuis bona ſemper ſunt peccata, quia vt ex=
ponunt



ponunt Hieronymus lib. j. contra Iouinianum et
Auguſtinus de peccatorum remiſsione lib. ij. cap.
xx. relati ab Echio in Enchiridione ti. de fide & o=
peribus, ita intelligitur autoritas illa, non eſt iu=
ſtus in terra; qui benefaciat et non peccet alijs pec 16
catis videlicet, quia ſepties in die cadit iuſtus,
non autem, quod illud opus benefactum ſit pec=
catum, quia ſi debitis circunſtantijs ſit ornatum
iuſtitiam & meritum operatur, ſi vero praua in=
tentione fiat malum erit, ſaltem non meritorium,
licet exterius coram hominibus bonum opus
appareat.

Opus eſt ergo operibus noſtris cum fide & Sa=
cramentorum communione, ac obedientia huic
Chriſti Vicario & miniſtris eius ab eo nobis prę=
ordinatis exhibenda ad hoc vt gratiā Domini no
ſtri mereamur adipiſci licet ad manendum in hoc
Ouili. Et ad hoc; quod de Eccleſia dicamur & ſi=
mus, ſola fides cum vnitate & præfata obedien=
tia ſufficiant, & quamuis ſimus peccatores fragi=
les et mortui quo ad gratiam, ſi tamen fidem Ca=
tholicam et vnitatem ac obedientiam eccleſiæ Ro
manæ conſeruamus intra eccleſiam quidem eri=
mus, ſed non manebimus nec habitabimus in a=
trijs interioribus eius in quibus habitant fideles
per charitatem & gratiam operātes, & inter iſtos 17
peccatores quamuis fidem Catholicam profitean
tur, & Romanum Pontificem vt paſtorem huius
Ouilis venerentur, ſi aliqui ſint excommunicati et

gregati ab Eccleſiæ conſortio, quo ad ſuffragia & orationes, ac alias eccleſiaſticæ communionis vtilitates tamē ratione fidei catholicę adhuc ad eccleſiam pertinere dicuntur contra donatiſtas, qui manifeſtos peccatores affirmabant non eſſe de eccleſia vide late dominum Couarruuiā in ca. alma mater in initio. nu. vj. & caſtrum de hęreſibus verbo eccleſia.

## Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Eccleſia habet multas manſiones præparatas fidelibus iuxta merita & ſtatus eorum ſicut in qualibet domo ſunt vaſa aurea argentea & fictilia & quædam in honorem quædam vero in contumeliam vide hic manſionum diuerſitates.

2 Inter fideles eccleſiæ eſt dare intra & interius paulo interius & multo interius.

3 Eccleſiæ manſionum diuerſitas varijs figuris teſtamenti veteris comprobatur.

4 Fide tantum exiſtentes in eccleſia videant ne cadant vento tentationis quantuncumque minimo propter obſtinationem moroſam in vitijs contemptum doctrinę ſanctę & temerariam de miſericordia Dei confidentiam propter tempus faciendi diſsipans legem domini & propter pœnitentiā vſque ad mortis articulum prorogatam etiam a decrepitis.

5 Omnibus dicitur introite portas eius in confeſsione, ſed obſeruantibus legem Dei Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c.

6 Funiculus triplex difficile rumpitur.

7 Manſiones quędā ſunt in eccleſia, ad prelatorū ſacerdotum & religioſorum habitationem & aliæ paratæ regibus & ſecularibus hominibus qui non profitentur ſtatum tam perfectum.





8 Eccleſia eſt caſtrum in quo fides eſt murus, temperantia ſenſuum eſt ianua, patientia ante murale, foſſatum humilitas, turris ſpes, cuſtos, prudētia, arma, opera, machinę orationes, victualia verba ſcripturæ, & aqua deuotio.

# Caput. XXV. De diuerſitate manſionum huius eccleſiæ per Ouile ouium ſignificatę, quæ ad habitationem fidelium præparatæ reperiuntur vnitate eius in nihilo propter hoc alterata.

QVAMQVAM OMnes fideles, iuſti & peccatores intra portas huius Eccleſiæ reperiantur, vt ſæpe diximus, nihilominus tamen in hac magna & regia domo quam ſibi ędificauit ſapientia poſſu- 1
mus contemplari diuerſitatem manſionum & tabernaculorū in quibus fideles habitāt iuxta merita ſtatus & miniſteria ſua exēplo beati Pauli Apoſtoli, qui. ij. ad Thimothæum. ij. in hac magna domo conſiderabat eſſe non ſolum vaſa aurea & argentea, ſed & lignea, & fictilia, & quædam quidē in honorem, quædam vero in contumeliam ſic et nos manſionum pluralitatem poſſumus intra domum hāc meditari quemadmodum in quolibet palatio & aula regia quædam ſunt cellulæ & habitacula

bitacula inferiora intra & prope oſtia domus ſita in quibus viliſsimi ſerui, & viliſsimis oneribus emancipati ſe recipiũt. Habet præterea domus iſta paulo meliora receptacula & famulis in paulo meliori miniſterio ſeruientibus deputata, ſed nec ad huc longe a foribus diſtantia. Habet ſimiliter officinas altiores miniſtris in altiori officio miniſtrantibus dedicatas habet denique tabernacula longe meliora melioribus familiaribus præparata vſque quo perueniatur ad atrium domus domini in quo Rex Regum & dominus dominantium per gratiam ſuam dignatur manſionem facere & cum ſuis, vt ipſe dicit cœnare.

Ad hunc ergo modum domus iſtius diuinæ tabernacula in hoc mundo cõtemplari debemus & curare pro viribus, vt de numero ſeruorũ qui fideles tantũ ſunt ad famulorum ſtatum, & deinde adminiſtrorum miniſteria, & poſtea ad familiarium officinas, et denique ad commẽſalium dignitatem per fidem & bona opera, ac gratiam Domini noſtri aſcendere mereamur, quamuis enim omnes Catholici fideles de Eccleſia ſimus, & intra ec-
2 cleſiam maneamus, tamen inter nos eſt dare intra & interius paulo interius, ac multo interius vt dicitur Ioannis. xiiij. in domo patris mei manſiones multæ ſunt, hoc eſt quod dicitur Prouerbiorum. ix. ſapientia ædificauit ſibi domum & exciſit columnas ſeptem, hoc eſt quod dicebamus ſu-
3 pra de Archa Noe fac tibi Archam de lignis leuigatis,



manſiunculas in Archa facies & bitumine linies extrinſecus & intrinſecus, & teſte Hieronymo vbi ſupra facies nidulos bicamerata & tricamerata. Hoc eſt, quod dixit Dominus ad Moyſen, fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt, & poſtea Exodi. xl. Fecit taberculum habens diuerſas partes, diuerſa eccleſiæ miniſteria ſignificãtes. Hoc eſt tabernaculum, quod vidit Ezichiel capit. xxxj. in quo de inferioribus aſcendebatur ad ſuperiora, hoc eſt templum Salamonis, iij. Regum. vj. quod habebat culmen inter mediaſque partes ad ima a ſuperioribus deſcendendo, hoc eſt, quod Pſalmo. xliiij. dicitur aſtitit regina, quæ eſt eccleſia ſancta, a dextris tuis inveſtitu deaurato circundata varietate, & denique qui per fidem tantum ſunt prope hoſtia huius Ouilis & intra ea videant ne cadant & ne vento quo
libet quantumcunque minimo extra eam proij- 4
ciantur propter obſtinationem & vt ita dixerim, moroſitatem in vitijs, cõtemptum doctrinæ ſanctæ, ſpem longævitę, temerariam de miſericordia Domini quam adulteram confidentiam, propter tempus faciendi, quod diſsipat legem Domini Pſalm. cxviij. & denique propter vanam (quæ vt plurimum eſſe ſolet) pœnitentiam ad articulum vſque mortis etiam a decrepitis prorogatam, quoniam ſi ſemel extra eccleſiam proiecti fuerint per amiſsionem fidei quam multoties permittit iuſtus iudex propter labirinthum vitiorum

in quibus obſtinati & doctrinæ diuinæ contem=
ptores ſe implicant difficulter ad Eccleſiam et por
tam quam ſemel exierunt redibunt, ſeuit enim de=
mõ in illos iam ab eccleſia ſegregatos, tãquam fo=
renſes dicente Paulo primæ Corinthiorum quin
to, de his qui foris ſunt nihil ad nos, c. gaudemus.
de diuortijs. & in cap. multi. ij. quæſt. j. ſit ad mi=
nus intra domum, & orationibus fratrum adiu=
uabitur ſicut dicebamus de illis qui nudauerunt
tectum, vt paralyticum ponerent in domo, in qua
Ieſus manebat, oportet eñ, quod vltra fidẽ quæ
nos tenet intra Eccleſiam, eamus de virtute in vir=
5 tutem viſuri Deum deorum in Sion. Ad omnes
enim dicitur introite portas eius in confeſsione,
Pſalmo. xcix. & lauda Hieruſalem Dominum lau
da Deum tuum Sion, quoniam confortauit ſe=
ras portarum tuarum Pſalmo. cxlvij. ſed de aſcen
dentibus ſupra fores in tabernacula interiora dici
tur Pſalmo. lxxxiij. quam dilecta tabernacula tua
Domine virtutum concupiſcit, & deficit anima
mea in atria Domini, & Pſalmo. xiiij. Domine
quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requie
ſcet in monte ſancto tuo, qui ingreditur ſine ma=
cula & operatur iuſtitiam, qui loquitur veritatem
in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua,
nec facit proximo ſuo malum, & opprobrium
non accepit aduerſus proximos ſuos, &c. qui igi=
tur in penetralibus interioribus eccleſię huius ha=
bitare voluerit, fidem, Sacramentorum, commu=
nionem



nionem, & gratiam, ſi eam meruerit ſatagat con=
ſeruare, quia ſic in aula interiori domus Domini,
cum Domino ipſo manebit & cœnabit cum eo,
vt dicit Dominus veniemus ad eum & manſionẽ
apud eum faciemus, ſcriptum eſt enim, quod qui
adheret Deo vnus Spiritus eſt cum eo, præſer=
tim hoc triplici fidei, Sacramentorum commu=
nionis, & gratiæ Deo alligatus. Funiculus nam= 6
que triplex difficile rumpitur Eccleſiaſtes. iiij. & c.
j. de treuga & pace Authen. itaque communia de
ſucceſ. tunc guſtabit & videbit, quam ſuauis eſt
Dñs ijs qui recto ſunt corde, & gaudebit quan=
do dignus fuerit habitus pro nomine Ieſu contu=
meliam pati & denique relinquet patrem vxorem
& liberos & omnia propter nomen Domini viã
perfectionis Euangelicæ profitendo, ſi autem in
hoc perfectiſsimo atrio domus Domini habi=
tare non mereatur, nec ſe diſpoſuit ad tam ſubli=
me faſtigiũ, ſaltẽ mandata Dei & pręcepta conſer
uet declinando a malo & faciendo bonũ & ſi for=
ſan peccatis aliquibus, ſeu tẽtationibus ſuperetur,
quã cito fieri poſsit reuertat̃ ad Dñm per medici=
nã pœnitẽtię ſalutaris, et cõfeſsionis Sacramẽtalis
& vocalis, vt quæ per fragilitatẽ commiſit ſtatim
ſtudeat emẽdare, obſtinationẽ moroſam in vitijs,
& reſiſtentiam inſpirationibus & Conſilijs Sãctis
euitando, vt ſic ſaltem in tutioribus ſeptis huius
Ouilis ſe conſeruet quamuis enim ſine gratia Do
mini ſaluari nequeat maiorem tamen ſpem ſalu=
tis re=

tis retinebit quanto magis intra muros Eccleſiæ protegãtur, quia & Spiritui Sancto quodammodo reſiſtentes in peccatis ſuis, cuiuslibet venti periculo ſunt expoſiti ita vt facillime fidem perdant & ab eccleſia proijciantur, ſicut cernimus factum in vicinis noſtris, qui propter obſtinatam crapulam & vitia inueterata naufragium in fide Catholica patiuntur. De iſta domo et habitantibus in ea intelligitur illud Pauli ad Hebręos tertio Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, Chriſtus vero tanquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos ſi fiduciam et gloriam ſpei vſque ad finem firmam retineamus.

7 Inuenies etiam in domo iſta manſiones ædificatas & habitationi prælatorum ſacerdotum & religioſorum, ac denique omnium eccleſiaſticarum perſonarum dedicatas & ſimiliter alias præparatas licet non tam politas & perfectas hominibus ſecularibus, Regibus & ſubditis, Dominis et ſeruis ſenibus & adoleſcentibus, viris ac mulieribus cum regulis, & ornamentis neceſſarijs ac vniuſcuiuſque ſtatui condecentibus prout Chriſtus in Euangelio & poſtea Paulus et alij Apoſtoli præſertim in Epiſtolis ad Timothæum et Titum et poſt eos Romani Pontifices, et cõcilia fabricarũt et ornarunt, vt quilibet eligat & capiat quã capere poſsit ex illis, et eius quã elegit, et aſſũpſit terminos non trãſgrediatur, vnitas enĩ iſtius vnicæ domus in nihilo ꝓpter hoc alteratur quia in qualibet ciuitate, quæ dicitur ciuium vnitas,



videmus homines diſparis profeſsionis cõmorari, vnitate tamen ciuitatis & principis eam gubernantis ſemper ſalua licet ipſi diuerſos ſtatus & ſingulas viuendi formulas profiteantur, & in ouili reperiuntur oues varij coloris & diuerſarum ſpecierum vni tamen paſtori obedientiam omnes exhibentes vt Gñ̃ſeos. xxx. in illo exẽplo Iacob quãdo dixit ad ſocerũ Labã gira omnes greges & quodcunque fuluum & maculoſum variumque fuerit, tã in ouibus quam in capris erit merces mea et ſic ditatus eſt homo vltra modum, eodem modo neque diuerſitas ſtatuum, nec religionũ offendit vnitatem eccleſię, ſi prius per illam cõfirmatæ reperiantur, vel de nouo approbẽtur per ſedẽ Apoſtolicã quia nulla ſine eius aſſenſu poteſt inſtitui licet perfectiſſima videatur ne ſub ouina pelle gregẽ Dñi cum lupus inuadat & ſub prætextu conuerſationis angelicæ incautis mentibus ſpiritus malignus illudat vt dicit extrauagans ſancta Romana de religio. domib. Ioannis Papæ. xxij.

Et ad ſenſum habitãdi ſcilicet in interioribus pe 8
netralibus huius eccleſię per fidem, & gratia ſimul debet intelligi quod eleganter dicebat Archidiaconus noſter in c. extra. j. quęſt. j. quod eccleſia eſt caſtrum in quo fides eſt murus temperantia ſenſuum eſt ianua, patientia ante murale, foſſatum humilitas, turris ſpes, cuſtos, prudentia, arma, opera, machina, orationes, victualia verba ſcripturæ, & aqua

aqua deuotio, & ſi iſto modo intra Eccleſiam hāc ſanctā habitauerimus, ne ab Ouilis parabola rece damus poterimus cū regio Propheta dicere Pſal. xxij. Dominus regit me et nihil mihi deerit in loco Paſcuę ibi me collocauit. Super aquam refectionis æducauit me per Baptiſmum ſcilicet, animam meam conuertit per pœnitentiam, deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum. Nam et ſi ambulauero in medio vmbrę mortis nō timebo mala, quoniā tu mecū es virga tua et baculus tuus iſte paſtoralis, ipſa me conſolata ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam Sacramentorum videlicet pręſertim Euchariſtię Sāctiſsimę, impinguaſti in oleo caput meū; et calix meus inebrians quam pręclarus eſt, et mīa tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ, & vt inhabitē in domo Domini in longitudinē dierū & Pſal. cxxj. in domū dñi ibimus, ſtātes erāt pedes nr̄i in atrijs tuis Hieruſalem, & iterū Pſal. xxvj. vnā petij a Dño et hanc requirā, vt inhabitē in domo Dñi omnibus diebus vitæ meæ, ſic etiā intelligi poſſunt multæ aliæ autoritates Sacræ Scripturæ, quæ ad hoc propoſitum accumulari potuiſſent quibus adde carmē virgilij Georgicorū. iij. dicētis. nō lupus inſidias explorat Ouilia circū, & ideo dicebat obſcurus quod ouis de domo vix ejicitur & deiecta ſtatim recurrit, vt ſic imitemur oues in Ouili manentes.

Studeamus ergo per fidem & gratiā intra hanc domum inhabitare aut ſaltē fidem conſeruemus quia



quia licet ſine gratia & operibus mortua ſit tamē vt paralytici & infirmi in domo Dei (quæ eſt eccleſia) manentes facilius poterimus a langoribus nr̄s curari et a luporū inſidijs defendi; quā ſi extra fores eccleſiæ proiecti diuagaremur, tāquā pecora errātia de quibus dicebat Abachuc Propheta c. iij. abſcindetur de Ouili pecus & non erit armētū in præſepibus, ego autē in Dño gaudebo & exultabo in Deo Ieſu meo, ad quod obſecro aduertāt paſtores & cuſtodes particulariū Ouiliū ſeu eccleſiarū quāuis enim nec Ouile vniuerſale, nec paſtor vniuerſalis deficere poſſit, vt ſupra diximus aliqua tamē ouilia particularia propter negligētiā ſuorū paſtorū defecerunt. Ad quos poteſt referri illud Ouidij primo triſtiū elegia. v. in cuſtoditū captat ouile lupus & habitāt tepidis in ouilibus agni. Vt dicit idem Ouidius. xiij. Metamorphoſeos, vnde quo ſecuriora ſint Ouilia a ſerpentibus exitioſis et ſtercore ac cœno mūdiora debent frequēter euerri & purgari, nec non & odores herbarum graueolentium in ouilibus admoueri ad fugandas beſtias & viperas ibi latentes iuxta illud Vergilij lib. iij. Georgicorum diſce & odoratam ſtabulis accēdere cedrum galuaneoque agitare graues nidore chelidros ſæpę ſub inmotis præſepibus aut mala tactu vipera delituit cætumque ex territa fugit aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & vmbræ peſtis acerba boū pecorique aſpergere virus, quod etiam conſuluit columella, & qui de conſeruandis Ouibus

ouibus deſcripſerunt per quem odorem exempla bonorum operũ & virtutum intelligit Gregorius in euangelio reſurrectionis quando ſanctę mulieres venerunt cum aromatibus vngere dominum habeant etiam ſancti paſtores in ouilibus ſuis canes latrare valentes & non mutos quales ſunt prędicatores confeſſores parochi et alij miniſtri, quia in Ouili vt dicebat Virgilius, iij. Georgicorũ, nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed vna, veloces ſpartæ catulos acremque moloſſum Paſce ſero pingui nunquam cuſtodibus illis nocturnum ſtabulis furem in curſuſque luporũ aut impacatos a tergo horrebis iberos quẽ verſum Paſce ſero pingui prælati ponderẽt vt congruam largiãtur mercedem ſpiritualibus miniſtris, nã qui altario ſeruit de altario quoque congrue viuere debet; j. ad Corinth. ix. ca. cum ſecundum. de preb.

## Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Fides & opera ad ſalutem neceſſaria ex Sacra Scriptura decretis Romanorum Pontificum & Conciliorum ac conſuetudinibus Eccleſiæ per Chriſti Vicarium approbatis colligenda ſunt.

2 Scriptura Sacra eſt teſtamentum vetus & nouum & hic teſtamenti veteris libri numerantur iuxta Concilium Tridentinum ſeſsione 4. cap. primo.

3 Translationes octo teſtamenti veteris præter vulgatam recenſentur.

4 Ex teſtamento veteri quę debeant fideles aſſumere hic late explicatur in totum exploſa obſeruatione legalium & cęremonia



remonialium præceptorum illius legis quæ iam ceſſauit.

5 Eccleſiæ & Romani Pontificis autoritas conſideranda eſt circa electionem verioris translationis.

6 Teſtamenti noui volumina recenſentur.

7 Euangelium dicitur ab eo, quod eſt bonum & angelos nuncium, quaſi bonum nuncium & liber eius omnibus diuinæ Scripturæ paginis antecellit.

8 Euangelia in plurali dicebãtur præmia & ſacrificia quæ pro iucundo nuncio decernebantur.

9 Hæretici etiam in diuino Euangelij tritico ſeminarunt zizania confingentes euangelia nomine aliquorum Apoſtolorum.

10 Cathedra Petri reprobauit euangelia nomine Thomæ, Andreæ, Thadęi, & Barnabæ conficta, & ſola Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis euãgelia approbauit in quo autoritas eius inſpicitur cum Marcus, & Lucas, non Chriſti, ſed Apoſtolorum diſcipuli fuerint.

11 Euangelio non fuiſſet credendum niſi ad id autoritas eccleſiæ moueret, nec eſt recipiendum quod eccleſia non recipit teſte Auguſtino, & Hieronymo.

12 Actus Apoſtolici aliorum nomine deſcripti reprobãtur ab Eccleſia ſolo libro beati Lucæ ad theophilum approbato.

13 Hæretici præla & impreſsiones corrumpunt & euangelij textus adulterant ideo caute in eorum lectione procedendũ eſt vt legatur, quod approbat eccleſia & iuxta eius interpretationem quia ſunt difficilia in Sacra Scriptura his qui pereunt.

14 Præcepta a Conſilijs (licet omnia dictentur per verba imperatui modi in Sacra Scriptura) fuerunt per Cathedram Petri diſtincta & hoc erat vtile ſcire quia præcepto non obedire peccatum eſt Conſilio autem ſi vti nolueris minus boni adipiſceris.

15 Verba vbi faciunt ambiguam ſcripturam ſi diſtinctione nõ concordentur conſulenda eſt Cathedra Petri.

16 Apoſtoli dicuntur paſtores cuſtodes murorum Hieruſalem pincernæ lapides præcioſi architecti doctores montes, & fontes, & Iacobi Epiſtola inter diuina volumina numeratur.

17 Apoſtoli multa nos docuerunt quæ in euangelio ſcripta non legimus.

# Caput. XXVI. In quo explicatur, vnde ſit colligenda fides neceſſaria ad manendum intra portas huius Ouilis, quod eſt Eccleſia & opera requiſita ad habitandum in atrijs interioribus Eccleſiæ.

QVI PER FIDEM CAtholicam intra portas eccleſiæ conſtituitur, licet peccator de eccleſia eſt, non tamen cū hoc ſaluabitur, niſi et opera ſine quibus fides mortua eſt operetur, vnde autē colligere debemus fidem & opera neceſſaria ad ſalutem, ne incerti & confuſi diuagaremur dicētes, ecce hic eſt ecce illic ecce in penetrabilibus, ecce in deſerto eſt chriſtus, traditur Catholica hęc vniuerſalis regula, quę nos omni tranquillitate trāquilliores efficiet, ſcilicet ex
1 Sacra Scriptura decretis Romanorum Pontificū
& Conciliorum, ac conſuetudinibus eccleſiæ per Chriſti vicarium approbatis, id totum debere deduci. Hoc vnico ac per breui principio negotiū iſtud abſoluitur, hoc debet eſſe fidelium aſylum et
2 refugium. Quo ad Sacram Scripturam quæ eſt
teſtamentū vetus & nouum iuxta tex, in can. quis neſciat.



neſciat. ix. diſt. notandum eſt, quod teſtamentum vetus comprehendit ſub ſe varios libros nempe. Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium, librum Ioſuæ & iudicum Ruht, quatuor libros Regum duos libros Paralipomenon libros Eſdræ, Thobię, Iudich, Heſter et Iob, Pſalmos Dauid & opera Salomonis, ſcilicet Prouerbiorum, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum, ſapientiæ & Eccleſiaſtici, libros Prophetarum, Eſaiæ, Hieremiæ, & Lamentationum eius Baruch, Ezechielis, Danielis, Oſeæ, Iohelis, Amos, Abdiæ, Ionæ, Michęę, Naum, Abachuc, Sophonię, Aggei, Zachariæ, & Malachiæ, & denique duos libros Machabęorum, vt Concilio Tridentino ſeſſione iiij. cap. primo recenſentur circa quos antequā deueniamus ad teſtamentum nouum aduertendum eſt quo ad translationem lectionem & intelligentiam iſtorum voluminum.

Quod vt optime declarat pater Nicolaus Ra 3
mos libro ſuo de autoritate editionis vulgate ad finem in quæſtione, iiij. pluries tranſlati fuerunt libri iſti & varie, primo loco poſt captiuitatem babylonicam, et quando poſt diuturnum ſeptuaginta annorum exilium vulgus Hebręum maternam linguam obliuioni tradiderat vetus teſtamentum in ſyriacam ſeu Chaldaricam linguā qua Hebræi, eo tempore vtebantur tranſtulere viri tres, videlicet Onchelos legem, Ionatas Prophetas, Rabi Ioſeph Pſalmos, Prouerbia, Iob et alia, quę Agio

grapha nuncupantur, vbi ad hoc comprobandũ
allegat Eliam Leuitam, ſecunda vero translatio
fuit per ſeptuaginta interpretes tempore Ptho=
lomæi Philadelphi regis & mandato Eleazar
ſummi Sacerdotis, licet alij velint fuiſſe ſeptuagin
ta duos, ſenos videlicet ex vnaquaque duodecim
tribuum, tertia fuit translatio in linguam Gręcam
cuiuſdam aquilæ Syropenſis multis annis poſtillã
ſeptuaginta interpretum verſionem & poſt Chri
ſti paſsionem, nempe ſub Adriano Imperatore
quartam translationẽ edidit quinquaginta & ſex
annis poſtea, & ſub Seuero Imperatores imma=
chus quidam Samaritanus, quinta fuit Theodo=
tionis Ephæſij Imperante commodo, ſexta incer
ti autoris ſub Carracalla Imperatore inuenta eſt
in Iericho operta dolio, ſeptima fuit ſine autoris
nomine ſub Alexãdro mammea Imperatorę Ni=
copoli epiri oppido & promontorio, octaua au=
tem verſio facta fuit Aluciano martyre, & Here=
mita apud nicomediã manu eius ſcripta, ſub Con
ſtantino, Magno Imperatore.

Quas omnes octo verſiones origenes in octa=
plis poſuit ornans eas aſteircis & obelis ac obſcu
ritates earum illuminans, poſtea vero ſuperuenit
editio vulgata quam eccleſia Romana probauit
tanquam & verbis fideliorem & ſententijs clario
rem quæque communiter, & quaſi ab omnibus
beato Hieronymo attribuitur, & hæc eſt illa quæ
in Sacro Tridentino Concilio probatur.

Debet



Debet etiam Catholicus lector in lectione teſta
menti veteris & librorum ſupra citatorum aduer 4
tere, quod de illis præcepta moralia ſumere debet
& obſeruare ſicut ſunt præcepta decalagi, & alia
quæ ad morum ædificationem pertinent non cę=
remonialia & legalia, quia illa tanquam figura &
vmbra adueniente luce & veritate ceſſarunt, vt
per Paulum ad Hebræos.ix. & Ambroſiũ in cap.
reuera de pœniten. diſt. ij. de hoc eſt apud nos gl.
notab. in c. non eſt peccatum. §. his itaq; vj. diſt.
& deniq; ex teſtamento veteri eſt ſumẽdus ſenſus
literalis & hiſtoricus, vt credamus ita literaliter cõ
tigiſſe, quod legimus ſicut ibi factũ refertur. Et al=
legoricus, vt verbis et rebus illis myſticis pręſentia
Chriſti & Sacramẽta quæ poſtea ab ipſo inſtituta
fuerunt, ſignata & figurata credamus et anagogi
cus, vt per figuram et ſimilitudinẽ multorũ exem
plorum, quę ibidem referuntur cæleſtem Hieruſa
lem & vitam ęternam appetamus. Et denique tro
pologicus & moralis ſenſus in ijs quæ ad decala=
gi obſeruationem & morum noſtrorum ædifica=
tionem in eccleſia noſtra recepta intelligimus. Nã
quo ad legalium Sacramentalium & cæremonia=
lium obſeruationẽ iam lex illa, trãslato ſacerdotio
ceſſauit, iuxta illud Pauli translato ſacerdotio ne=
ceſſe eſt, vt legis translatio fiat ad Hebræos tran=
ſumptiue in c. translato, de conſtitutio. Et in hoc
etiam cõſideranda eſt autoritas eccleſiæ noſtræ, & 5
paſtoris pro Chriſto vicarij, quoniam licet tranſ=

V 3 latio=

lationes multæ fuerint, tamen verior electa eſt ab ipſis paſtoribus noſtris vt omnis confuſio tolleretur de cordibus fidelium, & licet per apoſtolos iam legalium ceſſatio nobis fuiſſet animaduerſa Actuum decimo quinto, tamen in particulari digeſta fuerunt nobis per Sedem Apoſtolicam & Cathedram Petri moralia quæ tenere debemus & obſeruare vſque ad ſanguinem & exploſa cæremonialia, legalia & Sacramentalia illius teſtamẽti veteris, quæ licet credere facta debemus et ſuper eis allegorizare & anagogizare permittatur, tamẽ tropologizare & operari omnio interdictum eſt nobis ſub pœna prodita contra Iudæorum rituum obſeruatores.

Et ſimiliter lex vetus euangelio eſt coniungenda non dilanianda vt Manichęus & Marcio dilaniabant dicentes vetera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia vt ſupra capite quinto, ex Fabro dicebam allegando Hieronimum cap. xj. ſuper eccleſiaſtem.

Debent etiam omnes libri ſupra citati venerari & inter eos libri Machabęorum, quicquid hæretici contra eos garrulent, quod non habeantur in canone Hebræorum quia teſte Hieronymo in prologo ſuper illis libris ab eccleſia inter diuinorum voluminum hiſtorias annotantur in quo etiam cõſideranda eſt autoritas Sanctæ eccleſiæ, & hæc ꝙ teſtamẽti veteris libros aduertiſſe ſufficiat vt ex eorũ lectione fructũ conſequamur optatũ.





Quo ad teſtamentum nouũ ſimiliter dicimus illud conſtare ex euangelijs Matthæi, Marci, Lucæ & Ioãnis, ex epiſtolis Pauli, vna ad Romanos duabus ad Corinthios, vna ad Galathas, altera ad Epheſios ad Philippenſes alia ad Coloſſenſes, duabus ad Theſalonicenſes, duabus ad Thimotheũ vna ad Titum altera ad Philemonẽ, & vltima ad Hebręos. Et ſimiliter cõſtat nouũ teſtamẽtum ex actis Apoſtolorũ diui Lucę & ſeptem canonicis epiſtolis vna Iacobi duabus Petri, tribus Ioãnis, & vnica Iudæ Thadæi, & ex libro Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli, ſed inter cęteros libros veteris & noui teſtamenti ſupra omnes eminet liber euãgelij a quo primium ſalus noſtra depẽdet iuxta illud Marci vlt. Prædicate euangeliũ omni creaturæ qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit qui vero non crediderit condemnabitur, & propterea dictum eſt euangelium ab eu, quod eſt bonum, & angelos nuntium, quaſi bonum nunciũ, 7
vt per Archid. in c. legimus. xciij. diſt. de quo euãgelio dicit Auguſtinus in prologo ſuper Ioannẽ, quod omnibus diuinæ Scripturæ paginis antecellit, quia teſte Athanaſio ſalutem nuntiat omnibus filijs Dei, & teſte Euſebio de præparatione, quia æternorum atque incorruptibilium donorum, quæ ſupræma & maxima ſunt annuntiat, vnde apud Græcos dicebantur Euange- 8
lia in plurali ſacrificia & præmia, quæ pro iucundo nuntio decernebantur iuxta illud Marci tullij

Ciceronis ad atticũ, O ſuaues duas epiſtolas qui=
bus euangelia deberi fateor & Plutarchus in vita
Demoſthenis ait, Audita morte Philippi euange
lia ſacrificauerũt, et apud non eſt textus in.l.falſus.
§.qui alienum, quid. ff. de furtis. ſic interpretatus
a Budeo in annotationibus prioribus ad Pande=
ctas fol. mihi. cccxxij. ſuper dicta.l.falſus. ſed his
omiſsis euangelium noſtrum per antonomaſiam
dicitur bonum nuncium & aliorum omnium ſu=
premũ. Circa hoc etiã genus Scripturæ, tam ne=
ceſſariæ, & in hoc diuino tritico ſuper ſeminarunt
9 hæretici zizania confingentes euangelia nomine
Thomę, Andreæ, Thadęi, & Barnarbæ, quæ per
cathedram hanc ſanctiſsimam reprobata fuerũt,
vt in capite Sancta Romana Eccleſia.xv.diſtinct.
Ex quo profecto magnopere confirmatur autori
tas cathedræ huius, quæ approbauit Euangelia
10 Marci, & Lucæ, qui non Chriſti, ſed Apoſtolo=
rum diſcipuli fuerunt, & reprobauit euangelia
Thomæ, Andreæ, & Thadęo attributa qui Chri
ſti Apoſtoli fuerunt, & eum in carne viderunt.
Vnde Auguſtinus contra Manichæos, audacter
& per ſancte dixit, euangelio non crederem, niſi
ad id eccleſiæ autoritas me moueret, & Hiero=
nymus, quid neceſſe eſt in manus ſumere, quod
eccleſia non recepit.

Similiter & in actibus apoſtolorum a quibus
recedere nõ licet c.hoc veſtræ.xj.diſt.& in c. ſunt
quidã.& in c.omne quod.xxv.q.j.fuerũt enim et
ipſi patres



ipſi patres eccleſiæ, vt per Vrbanum Papã & Au
guſtinum in cap. quorum vices.lxviij.diſt. funda
menta eccleſiæ & Baſes & columine eius, vt per
Nicolaum Papam in cap. fundamenta. de electio.
lib.vj. & per Auguſt.in can. cum igitur. §. eſt au=
tem.iij.q.j.circa igitur acta iſtorum, qui annuncia
uerunt opera dei & facta eius intellexerunt, & de
quibus dixit Chriſtus, qui vos audit me audit, et
qui vos ſpernit me ſpernit, Lucę decimo tranſum
ptiue in cap. qui vos ſpernit. octauo quæſt.j.vide=
mus etiam ab hæreticis fuiſſe inuoluta acta apo=
ſtolorum nomine Petri Andreæ Thomæ & Phi
lippi apoſtolorum et per ſanctam Romanam ec=
cleſiam condemnata ſolis actis apoſtolorũ appro
batis, quæ nomine Lucæ euangeliſtæ de ſcripta
fuerunt ad Thephilũ. Magna ergo eſt autoritas
ſedis apoſtolicæ, quę inter librum et non librum,
ſicut inter lepram et nõ lepram vt in illa autorita=
te Deuteronomij diſtinguere didicit magiſterio
Spiritus Sancti alias enim tot nominibus euange=
liorum & actuum apoſtolicorum confuſi et tur=
bati fuiſſemus. Et ita ad extirpandum confuſionẽ
iſtam neceſſaria fuit huius ſanctiſsimi Vicarij et
pro Chriſto paſtoris autoritas.

Præterea circa Sacræ Scripturæ & noui teſta=
menti intelligentiam debet conſiderari, quod hæ
retici, quę ſua fuit ſemper ſolita impudentia & te=
meritas, nonullos textus adulterant ad ſuos ſenſus
reprobos trahentes, vt dixit Clemens Papa in

canon.relatum.xxxvij.diſt.& in can . hæreſis vbi
Hieronymus.xxiiij.quæſt.iij. etiam præla.& im-
13 preſsiones corrũpendo, & ideo opus eſt, vt in le-
ctione Sacræ Scripturæ caute procedatur, legẽdo
ſolum ea quæ per ſanctam eccleſiam approbata re
periuntur & iuxta ſenſum & intelligentiam com-
muniter a ſanctis patribus receptam, nouas fugien
tes interpretationes, præſertim cum in Sacra Scri
ptura reperiantur aliqua difficilia intellectu, vt de
epiſtolis Paulis dicebat beatus Petrus vltimo cap.
ſuę ſecundę canonicę in quibus ſunt quędam dif-
ficilia intellectu quę indocti & inſtabiles depra-
uant, ſicut & cæteras Scripturas ad ſuam ipſorum
perditionem. Et beatus Paulus ſecundę ad Corin
thios quarto opertum eſt euangelium ijs qui per
eum. Et Deuteronomij decimo ſeptimo dicitur, ſi
difficile & ambiguum, &c. vt ſupra late dictũ fuit
capite decimo tertio.

14 Eſt etiam aduertendũ, quod quamuis in euan
gelio, & lege noua quaſi omnia pręcipiantur per
verba imperatiui modi multa tamen ſunt de prę-
cepto, & multa de Conſilio, iuxta diſtinctionem
& declarationem eccleſiæ Catholicę de quibus a-
pud nos agit Archidiaconus in ca. vtinam. lxxvj.
diſtinct. & Panormitanus & alij in cap. nam con-
cupiſcentiam de conſtitutio. & apud Theologos
S. Thomas ſecunda ſecundę. q. lxxxvj. art. pen. de
quo etiam dicebat Paulus ad Corinthios de virgi
nibus præceptum Domini non habeo conſilium
autem



autem do. & Auguſt. in cap. quod debetur & in
canon. quiſquis. xiiij. quęſt. j. vbi ait, qui pręceptis
non obtemperat reus eſt & debitor pœnę prece-
pto enim non obedire peccatum eſt, conſilio au-
tem ſi vti nolueris, minus boni adipiſceris non
malum perpitrabis & Gregorius ibidem dicebat
quod precipitur imperatur, quod imperatur ne-
ceſſe eſt fieri, ſi non fiat pœnam habet vbi vero
conſilium datur offerentis arbitrium eſt. Ad hęc
igitur omnia radicitus intelligenda neceſſaria erat
iſtius magiſtri ſupremi & viſibilis authoritas, qui
nos doceret mediante SPIRITV SAN-
CTO, quo regitur veritates iſtas a quibus ſa-
lus noſtra dependet vt ſicut Synagogę prouidit
Moyſes de doctoribus, ſic etiam Chriſtus ſuę di-
lectiſsimę Eccleſię prouideret, vt dixit beatus Gre
gorius Nazianzenus, cum potior ſit lux quam
vmbra, veritas quam figura, vt per Ambroſium
in dicto. cap. re vera vnde Auguſtinus lib. ter-
tio de doctrina chriſtiana cap. ſecundo ait, cũ ver-
ba faciunt ambiguam ſcripturam primo proui-
dendum eſt ne male diſtinxerimus, aut pronun-
tiauerimus, & cum adhibita intentio in certum
eſſe præuiderit, quomodo diſtinguendum ſit 15
aut pronuntiandum conſulat regulã fidei quam
de Scripturarum planioribus locis eccleſia perce-
pit & denique vt refert Faber tractatu quarto
textu quinto Cyprianus, Hieronymus, Auguſti-
nus, Athanaſius, Hilarius, Ambroſius & omnes
alij ſancti

alij Sancti Patres ad veram Scripturę Sacrę intelligentiam ſemper Romanum Pontificem conſuluerunt, & ad illum confugerunt tanquam ad tutiſsimum portum.

Circa actus et epiſtolas Apoſtolorum ac beati Ioannis Apocalypſim nihil aliud quam, quod circa euangelium diximus aduertere oportet niſi quod ipſi ſtatuerunt multa ad fidelium directionem, quę a Christo precepta in euangelio non legimus, vt eſt videre. Actuum decimo quinto, & in epiſtolis Pauli, vt dicit eleganter Ioannes Faber tracta. quarto, textu. xxv. vt apud nos eſt text. elegans in cap. cum Marthę de celeb. miſſa. ibi ſane multa tam de verbis quam factis dominicis inueniuntur ab euangeliſtis omiſſa quæ Apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo, vel facto expręſsiſſe leguntur vide ibi exempla. Et propterea dicuntur Apoſtoli paſtores cuſtodes murorum Hieruſalem, pincernę lapides pretioſi Architecti, Doctores, montes et fontes, vt per multa probat eleganter idem Faber tracta. quinto textu. xxv. Et ideo libri præfati de actibus Apoſtolicis et reuelationibus eorum inter Sacræ Scripturæ & Bibliæ volumina connumerantur, et inter cęteras epiſtola canonica beati Iacobi, quam hæretici negant propterea, quod ſuis hereſibus et licentię peccandi quam pretendunt repugnat dum dicit, quid proderit fratres ſi fidē quis dicat ſe habere, opera autē non habeat, et fides ſine operibus mortua eſt quemadmodum et negabant librum Machabęorum, quia ad literam probat purgatorium (quod ipſi heretici negant) in illo memorando exemplo Iudæ Machabęi, qui duodecim millia dragmas argenti miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum, &c. Sed quicquid garrulent Epiſtola Iacobi ab Eccleſia recepta & inter alias canonicas Epiſtolas Apoſtolorū & libros Bibliæ & Sacræ Scripturæ computatur, vt dicit Hieronymus in Prologo ſuper eā ſicut & de libris Machabęorum ſupra concluſimus.



Ex his ergo libris potiſsimum colligenda ſunt fides et præcepta, quæ credere & obſeruare debemus eo modo quo ſupra fuit declaratum ſæpe ſępius, vtlicet fides Catholica ſit ſufficiens ad cōſeruandum nos intra portas eccleſiæ, tamen ad gratiam conſequendam, & habitandum in atrijs domus Domini opera requiruntur.

### Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Romani Pontifices multa ſtatuerunt pro temporum & locorum neceſsitate, quæ ab Apoſtolis ſtatuta non fuerunt.

2 Romanus Pontifex licet, quod a ſe ſolo ſtatuit ad fidelium gubernationem de Spiritu Sancto ſit, tamen ſuper negotijs grauioribus exemplo beati Petri Concilia generalia conuocat.

3 Diſpoſitum a pluribus in Concilio legitime congregatis & in vnum collectis a Spiritu Sancto diſpoſitum eſt & recipi debet etiam

debet etiam nulla alia percepta ratione, niſi quia ibi diſpoſitum eſt.

4 Conciliorum conuocatio pertinet ad Romanum Pontificem.

5 Moyſes etiam conuocauit concilium, & quod reſponderunt ei ſeniores dicitur reſpōdiſſe vniuerſus populus per ſeniores repręſentatus.

6 Seculares abſtinere debent a deciſione ſpiritualium de quibus agitur in Concilijs.

7 Conciliorum volumina varia ſunt, ſed vt quatuor paradiſi flumina veneratur Eccleſia nicænum Conſtantinopolitanum Ephæſinum & Calcedonenſe, quia hæreſes multæ dãnatę ſunt in eis.

8 Concilium Tridentinum ſumme venerandum in quo tota hæreticorum noſtri temporis ſpurcitia fuit damnata.

9 Concilij conſtitutio habet inuiſceratam clauſulam derogatoriam, ita quod ei non cenſeatur derogatum niſi dicatur non obſtante Concilio generali.

10 Romanus Pontifex difficilius diſpenſat contra conſtitutionē Concilij generalis quam contra canones alios præſertim ſi ſit lex illorum quatuor Conciliorum.

11 Integrum eſt iudicium quod plurimorum præſertim ſeniorum ſententijs confirmatur vide multa in honorem antiquitatis.

12 Concilium an ſit ſupra Papã, breui reſolutione continetur & concluditur quæſtio iſta.

13 Papa diſpenſat ſuper Apoſtolorum præceptis modo non ſit contra articulos fidei & Concilijs poteſt derogare.

14 Conciliorum ſtatuta licet condantur magiſterio Spiritus Sancti tamen quia per media & organa hominum conduntur dicuntur leges humanæ & ideo non eſt mirandum ſi iuxta varietatem temporum & morum varientur.

15 Chriſtianitas ideo in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt, quia nō erat licentia Epiſcopis conueniendi in vnum.

16 Romanus Pontifex in hiis quæ vt publica perſona & vt Papa deliberat ad fidelium inſtructionem errare non poteſt.

Caput.



# Caput. XXVII. De decretis Romanorum Pontificum & Conciliorum generalium, ex quibus neceſſaria ad ſalutem æternam colligere debemus vltra Euangelia, & alia Sacræ ſcripturę volumina.

QVEMAMODVM MVLTA ab Apoſtolis ſtatuta fuerunt, quæ a Chriſto præcepta in euangelio non legimus, vt capite præcedēti concluſimus, ſic etiam multa opportuna pro temporum & locorum neceſsitate, ac varietate diſpoſita ſunt per ſummos Pontifices 1
Chriſti vicarios, quæ ab apoſtolis non inueniuntur ordinata reſpondendo conſultationibus fidelium de ijs, quæ ad fidem, ad intelligentiam Sacrę Scripturæ ad tranquillitatem eccleſiæ, ad conſeruationem pacis ac litium & negotiorū aliorū deciſiones attinebant, quod fiebat communiter per decretales epiſtolas vel etiam motu proprio, aut cum Conſilio dominorum Cardinalium quos a latere habet, vel denique ſi negotij grauitas poſtulabat, conuocando cōcilium generale vt integrū magis iudiciū videretur, ꝙ plurimorū ſententijs confirmaretur. c. prudētiam. de officio delegati. licet enim, quod a ſe ipſo ſolo Romano Pōtifice ordinatur in his quæ ad fidelium gubernationē pertinent de Spiritu ſancto eſſe credendū ſit tamen Romanus

2 Romanus Pontifex pro ſua clementia & benignitate ſuper negotijs grauioribus concilia generalia conuocare exemplo beati Petri prædeceſſoris ſui, qui cōcilia apoſtolorum, vt eſt in actis eorum ſtatuit in electione Matthiæ Apoſtoli & ceſſatione legalium ordinanda. Quod ad Romani Pōtificis Chriſti vicarij autoritatē ſpectat iam in ſuperioribus explicatum fuit. Modo ad ſola Cōciliorū decreta deuenio, vt deciſionibus eorū ſubijciātur omnes etiam nulla alia percepta ratione, niſi quia ibi hoc vel illud ſtatutum eſt. Imprimis ergo præmittendum erit Concilia iſta generalia a Spiritu ſancto, ſi fuerint legitime congregata gubernari, iuxta illud Matthæi.xviij. vbicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi ego ſum in medio eorum. cap. alienus eſt. xxiiij. quęſt. j. & ita,

3 Actuum.xv. in illo Concilio de ceſſatione legaliū, merito vſi fuerunt Apoſtoli præceptores noſtri ſtylo illo viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, qui paulo ſuperius dixerant, placuit nobis collectis in vnum, & in primo Apoſtolorum Concilio, vbi agebatur de electione Apoſtoli in locum proditoris Iudæ, ideo deprecabantur Deum dicentes tu Domine, qui noſti corda hominum oſtende quē elegeris ex his, quia credebant certo certius Spiritum Sanctum directurum fuiſſe eos vt iuxta Domini voluntatem licet per ſortes electio fieret.

4 Hæc Conciliorum congregatio fieri debet autoritate et mandato Romani Pontificis in quibus ipſe vel



ipſe vel eius legatus aſsiſtere debet c. Synodum c. regula. xvij. diſt. Et hoc eſt ſolius Romani Pontificis priuilegium tanquam paſtoris viſibilis huius Ouilis vniuerſi & pro Chriſto Vicarij cap. ideo. ij. q. vj. & in c. huic ſedi. xvij. diſt. & ille debet proponere ac vota reſoluere vt præſes ſicut & Petrus fecit in concilijs et actibus apoſtolorum ſupra citatis ſic & Moyſes in lege veteri Exodi. xix. fecit de quo legitur, quod poſtquam Dominus cū eo 5
loquutus eſt venit & conuocatis maioribus natu populi, expoſuit omnes ſermones illos, quo etiam exemplo docemur non omnes fideles, ſed tātum maiores & pręſules noſtros eſſe conuocandos ad concilium & eos ſolos interuenire debere in eo, licet enim antea Dominus ad Moyſen dixiſſet, hęc dices domini Iacob & annuntiabit filijs Iſrael, nihilominus tamen Moyſes non conuocauit niſi maiores, populus enim tam numeroſus non poterat, ſic in vnum abſque periculo tumultuariæ confuſionis congregari, & licet ſeniores conuocati tātum reſponderit Moyſi, tamen ſcriptura refert repręſentatiue videlicet, quod reſpōdit omnis populus ſimul ſcilicet per ſuos prælatos & maiores,
Et ſic ſeculares præſertim a deciſionibus ſpiritualium de quibus agitur in concilijs abſtinere debent velut indigni quantumcunque peritiſsimus fuiſſet laicus c. ij. de iudicijs. et c. indicatum. lxxxix. diſt. licet principes ſeculares pro tuenda fide & religione admittantur can. nos. & c. ſeq. xcvj. diſt. 6

X gene=

generalia iſta concilia multa fuerunt quorũ vigin
7 ti quatuor recenſet tex. in c. prima annotatio. xvj.
diſt. & quia habentur impreſſa omnia & in qua=
tuor volumina congeſta nõ oportet illa rememo=
rari, niſi tantum eorum præcepta venerari. Sed in
ter cętera cõcilia beatus Gregorius dixit in c. ſicut.
xv. diſt. ſicut ſancti euãgelij quatuor libros, ſic qua
tuor concilia ſuſcipere & venerari me fateor. Nicę
num ſcilicet, in quo peruerſum Arrij dogma de=
ſtruitur, Conſtantinopolitanum in quo Euuomij
& Macædonij error cõuincitur Epheſinũ etiam
primũ in quo Neſtorij impietas iudicatur, & Cal
cedonenſe in quo Euticetis & Dioſcori prauitas
eſt reprobata, hęc tota deuotione amplector et in=
tegerrima approbatione cuſtodio, quia in his ve=
lut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura con=
ſurgit & cuiuslibet vitæ cõmunis & actionis nor=
ma cõſiſtit, & paulo inferius. Cunctas vero quas
præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt
reſpuo, quæ venerantur amplector, quia dum vni
uerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe & non illa de=
ſtruit quiſquis præſumit abſoluere quos ligãt aut
ligare quos abſoluunt. Hæc Gregorius ille ma=
8 gnus ad cuius imitationem, & doctrinam poſſe=
mus & de noſtro cõcilio Sacro Tridentino eadẽ
referre, venerando illud in quo tota hæreticorum
noſtri temporis ſpurcitia condemnatur, eodẽ mo
do quo Gregorius dicebat & beatus Iſidorus in
cap. canones, §. inter cætera. xv. diſt. illis concilijs





inter cætera autẽ concilia quatuor ſunt venerabi=
les Synodi, quæ totã principaliter fidẽ complectũ
tur quaſi quatuor euangelia, vel totidem paradiſi
flumina & beatus Damaſus Papa in c. violatores.
xxv. q. j. quod vialatores conciliorũ Spiritum Sã=
ctum blaſphemant. Et propterea textus cõcilij ge
neralis fuerunt tantum venerati, quod teſte Archi
diacono in c. j. ſuper verbo, noſcatur. de conſtitu 9
tio. lib. vj. omnis conſtitutio concilij generalis ha=
bet in ſe inuiſceratam clauſulã derogatoriã, taliter
quod ei non cẽſetur derogatum per clauſulã gene
ralẽ non obſtãte iure cõmuni niſi ſpecialiter, et ex
preſſe dicatur non obſtante cõcilio generali, refert
Ioã. Andr. in c. j. de exceſsibus prælatorũ. et Bald.
in l. humanũ in. ij. notab. C. de legibus, vbi dicit
iſtud idẽ, & multi alij tenuerũt cũ eo, quos refert
Felinus in c. nonulli. de reſcript. in princ. nu. ij. & li
cet Innocentius in ca. penultimo, de capellis mo=
nachorum tenuerit contrarium videlicet, quod
quantum ad derogationem, non ſit differentia in=
ter conſtitutiones concilij generalis & alias leges,
cuius opinionem videtur appellare veriorem Fe=
linus in dict. ca. nonnulli primam tamen videtur
ſequi totus mundus, vt ibi notat. Felinus nume.
iij. Accedit etiam quod Romanus Pontifex, qui 10
ſupra ius poſitiuum eſt et poteſt ſuper eo diſpen
ſare, tamen difficilius diſpenſat contra conſtitu=
tionem cõcilij generalis preſertim ſi ſit de illis qua
tuor ſupra relatis vt dicit textus elegans in capit.

poſt translationem de renuntia,ibi cũ ſit hoc con
ciliumConſtantinopolitanum vnum de quatuor
quæ vt euangelia veneratur eccleſia quorum om
nium ratio ea eſt,quia integrũ eſt iudicium, quod
11 plurimorum ſententijs cõfirmatur c. prudẽtiam.
de officio delegati. et in c.extra cõſcientiam.lxiiij.
diſt.Et vt dicebat Innocentius Papa in ca. fin.xx.
diſt.quod ſi omnibus his inſpectis huius quæſtio
nis qualitas non lucide inueſtigatur,ſeniores pro=
uinciæ congregate & eos interrogate,facilius nã=
que inuenitur quod a pluribus ſenioribus quæri=
tur, quia verus repromiſſor Dominus ait, ſi duo
ex vobis vel tres conueniant in nomine meo , de
omni re quamcunque petierint fiet illis a patre
meo,& textus elegans in l.penul.C. de fideicom=
miſsis dicebat,quod per ampliores homines per=
fectiſsima veritas reuelatur,& text . in l . ſi auiam.
c.de ingenuis et manu.ibi ſi cũ perioribus tractaſ
ſes facile cognoſceres.Et certe hoc ſolum,quod in
ratione naturali conſiſtit,deberet per fidos hæreti
cos ad eccleſiam Catholicam reuocare , vt ſcilicet
patribus antiquis in cõcilijs generalibus & in Spi
ritu Sancto congregatis magis credere profitean=
tur quam libidinoſis iſtis,qui nudius tertius,noua
iſta phantaſmata ſuſcitarunt. Nam, prout dicitur
Deuteronomij.xxxij.interroga patrem tuum an=
nuntiabit tibi maiores tuos & dicent tibi et Pſal.
lxxvij.quanta mandauit patribus noſtris nota fa
cere filijs ſuis vt cognoſcat generatio altera , &
Prouer=

Prouerbiorum. xxij . ne tranſgrediaris terminos
quos poſuerunt patres tui. Vide etiam Iob.vj.in=
terroga generationem priſtinam, & diligenter in
ueſtiga patrum memoriam heſterni quippe ſu=
mus & ignoramus, quoniam vmbra dies noſtri
ſuper terram,ipſi docebunt te & loquẽtur tibi , et
de corde ſuo proferent eloquia in antiquis eſt ſa=
pientia,& in multo tempore prudentia , & deniq;
Eccleſiaſtici. viij.Ne deſpicias narrationẽ pręsby=
terorum ſapientium, & in prouerbijs eorum con
uerſare ab ipſis enim diſces ſapientiam & doctri=
nam intellectus , & ſeruire magnatis ſine querela.
Non te prætereat narratio ſeniorum ipſi enim di=
dicerunt a patribus ſuis quoniã ab ipſis diſces do=
ctrinam & intellectum,ſi igitur quælibet narratio
ſeniorum habet de ſe autoritatem modo non ſit
in rebus malis,quam obſecro, autoritatem debe=
bit habere matura digeſtio et deliberatio antiquo
rum patrum & ſanctorum,qui in nomine Chriſti
ad proſpiciendum & conſulendum Ouili & gre=
gi ſuo tam dilectiſsimo cõuenerunt, an eos deſere
re voluit Deus qui Dei cauſam agebant dicentes
cum regio propheta.Exurge Domine iudica cau
ſam tuam, videatur etiam Leo Papa ſanctiſsimus
in c.requiritis.j.quæſt.7.vbi dicit,quod iam mul=
tis damnatum eſt concilijs nulla poſſumus pœni=
tentia ſubuenire,& tot ſpiritualibus patribus ob=
uiare,ſed in illorum patrum me ſententia conueni
re omnibus certum ſit,& Zoſimus Papa in c.cõ=
X 3 tra ſta=

tra ſtatuta patrum condere aliquid, vel mutare,
nec huius quidem ſedis poteſt autoritas, apud
nos enim inconuulſis radicibus viuat antiquitas,
cui decreta patrum ſanxere reuerentiam. Et Hor=
miſda Papa in capite prima ſalus eſt, recte fidei re
12 gulam cuſtodire et a cōſtitutionibus patrum nul=
latenus recedere.xxv.quę.j. Quorum textuum oc
caſione ſolet in ſcholis diſcuti quæſtio illa pericu=
loſa & ſcrupuloſa appellata. An Papa ſit ſupra
concilium nec ne, de qua per Felinum late in ca=
pite nonnulli. de reſcript. vbi citat multos. Ego
enim in pręſentiarum de ea ſicut in ſcholis aliquã=
do feci agere non curabo, niſi quantum ad reſo=
lutionem noſtræ huius materiæ pertineat. Dico
igitur, quod licet concilia ſint tante autoritatis, ſi=
cut ſupra retulimus, & quibus non debeat de fa=
cili derogari (ita enim debent illi textus intelligi)
poteſt tamen contra decreta illa diſpenſare Ro=
manus Pontifex & eiſdem derogare, vt conclu=
dit late Felinus in dicto. cap. nonnulli. & diſpen=
ſare ſuper eorum conſtitutionibus, ſicut videmus
13 quotidie fieri Immo & ſuper Apoſtoli præce=
ptis diſpenſat, modo non ſit contra articulos fi=
dei vt dixit gl. in capite ſunt quidam. verbo Apo=
ſtoli.xxv.qu.eſt.prima vbi etiam dicit gloſ. quod
diſpenſat ſuper iuramento & voto quæ ſunt de
iure diuino, licet hæc non dicatur diſpenſatio, ſed
commutatio. Videatur gloſ. illa & late Domini=
cus in cap. lector.xxxiiij. diſtin. vbi videtur tene=





re, quod poteſt contra Epiſtolam Pauli diſpen=
ſare, quia Papa in quantum eſt ſucceſſor Petri
qui fuit maior paulo, ſic adminiſtratione erit Pa=
pa maior paulo, vt ibi per Dominicum. De hac
autem quæſtione an poſsit Papa diſpenſare ſu=
per iure diuino modo non ſit contra articulos fi=
dei, nec præcepta decalogi, videatur Felinus refe=
rens multa in cap. quæ in eccleſiarum. nu.xx.cum
ſequentibus de conſtitu. & Ancharranus conſi.
cxxiiij. contra bigamos Archidiaco. in d.c. lector.
& in c. ſunt quidam.xxv.q.j.

Sed redeundo ad concilia dico, quod licet ſint
condita magiſterio Spiritu Sancti, tamen quia
medio humano & per organa hominum fiunt, 14
dicuntur humana iura, & propterea non debet
mirari aliquis, ſi ſecundum varietatem tempo=
rum ſtatuta quoque varientur humana capit. non
debet. de conſangui. & affi. quia vt dicebat textus
elegans in cap. fraternitatis.xxxiiij. diſtinct. defe=
ctus noſtri temporis quibus non ſolum merita,
ſed corpora ipſa defecerunt diſtrictionis antiquæ
non patitur manere cenſuram, & lex debet eſſe in
ter alia poſsibilis loco temporique conueniens au
tore Iſidoro in cap. erit autem lex.iiij. diſtinct. Ne=
ceſſaria ergo fuit autoritas ſummi Pontificis Ro=
mani, & pro Chriſto vicarij etiam ad eiuſmodi
diſpēſationes & derogationes concedendas, quã=
do ſuæ ſanctitati videbitur conuenire, non enim
pro quolibet negotio conuocanda ſunt cōcilia &

hominés trahendi ex diuerſis mundi partibus, niſi tantum pro negotijs grauiſsimis, arbitrio eiuſdem Pontificis ad quem pertinet conuocatio. Opus ergo fuit paſtore iſto ſanctiſsimo & poteſtate eius, quæ continua perſeuerat in eccleſia. Dei licet etiam conciliorum cõgregatio ſit neceſſaria, quia prout dicit Iſidorus in can. j. xv. diſt. eo, quod in præcedentibus annis perſequutione feruente do-
15 cendarum plebium minime dabatur facultas inde chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt, quia non erat epiſcopis licentia conueniendi in vnum, & ſic ad extirpationem hæreſum ſemper fuit neceſſaria conciliorum conuocatio in quibus hæreſes variæ condemnatę fuerunt, vt per Gregorium in cap. ſicut. xv. diſt. ſed interim quo concilia generalia non cõgregantur Romani Põtificis autoritatem habemus cui tanquam Chriſti Vicario obedire tenemur recipientes ea omnia quæ ipſe præceperit recipienda ac reprobantes reprobata per eum & quæ poſtea reprobauerit: Nam prout ſæpe diximus Romanus Põtifex paſtor huius Ouilis licet vt priuata perſona peccare & errrare poſſit tamen in eo, quod vt paſtor & publica perſona diffinierit errare non poteſt, poteſt quidẽ diſputando, ſentiendo, loquendo, vt priuata perſona & etiam ſcribendo, vt particularis homo deficere ſicut & Innocentius. iiij. in commẽtarijs ſuis ad libros decretalium defecit & a multis reprehẽditur in quibuſdã. Sed in his quę diffinit deliberat

& ſtatuit



& ſtatuit vt publica perſona, vt paſtor huius Ouilis & vt ſedens in cathedra Petri pro fidei tuitione pro euangelicæ legis intelligentia pro fidelium inſtructione & directione in his in quã firmiter credimus eum errare nõ poſſe Simpliciter etiã cõfitemur priuilegia quę Chriſtus Petro prę cęteris apoſtolis contulit paſcẽdi ſcilicet oues et agnos Chriſti cum ſancta doctrina confirmandi fratres in fide & quod omnes gentes per os illius audirẽt verbum Dei, quod eccleſia ſuper illum ædificata fuerit & porte inferi contra illam ſic ædificatã præualere non poſſent omnia iſta non vt priuato homini, ſed vt Chriſti vicario & reipublicæ Catholicæ præfecto conueniſſe & nunc continuari in ſucceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus vt publicis perſonis credimus & affirmamus, quicquid hæretici garrulent.

Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Conſuetudines & traditiones eccleſiæ approbatę recipiendæ ſunt etiam ſi ſcripto cõmendatæ non fuerint, vt per multa hic adducta probatur.

2 Chriſtus & apoſtoli dixerũt & pręceperunt multa quæ ſcripta non fuerunt.

3 Conſuetudines & traditiones quas antiquitus a patribus ſuſcepimus ridiculum & ſatis abominabile eſt infringere.

4 Conſuetudinibus maiorum per tantam annorum ſeriem protelatis oportet nos etiam non percepta ratione credere

& iugi obſeruatione cuſtodire.

5 Conſuetudines multæ ex Tertulliano Origene & Baſilio referuntur quæ ſine aliquo ſcripto ſuo tempore obſeruabãtur & noſtris temporibus earum obſeruantiam continuari videmus.

6 In legibus ſecularibus & antiquis & modernis conſuetudo non ſcripta pro lege ſuſcepta eſt.

7 Humanum genus duobus regitur iure naturali & moribus & ius naturale eſt, quod in euangelio & lege cõtinetur, quaſi mores parem vim habeant cum lege naturali.

8 Textum ratio commendat non ſcriptura.

9 Conſuetudinis obſeruantia ſi difficilis videatur ad Cathedram Petri recurrendum eſt.

# Caput. XXVIII. De traditionibus & conſuetudinibus eccleſiæ per ſedem Apoſtolicam approbatis, quas etiam ſi ſcriptæ non ſint obſeruare debemus.

VLTRA EVANGELium & ſacram ſcripturam, decreta Pontificium & conſtitutiones conciliorum, obſeruauerunt Patres noſtri alia quæ ex traditionibus Apoſtolorũ, & conſuetudinibus eccleſiæ approbatis introducta ſunt etiam ſi ſcripto commendata non fuerint de quibus Paulus. ij. ad Theſſalonicenſes. ij. dicebat. Itaque fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis



ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram, & ſecundæ Ioannis capite decimo, plura habens ſcribere vobis per chartam & attramentum nolui ſpero enim me futurum apud vos et os ados loqui, vt gaudium veſtrum plenum ſit & idem in Epiſtola ad Gaium. Multa habui tibi ſcribere, ſed nolui per attramentum & calamum ſpero enim te videre, & os ados loquemur, vnde Auguſtinus in cap. Eccleſiaſticarum. xj. diſtin. dicebat. Eccleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam in ſcriptis quaſdam Apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio confirmatas accepimus, quaſdam conſuetudine roboratas approbauit vſus, quibus par ritus & idem vtriuſque pietatis debetus affectus & textus in capitulo, cum Mar= 2
thæ de celebratio. miſſarum dicebat. Sanæ multa tam de verbis, quam de factis dominicis inuenimus ab euangeliſtis omiſſa, quæ Apoſtoli vel ſuppleuiſſæ verbo vel facto expreſsiſſe leguntur, vide quæ ſupra retulimus. Similiter Ioannes cap. xx. ad finem quique ſcripſit vltimus poſt ſcripta euangelia trium euangeliſtarum & approbauerat fidem eorum & veritatem teſte Auguſtino in Prologo ſuper Ioannem, is enim ita dicit capite xx. multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus quæ non ſunt ſcripta in libro, hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei, & capite fina. ſunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror

arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi
ſunt libros. Hoc autem de conſuetudine & tradi-
tionibus ſic accipiendum eſt, vt declarat Augu-
ſtinus in cap. in his rebus. xj. diſt. in his enim re-
bus in quibus nihil certum ſtatuit diuina Scriptu
ra mos populi Dei & inſtituta maiorum pro le-
ge tenenda ſunt, & ſicut prȩuaricatores diuinarũ
legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſue
tudinum coercendi ſunt. Hieronymus etiam in c.
illud. xij. diſt. dicebat traditiones eccleſiaſticas, ita
obſeruandas vt a maioribus traditȩ ſunt & Nico-
3 laus Papa ead. xij. diſt. in can. Ridiculum eſt & ſa-
tis abominabile dedecus, vt traditiones quas an-
tiquitus a patribus ſuſcepimus infringi patiamur.
Et Gregorius Papa in cano. nos conſuetudinem
quæ contra fidem Catholicam nihil vſurpare di-
gnoſcitur immotã per manere cõcedimus ead. xij.
diſt. Et in cap. quemadmodum. illicita perpetrare
non patimur, ſic quæ ſunt conſuetudinis non ne-
gamus ead. xij. diſt. vide etiam quid idem Grego
rius Sanctiſsimus Auguſtino Anglorum Epi-
ſcopo reſcripſerit in c. nouit. decimaſecunda diſt.
Nouit fraternitas tua Romanȩ eccleſiæ cõſuetudi
nem qua ſe meminit eſſe nutritã, ſed mihi placet,
vt ſiue in Romana, ſiue Gallicorũ, ſiue in qualibet
eccleſia inueniſti, ꝙ plus omnipotẽti deo placere
poſsit ſollicite eligas & in Anglorum eccleſia, quȩ
adhuc in fide noua eſt infundas quȩ de multis ec-
cleſijs colligere poteris, et q̃ſi in faciſculũ collecta
apud



apud angelorum mentes in conſuetudinem depo
ne & Caſsiodorus colla. xxj. c. xij. inquit oportet
nos autoritati patrum cõſuetudinique maiorum
vſque ad noſtrum tempus per tantam annorum
ſeriem pro te late etiam nõ percepta ratione crede
re, eamque vt antiquitus tradita eſt iugi obſerua-
tione & reuerentia cuſtodire et tex. in can. decreui 4
mus. x. quæſt. j. decreuimus vt antique conſuetu-
dinis ordo ſeruetur Tertullianus etiã in libro de
Corona Militis ait aquam baptiſmaſtis adituri a-
liquãto prius ſub antiſtitis manu cõteſtamur nos
renuntiare diabolo pompis & angelis eius & de 5
hinc ter immergimur, &c. Euchariſtiæ Sacramẽ-
tum omnibus mandatum a Domino etiam ante
Lucanis cȩtibus, nec de aliorum manu quam prȩ
ſidentium accipimus oblationes pro defunctis,
pro natalitijs annua die facimus, die dominico ie-
iunium nephas dicimus eadem immunitate a die
Paſchȩ vſque in Pentecoſtẽ gaudemus calicis etiã
et panis noſtri aliquid decuti in terram anxie pati
mur ad omnem aditum et exitum, ac veſtitum, ad
calceatum ad menſas, ad cubilia frõtem crucis ſi-
gnaculo terimus et cætera iſtarum et aliarum ec-
cleſiaſticarũ diſciplinarum ſi expoſtulas legẽ nul-
la legis traditio tibi prȩtendetur auctrix eſt cõſue-
tudo et idonea teſtis eſt traditiõis veteris, antiquas
obſeruationes eccleſiæ ſi nulla Scriptura determi-
nauit, certe conſuetudo roborauit quæ ſine dubio
de traditione apoſtolica manauit, hȩc Tertullianus
ex quibus

ex quibus intelliges quã ſit eccleſia fida cuſtos tra= ditionis Apoſtolicæ ſemel acceptę, quas enim, vt refert Pighius cap.iij.lib.j. Tertullianus obſerua= tiones abſq; vllo ſcripto ſuo ſeculo annis videlicet centũ ſeptuaginta poſt Chriſtum per vniuerſam eccleſiam ab initio cõmemoratas eaſdẽ videmus vſq; in hodiernum diem obſeruari, vide etiã, quid Origenes dicat ſuper Matthæũ. Ex traditione in= quit, dedici de quatuor euangelijs, quia hæc ſo= la abſq; vlla contradictione accipi debent in omni bus, quæ ſub cœlo ſunt eccleſijs Dei, ita enim tra= diderũt patres noſtri, & Auguſtinus aduerſus do natiſtas paruulorũ baptiſma defendit ſolũ ex con ſuetudine eccleſię antiqua canonica, fundatiſsima hoc habet dicit ipſe autoritas matris eccleſiæ, hoc fundatiſsimæ veritatis obtinet canon. contra hoc robur cõtra hunc inexpugnabilẽ murũ quiſquis arietauerit ipſe potius confringetur. Et etiam Ori genes, vbi ſupra contra dubitantes an epiſtola ad Hebræos ſit Pauli ego inquit dico ſicut mihi a ma ioribus traditũ eſt, quia manifeſtiſsime Pauli eſt, & ſæpe omnes antiqui maiores noſtri, ita eam, vt Pauli epiſtolã ſuſceperunt. Plurimũ ergo valet te ſte Auguſtino cõtra Manichæos autoritas eccle= ſiæ Catholicę, quæ ab ipſis fundatiſsimis apoſto= lorũ ſedibus vſq; in hodiernũ diem ſuccedẽtibus, ſibi epiſcopis ſecundũ ſeriẽ ſucceſsionis & tot po pulorũ conſenſione firmatur. Cyprianus etiam in ſermone de ablutione pedũ loquens de ritibus & cęremo=



cæremonijs, quas in die cœnæ obſeruat eccleſia di cit, nec minus ratum eſt, quod dictante Spũ Sãcto tradiderunt apoſtoli quã quod ipſe tradidit Chri ſtus. Et Origenes homilia. v. in librũ numerorum loquẽs de modo orandi verſus orientẽ & de alijs ritibus inquit, hæc omnia portamus ſupra hume ros cũ ita implemus ea et exequimur, vt a Põtifice magno Chriſto et filijs eius tradita et cõmendata ſuſcepimus & Baſilius magnus in libro de Spiritu Sancto c. xxvij. ait dogmatũ, quę in eccleſia prædi cantur quædã habemus ex doctrina ſcripto pro= dita quædã rurſum ex apoſtolorũ traditione rece pimus, quorũ vtraq; parẽ vim habent ad pietatẽ nec in his quiſquam contradicit quiſquis ſane, vel tenuiter expertus eſt. Nam ſi conſuetudines quæ ſcripto proditę non ſunt tanquam haud multum habentes momenti conemur reijcere imprudẽtes & ea dãnabimus quæ in euangelio neceſſaria ſunt ad ſalutem immo potius ipſam fidei prædicatio= nem ad nudum nomen contrahemus, & paulo inferius, nec his contentis ſimus quæ comme= morat Apoſtolus aut euangelium, verum & alia quoque & ante et poſt didicimus tanquam mul= tum momenti habentia ad myſterium quæ ex tra ditione citra ſcriptum accepimus. Et poſtquam recenſuit varias Eccleſiæ ſanctæ cæremonias ſi= ne ſcriptura introductas ſic concludit. Dies me deficiet ſi Eccleſiæ vniuerſæ myſteria vniuerſa citra ſcriptum tradita pergam recenſere & Ire= neus

& Ireneus Sancti Policarpi diſcipulus aduerſus
Valentinum, traditionem inquit Apoſtolorum
toto orbe manifeſtam in omni eccleſia, adeſt per
ſpicere omnibus, qui vera voluerint audire eam
videlicet, quam primitiua eccleſia trāſmiſit ad nos,
et in lege veteri, quæ ſcripto tradita fuit & magno
ſtudio conſeruata videmus, quod et traditiones ſe
niorum obſeruabantur et ſuo tempore obſeruari
debebant, modo non eſſent contra legem Dei vt
Matthæi.xv. conquærebantur Phariſæi. Quare
diſcipuli tui tranſgrediuntur præcepta et traditio
nes ſeniorum non enim lauant manus cum panē
manducant. Et Chriſtus non eos reprehendit de
omnibus traditionibus, ſed de illis tantum, quę le
gem Dei offendebant, et propterea Deuterono-
mij.xvij.cautum fuit, quod ſi difficile et ambiguū
occurrebat ad ſacerdotem recurreretur, ſicut iā ſu
pra oſtēdimus et Ezechielis. xliiij.legitur quū fue
rit controuerſia, ſtabūt ſacerdotes in iudicijs meis
et ibi iudicabunt. Eodem modo neceſſe erat, vt et
in lege noua eſſet qui difficultates et dubia, quæ ſe
fidelibns obtuliſſent ſuper traditionibus obſeruā
dis et ſuper ſcripturis intelligēdis reſolueret, vt ſu-
pra diximus quādo de autoritate huius ſancti pa-
ſtori agebamus cap. xj. vbi oſtendimus difficul-
tates occurre poſſe ſuper epiſtolis Pauli et alijs li-
bris Sacræ Scripturæ. Quod ergo in eccleſia vni-
uerſali obſeruare videmus, Romano Pontifice to
lerante et ſua autoritate comprabante, humiliter,





etiam nulla percepta ratione recipere & cuſtodire
debemus, ſic enim in republica ſeculari videmus
eſſe varias legum ſpecies, conſtitutiones principū
reſponſa prudentum, plebiſcita, ſenatuſconſulta
magiſtratuum & prætorum edicta, quæ ſcripto
tradita ſunt, vt in. §. conſtat. Inſt. de iure naturali. 6
Et etiam ius non ſcriptum, quod conſuetudinem
appellamus. §. ex non ſcripto. Inſt. de iure natura
li.l. de quibus. ff. de legibus, vbi dicitur de quibus
cauſis ſcriptis legibus non vtimur, id cuſtodire o-
portet, quod moribus & conſuetudine introdu-
ctum eſt. Inueterata enim conſuetudo pro lege,
non immerito cuſtoditur. Quid enim intereſt ſuf
fragio, id eſt cōſenſu inſcriptis redacto, vt ibi glo-
ſa explicat, aliquid declarari an rebus ipſis & fa-
ctis, diuturna enim cōſuetudo pro iure & lege ob
ſeruari ſolet, vt per Vlpianum in leg. diuturna. ff.
de legibus & Hermogenianus in leg. ſed ea. ff. eo-
dem. Sed ea, quæ longa conſuetudine comproba
ta ſunt, ac per annos plurimos obſeruata non mi-
nus quam ea, quæ ſcripta ſunt iura ſeruantur, im-
mo magnæ autoritatis hoc ius habetur dicit Pau-
lus Iuriſcouſultus in leg. immo. ff. eodem. quod in
tantum probatū eſt, vt non fuerit neceſſe, id ſcri-
pto comprehendere, videbis totum illum titulum
de legibus, & intelliges apud omnes nationes prę
ſertim Romanos & Græcos de quibus loquitur.
dict. §. conſtat fuiſſe cuſtoditam cōſuetudinem ſi-
cut & legem ſcriptam. Neque enim ſecundum do

ctores noſtros in dicto.§.conſtat. & in leg.de quibus eſt neceſſaria ſcriptura ad ſubſtantiam legis, ſed tantum ad faciliorem probationem, immo, quod fortius eſt probant catholici patres, vt per Pighium lib.j.cap.ij.& ſequentibus duobus, maiorem eſſe debere autoritatem traditionis eccleſiæ quam ſcripturæ, & vt ait beatus Iſidorus in capi-
7 te.j.diſt.j. Humanum genus duobus regitur naturali videlicet iure, & moribus, ius naturale eſt quod in lege & euangelio cõtinetur, quaſi mores et conſuetudines recepte parem vim habeant cum lege naturali, & in cap.conſuetudo.j.diſt. idem Iſidorus dicit cõſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur cũ deficit lex, nec differt, an ſcriptura, an ratione conſiſtat, quo-
8 niam & legem ratione commendat. Porro ſi ratione lex conſiſtat lex erit omne, id quod ratione conſiſtat, quod religioni conueniat, quod diſcipline congruat, quod ſaluti proficiat vocatur autem conſuetudo, quod in communi eſt vſu hæc Iſidorus. Suſcipiamus ergo Catholice lector cum debita, humilitate & obedientia, quod in lege ſcriptũ reperimus videlicet in quatuor euangelijs epiſtolis actibus apoſtolorum Apocalypſi beati Ioãnis & in lege veteri reſpectu moralium præceptorũ & aliorum quæ ſancta Romana eccleſia præcipit recipienda & conſtitutiones Romanorum Pontificum decreta conciliorũ in Spiritu Sancto congregatorũ, & quod ex traditionibus eccleſiæ etiã ſine ſcri-

ſine ſcripto nulla inueſtigata ratione per tantã annorum ſeriem receptum inuenimus, & ſi ſuper intelligentia eorum aliquid hæſitauerimus ad cathedram Petri, tanquam ad certiſsimum oraculũ re- 9
curramus parati eius diffinitionibus obedire, qui per ſe, vel per miniſtros ſuos, id eſt, epiſcopos canonice ordinatos et in cõmunione et obedictia ſedis Apoſtolicę perſeuerantes, ac per alios rectores & doctores ab illa conſtitutos in eccleſia dignabitur de omnibus reſpondere, iſti debent eſſe duces noſtri, & in manibus eorum deducet nos dominus de AEgypto confuſionis ad æterna tabernacula quemadmodum populum Hebręum deduxit ſicut oues in manu Moyſi & Aaron Pſalmo. lxxvj. Ex quo intelliges quantum Deus dilexerit modum ducendi populum ſuum per miniſteria prælatorum, & inter eos vnius ſupremi paſtoris viſibilis quem cæteri reuereantur, vt diximus capite. xj.

## Ex Capite ſequenti.

### SVMMARIVM.

1 Petræ a qua Petrus nomen accepit adhærere debemus, vt ſaxei immobiles, & petroſi.
2 Super eam ſtatuendi ſunt pedes noſtri.
3 In petra exaltari debemus ſuper inimicos noſtros.
4 Petra hæc debet eſſe refugium ſicut hærinatijs, qui extra petram inuenti facile capiuntur.

 5 In Petre

5 In petre huius foraminibus,& in cauerna iſtius maceriæ recondi debemus ſi nolumus decipi ab hæreticis.

6 Contra hæreticos non induamur armis Saul ſed armis Dauid quibus ſuperauit Goliath,hoc eſt tranſmigrantem quales ſunt hæretici educentes petram de pera paſtorali & funda a longe proijcientes,vt infingatur in fronte Goliath.

7 Cum petra iſta acutiſsima circuncidenda ſunt ſuperflua, & præputia cogitationum noſtrarũ ſicut ſephora vxor Moyſi quæ interpretatur placens deo, & circuncidit prẹputiũ ger ſan filij ſui, quod interpretatur aduena ſiue pro fugus quales ſunt hæretici.

8 Hæreticorũ imaginationes non permittas aſcendere in cor tuum nec creſcere, ſed tanquam paruulos allide ad petram hanc ne creſcentes fiãt arbores in quibus volucres aeris, hoc eſt dæmones habitent & nidos faciant.

9 Petram & lapidem hunc ſuperponamus capiti noſtro ſi volumus videre ſcalam Iacob & Angelos deſcendẽtes,& aſcendentes in cœlum, ac dominum innixum ſcalæ, & dicemus hic non eſt aliud niſi domus Dei & porta cœli.

10 Fidei augmentum petendum a domino, & quod adiuuet in credulitatem noſtram ſi naufragium fidei ſentimus.

11 Fidei obſequio captiuans intellectum credendo trinitatem & alios articulos qui humanam excedunt intelligentiam facilius captiuare poteſt in obſequium cathedræ huius.

12 Petra iſti ſanctiſsimæ adhærens comparabitur homini,qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & flauerunt venti, & non cecidit fundata enim erat ſupra petram.

13 Clandeſtina & occulta colloquia in ſpiritualibus, & negotijs fidei fugienda, vide multa in hanc rem adducta.

14 Gregorius XIII. optime ſtatuit, vt etiam confeſsiones ſacramentales audirentur in publicis locis in quibus ſacerdotis & pœnitentis perſonæ viderentur poſtquam audiri ab alijs non poſſunt niſi violato ſigillo confeſsionis.

15 Hæreticorum multitudo, & varietas qui contra eccleſiam Romanam inſurrexerũt confuſa & extincta Romana eccleſia ſemper remanente in ſua autoritate nos debet in eius cathedræ obedientia confirmare.

16 Exem-



16 Exemplum Carbonarij a Pighio relati memorandum eſt ad euadendum laqueos hæreticorum.

17 Cum hæreticis nullatenus diſputandum, quia mori magis volunt quam conuerti quę ſua eſt ſuperbia.

18 Conſilium notandum ſi ſinij lectoris ad diſputandum cum hæreticis, quod dedit in Cõcilio Conſtinopolitano primo.

# Caput. XXIX. De varijs meditationibus quibus muniti poterimus facile conſeruare obedientiam quam Romano Pontifici debemus,& omnibus hæreticorum nequiſsimis telis reſiſtere.

SI SCVTVM ET GAleam adamantinam & firmiſsimam aſſumamus propoſiti huius conſtantiſsimi, nempe obediẽdi paſtori noſtro Romano Pontifici vicario IeſuChri- 1
ſti et ſucceſſori Petri Apoſtolorum principis,nullis hæreticorum erroribus perturbabimur,& ſecura trãquillitate vitam agemus atq; eade cauſa inter alias crederem Petrę parabolam applicatam fuiſſe ad fundamentum eccleſiæ et Petrum cui eccleſia commendata fuit appellatũ petram Matthęi.xvj.& Ioan.j. Cæphas quod eſt vocabulũ ſirum & interpretatur ſaxum teſte Hieronymo lib. de nominibus hebraicis,vt videlicet

 & nos

& nos tanquam adamantini Saxei & petroſi, vt
ita dixerim, huic ſanctę petrę firmiter adhęreamus
tenentes & nullatenus dimittentes eam. Nam ſub
ſcuto & galea huius petrę omnia hæreticorũ tela
& iacula repellemus dicẽtes cum regio Propheta
Pſal. xxxix. expectans expectaui dñm, & intendit
mihi, & exaudiuit preces meas et eduxit me de la=
2 cu miſeriæ, & de luto fecis, & ſtatuit ſupra petram
pedes meos, & direxit greſſus meos, & Pſalmo.
xxvj. Dominus illuminatio mea & ſalus mea quẽ
timebo Dominus protector vitæ meæ a quo tre=
pidabo dũ appropriant ſuper me nocẽtes, & tan=
dem concludit, Abſcondit me in tabernaculo ſuo
3 in petra exaltauit me & nunc exaltauit caput meũ
ſuper inimicos meos. Nam ſi huic petrę Sanctiſsi=
mæ adhęreamus immobiles, tunc caput noſtrum
primarium & fides eius exaltabitur magis. Petra
iſta debet eſſe refugium nobis ſicut hęrinacijs, ſi
forte velit hæreticus decipere nos & ſicut hærina=
4 cios capere, vt Pſalmo. ciij. dicebat Propheta, pe=
tra refugium hærinacijs, de quibus ſcribit Plinius
lib. viij. naturalis hiſtoriæ. c. xxxvij. quod vt me=
lius ſe a venatoribus defendant, habitant in ca=
uernis petrarum, quoniã extra petrã inuenti faci=
le capiuntur. Maneamus ergo nos in cauerna ma
5 ceriæ & in huius ſanctiſsimæ petræ foraminibus
recondamur & nuſquã ab hæreticis decipiemur.
Et ſi contra te venerint in diſputationibus, aut per
ſuaſionibus, in nouitate vitæ et doctrinę in ſermo
nibus


nibus meloſis in dulcibus bñdictionibus in pro=
miſsione falſi nominis ſcientiæ, noli cum eis con=
tendere verbis. Ad nihilũ enim valent, niſi ad ſub=
uerſionem gentium teſte Paulo. ij. ad Timothęũ.
ij. nec in duaris contra eos armis regis Saul, quan= 6
tũcunqꝫ tibi videantur polita fortia & inſuperabi
lia, præſertim ſi ſis puer, vt dicebat Saul ad Dauid,
ſed cape fundã in manu tua, et de pera iſta paſtorali
affer lapidẽ, ſeu petrã atque a lõge cũ funda ꝓijce
lapidẽ iſtũ, qui infigetur in frõte Goliath ꝙ inter=
pretatur tranſmigrãs, quales hæretici iſti ſunt qui
teſte Paulo ad Heb. xiij. doctrinis varijs et peregri
nis abducũtur, ſemper diſcẽtes, et nunquã ad ſciẽ
tiã veritatis perueniẽtes, et qui exprobrãt aciẽ Dei
viuẽtis vt Goliath. j. reg. xvij. Et ne ab ouilis et pa
ſtoris parabola recedamus vide Georg. iij. Verg.
carmẽ ad defendẽdas oues, ait enim cape ſaxa ma
nu cape robora paſtor tollentẽque minas & ſibila
colla tumẽtẽ deijce, vt ſic cũ ſaxo et petra iſta pro
ijciamus tumentes hęreticos, & ſi forte adhuc ſen
ſeris tentationẽ diaboli, qui ſemper vt lupus ouẽ et
leo circuit quærens quẽ deuoret, et ſi cogitationes
aliquæ aſcenderint in cor tuum. Ita vt naufragiũ
in fide ſentire incipias, cum iſta petra acutiſsima
circũcide pręputia et ſuperflua cogitationũ tuarũ
ſicuti fecit ſephora vxor Moyſi (quæ interpreta= 7
tur placẽs Deo vt eſt eccleſia) filio ſuo Gerſan, qui
interpretatur aduena, ſiue profugus, vt Goliath
trãſmigrãs oẽs enĩ iſti termini cõueniũt hęreticis
 quia

quia ſunt diuiſi & ſeparati ab alijs eligentes nouas
opiniones, vt per Hieronymũ in c. hæreſis. & per
Aug. in can. hereticus. xxiiij. q. ij. hiſtoriam hanc
ſephoræ habes Exodi. iiij. & cogitatus iſtos tan=
quam paruulos antequam creſcãt allide ad petrã
iſtam dicens cum regio Propheta Pſalm. cxxxvj.
Filia Babylonis, hoc eſt cõfuſionis miſera beatus
qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram, vt
beatus Gregorius ad obuiandum generaliter om
nibus peccatis ponderabat verſum illum. Pſa. vj.
Neque enim permittas creſcere paruulos iſtos in
corde tuo, vt herbulas & ramulos, quia poſtea ere
cti in arbores difficilius eradicabũtur & in illis vo
lucres aeris, id eſt, dęmones nidos ſuos conſtituẽt
in tuam ipſius perditionẽ, & hæreſes quæ vt plu=
rimũ a vẽto vanæ gloriæ proficiſcuntur teſte Au
guſtino in cap. hæreticus. xxiiij. q. ij. ſi a principio
non ſuffocentur procreant ibidem obſtinatos
hæreſiarchas qui paruulos & ſimplices, vt pullu=
los decipiant. Etſi volumus videre ſicut Iacob ſca
lam, per quam Angeli deſcendũt & aſcendunt ad
cælũ & Dñm innixũ ſcalæ ſuperponamus capiti
9 nr̃o lapidẽ et petrã hãc ſanctiſsimã et erigamus eã
in titulũ, & caput nr̃m dicemuſq; ſtatim & confi=
tebimur cũ Iacob, vere nõ eſt hic aliud niſi domus
Dei & porta cæli Gen. xxviij. nã certe extra iſtam
domũ non eſt ſalus, nec niſi per hanc portã & ſca
lam patet aditus aut introitus aliquis ad cælum ſi=
cut ſatis ſupra declaratum fuit. cap. ij.

Etſi etiam



Etſi etiam tentationem dubiorum creſcere vi= 10
deas, conuertere ad dominum & ſuppliciter exo=
rando dic cum Apoſtolis Lucæ. xvij. domine ad
auge nobis fidem, et cum patre illius hominis, quẽ
Chriſtus a Dęmonio liberauerat Marci. ix. qui in
terrogatus a Chriſto an crederet. Credo domine
ait adiuua incredulitatem meam trãſumptiue per
Gregorium in can. cum ſancta. de pœnit. diſt. ij. et
cum beato Thoma in hymno de corpore Chriſti
& ſi ſenſus deficit ad firmandum cor ſincerum ſo=
la fides ſufficit pręſtet fides ſupplementum ſen=
ſuũ defectui, nam crede orationum frequentiam
eſſe optimum colliriũ ad curandas hæreſes & tol=
lendas eccleſię perſequutiones, vt ex Actibus apo
ſtolicis cap. ix. colligitur vbi timenti ananiæ ire ad
Saulum, qui perſequebatur eccleſiam Dñs dixit, 11
quaſi in ſignum fidele & certum cõuerſionis pau
li quære ſaulum, ecce enim orat. Sacramẽta etiam
confeſsionis vocalis et Euchariſtię in qua eſt verũ
corpus et verus Chriſti ſanguis frequenta, vt effu
gias luporũ & hæreticorum inſidias, quia vt a pa
rabola ouiũ & Ouilis noſtri ſummamus argumẽ
tum ad hoc propoſitum, teſte Alberto & alijs de
animalium hiſtorijs loquentibus, ſi oues & ouilia
ſeuo, aut ſanguine Leonis liquefacto & deſtillato
frequentius inungantur nunquã accedẽt lupi aut
alia rapacia. Tu igitur catholice vngete ſepe ſępius
ſanguine Leonis qui vicit de tribu Iuda: vt ſic lu
pi rapaces effugiãt qui venire ſolent in veſtimẽtis

Z 5 ouiũ

ouiũ vt chriſtus ipſe nos admonuit. Cõſidera etiã
& ratiocinare in lumine naturali, ꝙ qui captiuat
intellectũ in obſequium fidei credendo prout cre
dere debet trinitatẽ reſurrectionẽ mortuorum, &
alios articulos omnem prorſus intelligentiam hu
manam excedentes facilius profecto poterit capti
uare intellectum ſuum in obſequiũ & obedientiã
cathedræ Petri & huius ſanctiſsimi ꝑ Chriſto vi
carij cũ primatus iſte in tam apertis & neceſſarijs
iuris & rationis naturalis principijs conſtituatur,
vt ſupra concluſimus, iſta eſt petra dulcis de qua
dicitur. Pſal. lxxx. cibauit eos ex adipe frumenti &
de petra melle ſaturauit eos, & de qua bibunt oẽs
fideles. j. Corin. x. De iſta petra profluunt ſtagna
aquarũ in oẽs regiones, id eſt, Epiſcopi Dei & A-
poſtolicæ ſedis gratia per diuerſa loca creati iuxta
illud. Pſal. cxij. Qui cõuertit petrã in ſtagna aqua-
rum et rupẽ in fontes aquarũ. Nã vt ait Anacletus
Papa in c. In nouo. xxj. diſt. Petrus fuit princeps
Apoſtolorũ cæteri vero apoſtoli, qui eũ in princi
pẽ eorũ voluerũt diſperſi in toto orbe terrarũ præ
dicauerũt euãgeliũ. Et quia adhuc meſsis erat mul
ta operarij vero pauci rogauerũt Dñm meſsis vt
mitteret operarios plures in meſſem ſuã, vnde ele
cti ſunt ſeptuaginta duo diſcipuli, quorum typũ
gerunt presbyteri, qui in eccleſia ſunt cõſtituti. Si
12 ſupradicta ſeruaueris aſsimilaberis viro ſapienti,
qui ędificauit domum ſuam ſupra petram, & de-
ſcendit pluuia & venerunt flumina & flauerunt
venti &



venti & irruerunt in domũ illã & non cecidit fun
data enim erat ſupra petrã Matth. vij. quia funda
tus in hac petra nõ cadet a fide, nec in hęreſim pro
labetur. Efficiamur etiam agni obedientiſsimi ec
cleſiæ ſicut & paſtor noſter primarius Chriſtus fa
ctus eſt pro nobis agnus manſuetus qui portatur
ad victimã Hier. xj. ſic enim, & nos agnos appel-
lat ipſe verus agnus dicens ad Petrũ, Paſce agnos
meos, de quibus agnis ſcribũt naturales, quod ſta
tim vt ſunt in lucẽ ſuſcepti agnoſcunt matres ſuas
& circum eas concurſant cũ homo ſero parentes
ſuos agnoſcat teſte AEliano et ideo Iſidorus et Al
bertus dicunt agnũ appellari ab agnoſcendo, quia
prę cęteris animalibus citius agnoſcit matrẽ & li-
cet in magno grege aberret ſtatim balatu illam a-
gnoſcit, vnde eleganter Ambroſius lib. vj. exame.
c. iiij. ad propoſitũ agnus ſimpliciſsimus cũ a ma-
tre quandoq; aberrat frequenter eã balatu abſen-
tẽ excitat & licet in multis millibus ouiũ verſetur
recognoſcit vocẽ parentis & feſtinat ad eã, nam
quãuis cibi & potus deſiderio teneatur trãſcurrit
tñ aliena vbera licet grauida humore lactis exun-
dẽt ſoliuſq; materni lactis fontes requirit. Quorũ
agnorũ ſi ſimplicitatẽ & nos ſimpliciſsimi obſer-
uaremus nulla vbera niſi matris nr̃æ eccleſiæ Ro-
manæ requireremus. Nã teſte Cypriano, qui non
habet eccleſiã in matrẽ Deũ in patrẽ nõ agnoſcit,
& hęc eſt mater nr̃a quæ teſte Aug. in c. mater. de
conſecra. d. iiij. os maternũ præbet paruulis.
Attenda-

Attendamus etiam & fugiamus ab illis qui clãde-
ſtine, & in occulto nobis volũt in his ſpiritualibus
aliquid perſuadere veniẽtes extrinſecus in veſtibus
ouiũ & ſermonibus meloſis. Chriſtus enim & ſui
miniſtri palam loquuti ſunt vt ipſe dicebat Ioan.
xviij. Ego palam loquutus ſum mundo ego ſem-
per docui in ſynagoga, & in tẽplo, quo omnes Iu-
dæi conueniunt, et in occulto loquutus ſum nihil,
quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt,
quid loquutus ſum ipſis? Ecce hi ſciunt quid dixe
rim ego. Pondera, obſecro catholice lector, quãta
exaggeratione verborũ profitetur & conteſtatur
ſe palã, & nõ in occulto loquutũ. Magos etiã quę-
rentes regẽ Iudęorũ in Iudęa, rẽ ſane durã auditui
Herodis regis, nõ ad vicos ſecretos, nec ſtatim ad
eãdẽ Bethleẽ, ſed ad Hieruſalẽ metropolim Iudęo
rum qualis eſt apud nos Roma, cælorũ ſtella per-
duxit, vt ibi prius per principes ſacerdotũ inquiſi
tio magorum examinaretur Matth. ij. & Paulus
Act. xxvj. ad regẽ agrippã purgans ſe dicebat, la-
tere nihil horũ arbitror, neq; em̃ in angulo quic-
quã horũ geſtũ eſt. Clandeſtinas ergo doctrinas,
& prędicationes ſecretas prędertim in ijs, quæ ad
fidẽ pertinẽt euitemus, ex hoc ſolũ ꝙ clanculũ per
ſuadẽtur veniãt prius iſti nouitatũ ſeminatores ad
nr̃am metropolim, quæ Roma eſt, et ibi quæ de
nouo ferunt conferãt cũ Ieſu Chriſti vicario, pro
quo Chriſtus rogauit, vt non deficiat fides eius,
14 nã ibi de omnibus quæ imaginantur nouitatibus
reſpon-



reſpondebitur. Et ideo Sãctiſsimus Dominus no
ſter Gregorius Papa. xiij. merito præcepit, vt etiã
confeſsiones ſacramentales, quæ plus omnibus ſe
cretum expoſtulant, non in latibulis audirentur,
ſed in locis in quibus & confeſſoris & pœnitentis
perſonæ viderentur in publico & ſolo verborum
ſecreto reſeruato, quando ſuper eo aliud ſtatui
non poterat, niſi violato ſigillo confeſsionis. Vt
ſcilicet videantur & non audiantur, ex quibus in-
telliges quantum eccleſia clandeſtina conciliabula
deteſtetur.

Contemplemur etiam fratres dilectiſsimi, quot
hæretici diuerſis temporibus aduerſus hanc ſan-
ctam Petri Cathedram ſurrexerunt Nicolaitæ, E- 15
bionitę, Arrij. Neſtorij & ſimiles, quos etiam eru-
beſcimus nominare. vide in can. quidem. xxiij. q.
iiij. & tamen præualere aduerſus eam non potue-
runt, ſed nec vllus illorum remanſit, ſic vt cathe-
dra ipſa poſsit dicere cum Propheta Pſal. cxxviij.
ſæpe expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim
non potuerunt mihi vt diximus cap. vj. 16

Commẽdemus memoriæ, & nunquam exci-
dat ab illa exẽplum illius Carbonarij ruſtici quẽ re
fert Pighius, lib. j. c. v. ſuæ eccleſiaſticę Hierarchię.
Cum enim eximius quidam ſacrarum literarum
profeſſor ſimpliciſsimum quendam hominẽ Car
bonariũ interrogaret quid crederet, quaſi circulo
quodam reſpondebat homo ille non iam quidem
ſimplex, ſed ſapiens, dicens ſe credere, quod ec-
cleſia

cleſiaRomana credebat,& percõtatus, quid eccle
ſia crederet rurſum reſpõdebat, ꝙ ego credo. Nec
ab hoc circulo vnquã potuit remoueri. Theolo=
gus autẽ poſtea ex graui infirmitate recũbẽs & in
vitæ periculũ incidens ſuggeſtu Sathanæ de fide
tẽtabatur morti propinquus, ſed recordatus tutiſ
ſimæ anchorę illius Carbonarij, nec ſe aliter valẽs
eripere a fortiſsima tentatione veluti ad ſecuriſsi=
mũ portũ confugit clara voce dicens ſolũ modo
verba hæc et ea frequẽtiſsimæ repetẽs vti Carbo=
narius, quẽ audientes & ea dumtaxat verba com
prehendentes vti Carbonarius, ob grauitatẽ mor
bi delirare ex phreneſi crediderunt quem poſtea
conualeſcentem interrogarunt amici quare in il=
lo agone ſuo, ita frequenter repetierit verba illa
toties vti Carbonarius quibus ipſe ordine rem
explicauit, vt intelligas Chriſtiane lector, qui pi=
ſcatores elegit & non doctores, & qui abſcondit
a ſapientibus quæ reuelat paruulis ipſum eſſe qui
Carbonarium fecit præceptorem Eximij Theo=
logi in vltimo vitæ diſcriminæ. Humilitate ergo
& obedientia agendum eſt in negotijs fidei non
ſophiſmatis, nec ſubtilibus argumentis, & pro=
pterea cum hęreticis nullatenus eſt diſputandum,
quia vt Tertullianus ait de pręſcriptionibus hæ=
17 reticorũ, huiuſmodi diſputationibus non modo
non conuertuntur hæretici, ſed audaciores red=
duntur & in ipſo congreſſu firmos fatigant, infir=
mos capiunt medios autem cum ſcrupulo dimit=

tunt.



tunt. Et eleganter Bernardus ſuper canticis. Hæ=
retici non conuertuntur rationibus, quia non in=
telligunt neque autoritatibus corriguntur, quia
non recipiunt neq; flectũtur ſuaſionibus, quia ſub
uerſi ſunt, mori magis volunt quam cõuerti, quia
eorum finis interitus, & ita diſputatio cum hære=
ticis prohibetur cap. ij. §. primo. de hæreticis. libro
vj. & in leg. iij. C. de ſum. trin. & fide cath. & pul=
chre in. xiiij. Concilio Toletano, quæ diuina ſunt
non ſunt diſcutienda, ſed credenda. Non enim
Deus diſcutere ſe iubet, ſed credere refert Siman=
cas cap. xix. de diſputatione. Credamus, ergo non
ſenſibus noſtris, ſed dogmatibus antiquorum et
Chryſoſtomus in homilia. xxiiij. dominicæ. xviij.
dicebat, audi homo fidelis, qui contra hæreticum
libenter cõtendis, ſi Phariſæi placati ſunt, & tu cer
tãdo contra hęreticũ potes eũ placare ſi eũ viceris,
ſi autẽ Phariſæi victi quidẽ ſunt placati autẽ non
ſunt, quomodo poteris tu placare eos quũ viceris,
nũquid Chriſto fortior es tu, vt quos ille nõ placa
uit tu Places & Origenes homi. xxiij. ſuper Mat=
theũ ꝓpriũ eſt Saduceorũ et mẽdaciũ tacere, nã et
ſi obtumeſcant quantũ ad rẽ, nõ tamen tacent, nec
ea, quæ ſemel deciſſa ſunt debẽt in diſputationẽ re
uocari, vt per Gelaſiũ Papã in can. Achatius & in
can. maiores. xxiiij. q. j. vt & Paulus ad Titũ. iij. c.
admonebat dicens, hæreticũ hominẽ, poſt vnam
& alterã correptionẽ deuita & propterea Martia
nus Imperator dicebat in c. nos ad fidẽ. xcvj. diſt.

nos ad

nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam exẽplo religioſiſsimi principis Conſtantini Synodo intereſſe volumus, vt veritate inuenta non vltra multitudo prauis doctrinis attra=
18 cta diſcordet, vnde ſiſinnius lector in prima Synodo Conſtantinopolitana ſuaſit ne cum hæreticis aliter diſputatio ſuſciperetur niſi prius interrogarentur an admitterent eos ſacrorum oraculorũ interpretes qui prius in eccleſia extiterãt antequã in eccleſijs orta fuiſſet diſſenſio, quia ſi illorũ ſentẽtias reijcerent tũc fore dixit, vt eos factionis ſuæ populares reijcerẽt quoque. Si vero illos idoneos ad controuerſiarum deciſionem putabant ſtatim illorum libri in medium proferri deberent, & non aliter cum eis diſputandum eſſe. Et quo magis ſeruetur Ouile denuntiandi ſunt hæretici etiam occulti Dominis Inquiſitoribus hęreticę prauitatis, vt ex multis probat dominus Epiſcopus Simãcas in Catholi. inſtitu. titulo. xix. quod etiam ex autoritatibus Philoſophorũ comprobat cui adde verba Hieronymi ad propoſitum Ouilis noſtri in c. reſecandæ. xxiiij. q. iij. vbi ait re ſecundæ ſunt putride carnes & ſcabioſa ouis acaulis repellenda eſt, ne tota domus Maſſa corpus & pecora ardeant corrumpantur putreſcant & intereant Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſtatim oppreſſus fuit per totum orbem eius flamma populata eſt, facit etiã illud Iuuenalis ſicut grex totus in aruis vnius ſcabie cadit & prurigine porci vna=



ci vuaque contacta liuorem ducit ab vua. Et Ouidius primo Metamorphoſeos, ſed immedicabile vulnus enſe recidẽdũ eſt, ne pars ſincera trahatur denuntiandi ſunt ergo hæretici, quia vt dicebat Bernardus eleganter ad propoſitum noſtræ vnitatis epiſtola. cij. melius eſt, quod pereat vnus quam vnitas. Et hæc denuntiatio fieri debet nulla forma correctionis fraternæ pręcedente, neque autoritas illa euãgelij ſi peccauerit in te frater tuus &c. ad peccatum hæreſis refertur, vt probat Simancas ibi numero. x. cum ſequentibus licet corrigendus videatur ſanabilis & corrigens vir magnæ autoritatis, et illud Pauli hæreticum hominem, poſt vnam et alteram correctionem deuita non particulari homini ſcribitur, ſed Tito Epiſcopo cui ex officio incumbit ſemel, et bis corrigere cæteri ergo particulares ſtatim quo ſciunt aliquẽ hæreticum debent eum denuntiare dominis inquiſitoribus, ad quos ſpectat corrigere & obſtinatos punire.

Ex Capite ſequenti.

## SVMMARIVM.

1 Fidelibus multum nocuit quoad fidei iacturam vitiorum in ordinatus appetitus.

2 Salomon immoderato vſu mulierum ad hoc vſque perductus eſt vt Idolis templa fabricaret & qui prius templũ Deo conſtruxerat aſsiduitate libidinis & perfidiæ dolis tem-

plum conſtruxit.

3 Salomon amabilis Deo & cui Deus bis frurat reuelatus quia amator mulierum fuerat a Dei amore receſsit.

4 Populus Iſrael poſt tot beneficia de manu Domini ſuſcepta in exitu ſuo de AEgypto & Moyſe cauſas eorum agente cũ Deo in monte vitulum adorauit nec datur altera ratio per Aaron niſi quia pronus erat ad malum.

5 Luxuria auaritia negotiatio fictis verbis dominationis contemptus ſuperbia vanitatis & promiſsio falſæ libertatis ex epiſtolis Petri & Pauli Introducunt hæreſum & ſectarum confuſionem.

6 Operum bonorum exercitatio neceſſaria ad conſeruandam fidem.

7 Cupiditas hypocriſis mendacium & cauteri zata conſcientia faciunt ab errare a fide ex eodem Paulo.

8 Ebrietas crapula & venter ſimiliter ex Chriſto & Paulo inducunt in hęreſes.

9 Hæreticus eſt qui alicuius temporalis commodi & maxime vanæ gloriæ principatuſque ſui gratia falſas ac nouas opiniones vel gigiut vel ſequitur.

10 Hæreſim ſi volumus euitare vitemus peccata ſeu ſaltem frequentationem eorum & ſuper ea non cadat ſol.

11 Superabundante ſtrage delictorum temporibus noſtris curemus vt ex aduerſo abundet iuſtitia & gratia Dei & frequentatio bonorum operum tanquam potentior excludat frequentationem malorum.

12 Ciuitas penates & regimen illud ſtabit vbi minimum viriũ cupido veneris & pecunię ſibi vendicauerint & nulla res publica felix ſtantibus menibus & ruentibus moribus.

13 Doctrinarum exercitia vbi ceſſant vbi nullum diſcrimen inter doctos & indoctos vbi nullus virtuti locus vbi nulla ſtudiorum ratio habetur ibi rerum omnium confuſio dominatur.

14 Experientia iſta rerum magiſtra quæ temporibus noſtris habetur ſatis prędicat & in vicinis plateis dat vocem ſuam vt ſaltem abſtineamus a vitijs publicis & ſcandalum generantibus, vt quæ fragilitate patrantur nulla obſtinatione nutriantur.

15 Nouita-



15 Nouitates fugiendæ vide de hoc multaque forſan legiſſe non pœnitebit.

16 Epilogus operis in quo vnitatem & obedientiam Romani Pontificis exhortando concludit.

# Caput. XXX. In quo proſequendo materiam capitis præcedentis oſtendit ad conſeruandum fidem, & obedientiam Eccleſiæ Romanæ oportere, vt a vitijs, & a nouitatum inuentoribus abſtineamus.

QVANTAM FIDELIbus in fide iacturam fecerit vitiorum in ordinatus appetitus
multis Sacræ Scripturæ autoritatibus comprobari poteſt, 1
ſed mihi vt verum fatear nullum exemplum horribilius occurrere poteſt, quam illud Salomonis regis ſa=
pientiſsimi, quia more mulierum alienigenarum 2
Idolis templa conſtruxit. iij. Regum. xj. & ſecundo, Paralipomenon. ij. de quo beatus Gregorius in cap. Salamõ. xxxij. quę. iiij. ſic ait Salomon immoderato vſu atque aſsiduitate mulierum, ad hoc vſque perductus eſt, vt tẽplum Idolis fabricaret, et qui prius templum conſtruxerat Deo, aſsiduitate libidinis & perfidiæ ſubtractus Idolis templa

Aa 2 conſtruc=

conſtruere non timuit. Similiter & Hieronymus
contra Iouinianum in cano. ſi enim. §. Salomoni.
de pœnit. diſtin. ij. inquit Salomon amabilis Do=
mino, & cui Deus bis fuerat reuelatus, quia ama=
tor mulierum fuerat, à Dei amore receſsit. Hor=
rendum quidem videri debet omnibus qui lege=
rint hiſtoriam, & ſapientiam Salomonis, & ſu=
pra quam dici poteſt deterrere eos, vt a ſimilibus
vitijs abſtineant ſi fidem conſeruare voluerint. Si
militer, & de filijs Iſrael legitur, Exodi. xxxij. qui
poſt tã immenſa beneficia de manu Dñi ſuſce=
pta in exitu ſuo de AEgypto, & moram faciente
4 Moyſe in monte, vbi cum Domino loquebatur
cauſas eorum agendo fecerunt vitulum et eum a=
dorauerunt. Et cum poſtea deſcendiſſet & inqui=
5 reret occaſionem Idolatriæ illius ab Aarone re=
ſpondit Aaron. Tu noſti populum illum, quod
pronus ſit ad malum. Fugiamus ergo malum, vel
ad minus promptam malorũ executionem ne in
fide pereclitemur Petrus etiam ſecundo capite ſuę
ſecundę canonicę ſic ait, fuerunt pſeudo Prophe=
tæ in populo ſicut & in vobis erunt magiſtri men
daces, qui introducent ſectas perditionis, & mul=
ti ſequentur eorum luxurias, per quos via virtutis
6 blaſphemabitur, & in auaritia de vobis fictis ver=
bis negotiabuntur. Et paulo inferius nouit Deus
pios de tentatione eripere iniquos vero in diem
iudicij reſeruare cruciandos, magis autem eos,
qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ
ambulant,



ambulant, dominationemque contemnunt au=
daces ſibi placentes ſectas non metuunt introdu=
cere. Et inferius quaſi ad finem illius capitis ad=
dit, ſuperbia enim vanitatis loquentes pelliciunt
in deſiderijs carnis eos qui paululum effugiunt,
qui in errore conuerſati libertatem illis promitten
tes, &c. Vide obſecro, quam bene beatus Petrus
hæreticos noſtri temporis, vel digito oſtendat,
nempe luxuriæ carni & auaritiæ deditos domina
tionem contemnentes & falſam libertatem pro=
mittentes, vt nos fugiamus luxuriam auaritiam,
& cætera vitia quantum fieri poſsit, & dominatio
ni ſubijciamur falſas iſtas promiſsiones liberta=
tum deteſtantes.

Quod etiam Paulus in ſecundo capite, epiſto= 7
læ ad Titum confirmat dicens, admone illos prin
cipibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe dicto obe=
dire, &c. vbi proſequitur exhortationem ad bo=
na opera, & tandem concludit, vt curent bonis o=
peribus præeſſe qui credunt Deo, ſentiens neceſ=
ſariam bonorum operum exercitationem ad iſtã
Dei credulitatem conſeruandam. Et Paulus pri=
mæ ad Timothæum. vj. inquit, Radix omnium
malorum eſt cupiditas, quam quidam appeten=
tes errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus
multis, ecce hic cupiditatem in ordinatam bono=
rum temporalium eſſe cauſam errandi a fide, &
primæ ad Timothæum. iiij. In nouiſsimis tempo
ris diſcedent quidam a fide attendentes ſpiritibus

 erroris

erroris & doctrinis Dæmoniorum in hypocriſi
loquentium mendacium & cauterizatam haben=
tium ſuam conſcientiam, ecce hypocriſim menda
cium, & duplicitatem conſcientiæ (quantã tem=
poribus noſtris experimur) operari amiſsionẽ fi=
dei. Taceo illos quorum Deus venter eſt & gloria
in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt ad Phi
8 lippenſes. iij. Et Chriſtus Lucæ. xxj. poſtquam
diſcipulis ſuis prænuntiauerit Pſeudo Prophetas,
& hæreticos futuros ac multa ſcandala quæ ven=
tura erant ſtatim in eodem capite dicit, Attendi=
te autem vobis, ne forte grauentur corda veſtra
crapula & æbrietate, et vigilate omni tẽpore oran
tes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, fugia=
mus quoq; auaritiã quæ eſt idolorum ſeruitus, ad
Epheſios. v. tranſumptiue in c. auaritiæ. de præb.

9 Propterea beatus Auguſtinus aſsignãs diffi=
nitionem hæretici, quæ ſolet proprietates diffiniti
explicare, ſit ait in capite hæreticus vigeſima quar=
ta. quæſt. iij. hæreticus eſt, qui alicuius temporalis
commodi, & maxime vanæ gloriæ principatuſ=
que ſui gratia falſas ac nouas opiniones, vel gignit,
vel ſequitur. Vitemus ergo peccata & terrena cõ=
tagia quantum fieri poſsit, ſi ſcandala hæreſum
volumus euitare, etſi forte per fragilitatem no=
ſtra quę multa eſt peccauerimus, ſol non cadat ſu=
10 per delicta noſtra delendo ea per pœnitentiam
contritionem, confeſsionem vocalem ſatisfactio=
nem, ſacramentorum dignam frequentationem
ac bono=

ac bonorum operum exercitationem, vt tot ma=
lis graſſantibus, & abundante delictorum ſtrage 11
abundet etiam iuſtitia et gratia Dei, vt ſic bono=
rum frequentatio frequentationem malorum tã=
quam potentior abſorbeat & expellat. Videa=
mus & examinemus conſcientias noſtras quoti=
die ſuper delictis eo die commiſsis, vt poeta Vir=
gilius Ethinicus, et Gentilis in carmine illo vir bo
nus aduertit. Nam inter cętera quę viro bono ſen
ſit conuenire ſic ait, iudex ipſe ſui totum ſe explo=
rat ad vnguem, non prius indulcem declinat lu=
mina ſomnum omnia quam longi reputauerit a=
cta diei hæc Virgilius, vide etiam quid Cato di=
xerit ad Romanos teſte Saluſtio in catilinario,
quod etiam reaſſumit Auguſtinus libro quinto,
de ciuitate Dei capite vigeſimo quarto, nolite in=
quit eſtimare maiores noſtros armis Rempubli=
cam ex parua magnam fæciſſe, ſi ita eſſet multo
pulcherrimam nos haberemus, quippe ſocio=
rum atque ciuium armorum, & equorum ma=
ior copia nobis quam illis eſt, ſed alia fuerunt
quę illos magnos fecerunt quę nobis nulla ſunt,
ſcilicet domi induſtria foris iuſtum imperium,
animus in conſulendo liber neque delicto, neque
libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxu=
riam atque auaritiam, publicam ęgeſtatem pri=
uatamque opulentiam laudamus & diuitias ſe=
quimur inertiã, inter bonos ſimiliter homines &
malos diſcrimen nullum, omnia virtutis præmia
Aa 4 ambitio

ambitio poſsidet ideo ruunt omnia. Hæc ſunt
verba Catonis gentilis, prudens lector iudicet an
de noſtris hæc poſsint dici temporibus, & Vale=
rius maximus lib. iiij. de abſtinentia & continen=
tia loquẽs de geſtis Fabricij, ait vrbs Tarãtina, quę
voluptati plurimum tribuit imperium maximum
amiſit, et eodem libro quarto, quia hi demum pœ
nates (quod ſignificat ſuos falſos, ac patrios deos)
ea ciuitas, id regimen æterno in gradu facile ſte=
12 terit, vbi minimum virium veneris pecunięque
Cupido ſibi vendicauerit, & ſcipio relatus ab Au
guſtino libro primo, cap. xxxiij. de ciuitate Dei
dicebat nullam cenſeri fœlicem rem publicã ſtan=
tibus mænibus, & ruentibus moribus ad quod
etiam poteſt adduci illud Pſalmi. cxliij. oues eo=
rum fœtoſæ abundantes in egreſsibus ſuis, boues
eorum craſſe non eſt ruina maceriæ, neque tranſi=
tus, neque clamor in plateis eorum beatum dixe=
runt populum cui hæc ſunt, ſed Dauid aliter ſen=
tiens beatus inquit, populus cuius dominis Deus
eius, & Poggius Florentinus in epiſtola ad Ni=
colaum quintum Pontificem maximum contra
13 literarum ignaros dicebat, vbi doctrinarum ceſ=
ſant exercitia, vbi nullum inter doctos atque i=
gnaros diſcrimen viget, vbi nullus virtuti locus,
nulla ſtudiorum ratio habetur, vitia ibi regnent
torpeſcant ingenia, principatus & regna deſciſcãt
rerumque omnium dominetur confuſio neceſſe
eſt. Sed quid de moribus ego peccator prædi=
co, nonne



co, nonne ſatis vicinorum noſtrorum in hęreſim
prolapſorum propter ſimilia nos docet multitu=
do? nonne plus oculis noſtris cernimus hoc
quam in codicibus legamus, vt verbis Gregorij
vtar in homilia ſuper dominica prima aduentus?
nõne ſatis magiſtra rerũ prædicat experientia, & 14
in vicinis plateis dat vocem ſuam. Abſtinendũ er
go eſt a vitijs præſertim publicis & ſcandalum ge
nerantibus, vt quæ fragilitate patrãtur, nulla pror
ſus obſtinatione, nec falſa cõfidentia nutriantur.
Vitãdi ſunt etiam nouitatum inuentores iuxta il=
lud Pauli primæ, ad Timothęum. vj. prophanas
vocum nouitates deuitans, & Plato lib. vj. de legi=
bus dicebat omnibus perſpicuum eſt, neminem
leges nouas facile ſuſcepturum, legibus antiquis
vtendum eſt, in quibus nihil vnquam ſponte mo
uebunt, ſi qua vero neceſsitas aliquando vigere vi
debitur, de hoc vna conſulentur magiſtratus om
nes & populus vniuerſus. Et omnia deorum pe=
tantur oracula, ſi horum omniũ vnus erit conſen
ſus moueant, aliter vero nunquam, ſed vnus qui
prohibeat, vincat, ad quod etiã videtur facere, ꝙ
apud nos dicebat Innocentius in cap. veniens. nu.
xxj. de præſcriptio. Quod licet ad cõdendas leges
ſufficiat conſenſus maioris partis vniuerſitatis ta=
men ad conſeruandas iam factas, vel non abro=
gandas conſuetudines antiquas ſufficit vnius con
tradictio. Et ad propoſitum reuertendo, idem
Plato libro ſeptimo, de legibus dicebat, mutatio=
Aa 5 nem in

nem in omnibus rebus præterquam in malis eſſe periculoſiſsimam omnes enim eas leges colunt, & innouare formidant in quibus educati ſunt, & Plutarchus libro Politicorum ad Traianum dicit, nouis legibus ingenia moderari velle non modo non facile,ſed neq; omnino tutũ eſſe,quod Plinius breuioribus verbis complexus. lib. xxiiij. naturalis hiſtoriæ, capite decimo, anceps, inquit & lubricum eſt rerum omnium nouarum principium,& Ariſtoteles libro ſecũdo.Politicorum. vj. dicebat. Satius eſſe interdum aliquid a maioribus, non omnino optime conſtitutum tolerare, quam quod multarum ætatum vſu receptum, & comprobatum fuit tollere, quaſi iniquum vniuerſæ ciuitatis otium atque pacem perturbãdo, aut eam in aliquod ſeditionis diſcrimen adducendo, vnde apud locros qui legis mutationem ſuadebat, laqueo collo circumducto id faciebat, vt ſi mutatio legis placeret liberaretur ſin minus ſtatim contracto laqueo ſtrangularetur, prout refert Simancas capit. xxxj. & apud Romanos legimus cautum, ne aliquis nouum Deum venerari poſſet, niſi prius cauſa venerationis examinata ſenatus illum approbaret, & in Deum reciperet, & apud nos Vlpianus in leg. ij. ff. de conſtitut. Principum dixit. In rebus nouis conſtituendis euidens vtilitas eſſe debet, vt recedatur ab eo, quod diu ęquũ viſum eſt. Et plerumque diſcordiam pariunt nouitates, vt in c. cum conſuetudinis. de conſuetud. & can. quis neſciat. xj. diſt. vnde beatus Cyrillus, in epiſtola ad Neſtorium nouitatem ſeminarium hæreſum appellauit.



Et natura noſtra quæ prona eſt, ad malum capite omnis ætas. xij. quęſt. j. nouas ſemper de properat edere formas. l. ij. §. Sed quia diuinæ, codice de veteri iure enucleando. & humanę naturę multę ſunt nouitates dicebat text. in. §. ſi quis ſanæ. in authen. quib. mod. naturales effician. legi. coll. vj. & inde, prout dicebat. gl. notab. in prœmio Gregoriano verbo noua litigia naſcuntur lites, & tot opinionum diuerſitates, vt eleganter dixerit text. in c. quia diuerſitatem. de cõceſsio. pręben. quod diuerſitatem corporum Sæpe ſequitur diuerſitas animorum & Perſius.

Millæ hominum ſpecies & rerum diſcolor vſus
Et Virgilius,
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Deteſtanda eſt ergo nouitas omnis, quia ex hoc ſolum, quod eſt nouitas videtur contraria veritati iuxta expoſitionem nouitatis & latino, & Hiſpano ſermone receptam, dicitur namque nouitas quaſi non veritas, & nouedad quaſi, no verdad. ſequamur vetuſtatem, quæ teſtis veritatis interpretatur, iuxta illud Ouidij faſtorum. iiij. Pro magno teſte vetuſtas creditur, & idem lib. primo Metamorphoſeos.

Saxa (quis hoc credet niſi ſit proteſte vetuſtas)
Ponere duritiam cæpere.

Et Virgilius loquens de obſeruatione ſuæ falſæ Idolorum, ac templorum culture vetuſtatem citat in teſtem dicens lib. ij. Eneidos.

Eſt vrbe egreſsis tumulus templumq; vetuſtum
Deſerte cereris iuxtaque antiqua cupreſſus.
Religione patrum multos ſeruata per annos.

Vbi religionem patrum & multorum annorum obſeruationem ponderabat gentilis. Sic etiam & perfidi Phariſæi. Matthæi. xv. Chriſti diſcipulos increpabant, quod non cuſtodirent præcepta, & traditiones ſeniorum, nec propterea reprehenſi fuerunt a Chriſto, ſed quia propter malas ipſorum Phariſęorum traditiones tranſgrediebantur præceptum diuinum, & naturale de parentibus honorandis, & textus apud nos in leg. teſtamenta omnia. C. de teſtamentis. fideliſsimam appellauit vetuſtatem dicens. Mos namque fideliſsimæ vetuſtatis eſt retinendus, cui conſonat illud Eſaiæ cogitationes antiquas fideles Amen & in §. illud. in auth. de appellat. collat. quarta. ſimiliter & in cap. anteriorum. §. illud. ij. quæſt. vj. legitur illud diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, nouitas autem neglexit, quia veneranda eſt vetuſtatis authoritas, & in leg. ij. §. quæ omnia. codice, de veteri iure Enuclean. dicit legiſlator. Tanta autem nobis antiquitati eſt habita reuerentia, vt eam obliuioni tradere nullo modo patiamur, & in capit. quanto. de tranſlat. Epiſcopi, ait textus, ſicut teſtatur antiquitas, cui decreta patrum ſanxerunt reuerētiam exhibendam & in capite, cōtra ſtatuta. vigeſima quinta. queſtione prima, dicit textus contra ſtatuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius ſedis poteſt autoritas, apud nos enim in conuulſis radicibus viuat antiquitas, cui decreta patrum ſanxere reuerentiam. Vide in. d. cauſa et quæſtione multos textus in eā rem, & in cap. conqueſtus. ix. quæſt. iij. & Auguſtinus, libro decimo de ciuitate Dei cap. vigeſimo tertio dicebat, neque nouis legibus de religione loquendum eſt, ne verborum licentia etiam de rebus, quæ his ſignificantur impiam gignat opinionem, & in libro de ratione animę quandam nouā opinionem ea ſola ratione repellit, quia ſola nouitate diſplicebat. Vnde per belle dicebat Georgius Dux Saxoniæ quem refert Simancas cap. xxxj. quod Lutherani neſciebant hodie, quid anno ſequenti credituri eſſent, nempe propter tot diuiſiones eccleſiarum malignantium, & cathedrarū peſtilentiæ cōtra vnicā & vniuerſalem eccleſiam Romanā cæteris ſuperiorem recalcitrantiū, & cōtra omnia iura clamātia, quod vna et eadem res diuerſo iure non cenſeatur. l. j. verſiculo, nec ratio patitur. ff. de rerum permutat. leg. cum qui ædes. ff. de vſu

de vſucapion. quę opinionum confuſitio vſque a
deo excreuit. Vt cũ beato Baſilio ad conſtantiũ
deplorare poſsimus tot fides ſeu falſas ſectas au=
diẽtes quot ſunt hominũ volũtates. Hanc igitur
eccleſiæ & vnici Ouilis vnitatẽ a Domino, & per
Apoſtolos ac Sanctos traditũ quãtum poſſumus
tenere curemus, vt verbis Cypriani vtar in epiſto
la.xxj.ad Corneliũ, & quod in nobis eſt palabun
das & errantes oues quas quorundam peruicatiũ
factio, & hæretica tentatio a matre ſecernit in ec=
cleſiam colligamus, illis ſolis foris manẽtibus qui
in obſtinatione, & factione ſua perſeuerant, & in
epiſtola de eccleſiæ vnitate. Hoc vnitatis hoſpitiũ
deſignat dominus in Pſalmis dicens Deus, qui in
habitare facit vnanimes in domo, nam in domo
Dei dicit ille martyr, & doctor Glorioſus vnani=
mes inhabitant concordes & ſimplices perſeue=
rant idcirco, & in Columba venit Spiritus San=
ctus ſimplex animal, & letum non felle amarum
non morſibus ſæuum non vngularum laceratio=
ne violentum, & paulo inferius. Hæc eſt in eccle=
ſia noſcenda ſimplicitas, hæc charitas obtinenda
vt columbas fraternitatis dilectio imitetur, & vt
manſuetudo & lenitas agnis & ouibus æquetur,
& Auguſtinus lib.iij.de libero arbitrio, ait omne
ambiguum ideo moleſtũ eſt, quia non habet cer=
tam vnitatem, & idem de vera religione nullum
inquit eſſe corpus nullam ſpeciem quæ nõ habeat
vnitatis veſtigium, vbi etiam pulchritudinem vni
tatis com=



tatis commẽdat, et efficaciam eius oſtẽdit in lib.v.
de baptiſmo contra donatiſtas Hieronymus etiã
cap.j.prouerbiorum, ait non ſufficit, vt quis dicat
ſe Deum diligere ſi vnitatem eccleſiæ fraterna cha
ritate non ſequitur, & idem Hieronymus. ad ge=
rotiam de monogamia, ſit vna Eua mater cuncto
rum viuentium, et vna eccleſia parens omniũ chri
ſtianorũ, ſicut illam maledictus Lamech in duas
diuiſit vxores, ſic hanc hæretici in plures eccleſias
lacerant, quæ iuxta Ioannis Apocalypſim magis
ſynagogæ Diaboli appellandæ ſunt, et Chryſoſto
mus in caput Ioan.j.homilia.xv. quę amicitia quę
familiaritas tanta contrahere vnionẽ poſſet quan
tam fidei cognatio? nõ enim quantam amicus a=
mico debet propinquitatem, tantam nos inuicẽ
habere oportet, ſed quanta eſt mẽbri ad mẽbrũ,
oẽs eñ in vnũ corpus baptizati ſumus, vt vnius
corporis mẽbra non diuidamur, ideo tanquam
domũ vnam nobis deus largitus eſt mundũ, vnũ
ſolem omnibus lucere facit, vno nos tecto cœlo vi
delicet operuit, vnam cunctis menſam, hoc eſt ter
ram communicauit, vnum generationis modum
ſpiritalem omnibus largitus eſt, vna nobis et com
munis in cœlo patria, Idem poculũ omnibus pro
pinatur, et Cyrillus lib. j. de trinitate. etenim ad
vnitatem quæ eſt per fidem collecti & congregati
ſumus dicente paulo vnum corpus multi ſumus
eo, quod ex vno pane participes ſumus, an igno=
ras gentes, vnum corpus Chriſti factas vnionem
cum illo

cum illo per fidē ſanctitas, & Lactātius de ira Dei ad donatum c.xj. non poſsunt in hoc mūdo multi eſſe rectores, nec in vna domo multi Domini, nec in naui vna multi gubernatores, nec in armento aut grege duces multi, ſed nec in cœlo multi ſoles eſſe non poſſunt, ſicut nec animæ plures in vno corpore adeo in vnitate vniuerſa natura conſiſtit, et teſte Caſsiodoro in Pſalm. j. ad finem vnitas ſpecialis ſimplex atque perfecta eſt nullius indiga in ſe ipſa perenniter manēs a quo fonte multitudo numerorum, ſic egreditur, vt ad eam ſemper quamuis multiplicata reuocetur, ſine qua ſupputatio, nec inchoare quicquam præualet, nec prodire.

Et vt iam vela noſtræ vnitatis contrahamus, maneamus, obſecro intra hoc vnum Ouile, de quo poſſumus dicere illud Chriſti ad Martham, Lucæ. x. Porro vnum eſt neceſſarium, id eſt, ſine quo nihil gratū poſſumus retribuere Deo a quo tot bona ſuſcepimus, nihil horum quæ a maioribus noſtris ſeruata fuerunt contemnamus quantumcunque modicum videatur, ne forte eueniat nobis, quod vicinis noſtris eueniſſe videmus, qui modica ſpernentes paulatim in maiora ſcandala deciderunt Eccleſiaſtici. xix. vnitatē hanc Deo dilectiſsimam diligamus pro ea frequenter orantes verſumq; illum, qui in litanijs legitur repetentes, vt cuncto populo Chriſtiano pacem, & vnitatem largiri digneris, nam vt dicebat eleganter Hilarius



Hilarius homilia ſuper Ioannem de hac naturali in nobis Chriſti vnitate quæ dicimus niſi ab eo diſcimus ſtulte atq; impie dicimus. Cōſideremus, quod virtus vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa, teſte Philoſopho & c. j. de treuga, & pace, et vnū magnum præualet pluribus paruis etiam in lumine naturali, vt per iuriſconſultum in. l. ſi is qui. §. fin. ff. de excuſa. tuto. Et Plinius Iunior lib. ix. epiſtolarū ad ruſticum dicebat. Satius eſt vnum aliquid inſigniter facere quā plura mediocriter, ſed quid alia teſtimonia noſtræ vnitatis inquirimus cū virtutē eius ſatis oſtenderit ſancta liga, & vnitas principū Chriſtianorū ſub fœlicis recordationis pio Papa v. & Catholico Hiſpaniarum Rege Philippo domino meo congregata aduerſus Chriſtianorum ferociſsimum hoſtem Turcam nouiſsime diebus iſtis in bello nauali proiectum et fugatum cū exercitu ſuo, et de ſapientia dicebat Salomon Sapientiæ. vij. vt ſæpius repetamus cū ſit vna omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat, et per nationes in animas ſanctas ſe transfert. Et Paulo ante in eodem capite dixerat, quod Spiritus ſapiētiæ eſt vnicus, ponderentur obſecro, verba illa & ratio illorum verborū, et cum ſit vna omnia poteſt, et per nationes in animas ſanctas ſe trāsfert, quia ſunt duo percipui effectus noſtræ vnitatis, vnde eccleſia vniuerſalis nobilior et rationi conformior eſt vna ſemper exiſtens, et vnum ſupremum pro Chriſto vicarium viſibilem agnoſcens, quam ſi in plures

plures & acephalas Cathedras peſtilẽtiæ diuidere tur, prout hæretici in plures partes eam diuidere conantur, ponderemus etiã poſt tot perſequutiones ciuitatis Hieruſalem, & populi Iſrael recitatas in libris Machabęorũ, quomodo ſcriptura Sacra pacẽ, et tranquillitatem attribuat ſummi Põtificis & vnius ſupremi ſacerdotis gubernationi dicens. ij. Machab. iij. Igitur cũ ſancta ciuitas habitaretur in omni pace leges etiam adhuc optime cuſtodirentur propter oniæ Pontificis diſpoſitionem, & pietatem, fiebat vt et ipſi Reges & Principes locũ ſummo honore dignum ducerent, & templũ maximis muneribus illuſtrarẽt, & paulo inferius pro ſalute Heliodori, qui iacebat priuatus omni ſpe, et ſalute iudicio Dei, quia templi dona rapuerat amici Heliodori confeſtim rogauerunt Oniam ſummum Pontificem, vt inuocaret altiſsimum, vt vitã donaret ei qui in ſupremo Spiritu erat conſtitutus, & ad preces ſummi ſacerdotis illimet duo iuuenes, qui Heliodorũ verberauerant dixerũt Heliodoro Onię ſacerdoti gratias age nã propter eũ Dñs tibi vitam donauit, tu autẽ a Deo flagellatus nuncia omnibus magnalia Dei, & poteſtatem, & his dictis nõ cõparauerũt, vt intelligas Catholice lector, quantũ Deus exaltet vnius ſummi Põtificis gubernationẽ. Memorię cõmendemus illud Auguſtini cõtra Epiſtolã Manichęi. c. iiij. dicẽtis multa ſunt, quæ me intra eccleſiæ gremiũ iuſtiſsime tenent. Tenet conſenſio populorũ atq; gentiũ tenet autoritas



autoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet ab ipſa ſede apoſtolica Petri, cui dñs paſcẽdas oues tradidit vſque ad preſentẽ Epiſcopatũ ſucceſsio ſacerdotũ, et idẽ ait in Epiſtola cõtra partẽ donati numerate inquit ſacerdotes, vel ab ipſa ſede Petri, quã non vincũt ſuperbe inferiorũ porte, et in epiſtola. clxvj. ad generoſum numerat Romanos Pontifices a Petro, vſque ad Anaſtaſium Pontificem, qui tunc præſidebat et dicit, in hoc ordine nullus donatiſta Epiſcopus inuenitur, quod factũ fuiſſe et ab optato, qui fuit contẽporaneus Aug. lib. ij. contra donatiſtas legimus, vſque ad Siriciũ Papam, & Ireneus martyr antiquiſsimus, vt refert Euſebius. l. v. c. vj. eccleſiaſticæ hiſtorię numerauit eos vſque ad Eleutherium eadem motus conſideratione.

Hunc ergo paſtorem ſanctum vnici Ouilis Romanum Pontificem veneremur tanquam Chriſti vicariũ, & Petri apoſtolorũ principis ſucceſſorẽ, vt ſic fidẽ catholicã conſeruãtes ac bonis operibus ornati per merita paſsionis Dñi noſtri, ſine qua iuſtitiæ nr̃æ quaſi pannus menſtruatę fuiſſent, de iſta inferiori Hieruſalem ciuitate, quæ interpretatur ciuium vnitas, & pacis viſio ad illam ſupernã triumphantẽ (vbi gaudium nemo tollet a nobis) aſcendere mereamur. Præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto, viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

Ex Officina,

DOMINICI A POR-
tonarijs de Vrſinis, Regij,
& Regni Aragoniæ,
Typographi.



# INDEX SVMMARIORVM, ET NOTABILium opuſculi huius.

## A

AD VNITATEM HANC ouilis, & paſtoris facilius perſuadendam plurimum valet recordatio beneficiorum quę Deus cõtulit humano generi. Cap.j.nu.j.pag.iij.

Anima licet vna ſit in eſſentia tres tamen habet potentias diſtinctas ad ſimilitudinem trinitatis diuinæ quæ in eſſentiæ vnitate & perſonarum trinitate conſiſtit. Cap.j.nu.x.pag.vij.

Animam capacem Dei quicquid deo minus eſt nõ implebit ſicut nec ſigillati vacua implentur donec ſigillatum ſigillo vniatur,ibid.nu.xj.pag.vij.

Angelis mandauit Deus,vt cuſtodiant nos in omnibus vijs noſtris faciens eos adminiſtratorios ſpiritus. Cap.j.nu.xvij.pag.ix.

Aduocatum habemus apud Deum,dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,& eius Virginem matrẽ. Cap.j.nu.xxj.pag.x.

Aqua vera & nõ flegma exiuit de latere domini lancea perforato, & ita in aqua baptiſmi regeneramur. Cap.v. nu.ij.pag.xxxviij.

Abel a Chriſto domino, iuſtus appellatus, qui de gregibus ſuis obtulit in ſacrificium agnum in figu-

ram agni pro peccatis omnium immolandi. Cap. v. nu. vj. pag. lx.
Acies exercitus populus, & nauis eadẽ eſt licet ex alijs militibus & carinis hodie conſtet quam antea. Cap. v. nu. xij. pag. lxij.
Adam & Noe tempore non erant tot ſacrificia & ritus quot tempore Abraham quot poſtea tempore Moyſi & tẽpore legis euãgelicę nobiliora ſacramẽta chriani celebramus. Cap. v. nu. xix. pag. lxv.
Angeli quanuis omnes cuſtodiant nos Michael tamen cuſtodit eccleſiam qui princeps eius appellatur ſicut olim ſynagogæ. Cap. vj. nu. ix. pag. liij.
Apoſtoli ſunt protectores eccleſiæ vide multas figuras ſuper numero duodenario illorum. Cap. vj. nu. x. pag. liiij.
Apoſtolis non virgini matri fuit conceſſa facultas remittendi peccata licet ipſa fuerit dignior apoſtolis vniuerſis. Cap. vj. nu. xj. pag. lv.
Arca Noe, quæ figura fuit eccleſiæ animalia munda & immunda continebat. Cap. vij. nu. iiij. pag. lxij.
Apoſtoli docuerunt nos hanc vnitatem varijs exemplis. Cap. ix. nu. ix. pag. lxxxiiij.
Argumentum de figura ad figuratum de vmbra ad veritatẽ et de lege minus perfecta ad legẽ perfectiorẽ, vt quæ ibi nobilia tenebant a fortiori teneant in lege perfectiori validũ eſt. Cap. xj. n. vij. pa. cxj.
Argumentum ab identitate rationis validum eſt. Cap. xj. nu. x. pag. liiij.
Argumentum de parte quo ad partem valet de toto quo ad totum. Cap. xij. nu. xxj. pag. cxiiij.
Acies tunc dicitur bene ordinata quando habet vnũ ſupremum ducem quem cæteri inferiores reuereãtur. Cap. xiij. nu. vj. pag. clxiij.
Angeli in reuerẽtiã Petri dixerũt mulieribus dicite diſcipulis eius & Petro &c. Cap. xv. n. v. pa. clxvj.
Angelus domini liberauit Petrum a vinculis Herodis nondum enim fundauerat Romæ cathedram qua fundata Petro fugienti Neronis perſecutionem ad preces eccleſiæ Chriſtus apparuit, vt reuerteret ad martyriũ. Cap. xvj. n. xij. pag. clxxviij.
Argumentũ a maioritate rationis valet nec erat tam neceſſaria cathedra hæc ad illa aurea apoſtolorũ ſecula ſicut ad nr̃a futura, quibus nec apoſtoli, nec eorum diſcipuli viuũt. Cap. xvij. n. ij. pag. clxxxj.
Ad Romanam eccleſiam catholici tanquã ad ſolem intendere debemus, vt ex ipſa lumen apoſtolicę fi dei recipiamus. Cap. xvij. nu. viij. pag. cxcj.
Antiquitas & ſanctitas maiorum noſtrorum veneranda eſt, & nouitas fugienda ex multis quæ hic adducuntur. Cap. xix. nu. vj. pag. ccxj.
Adiectionem nec vnius ſermonis ad ſymbolum admiſit Roma. Cap. xix. nu. ix. pag. ccix.
Autoritas Matthęi xvj. Tu es Petrus, de ꝓmiſsione & deſtinatione intelligit, ſed Ioan. vlti. Paſce oues meas, de collatiõe actuali. Cap. xx. n. vij. pag. ccxx.
Angeli habent hunc ordinem vt ſuperiores medijs, & medij poſterioribus diuinæ bonitatis munera diffundant. Cap. xxij. nu. viij. pag. cclxix.

Actus apoſtolici aliorum nomine deſcripti reprobã tur ab eccleſia ſolo libro beati Lucæ ad Theophilum approbato. Cap.xxvj.nu.xij. pag.cccxiij.
Apoſtoli dicuntur paſtores cuſtodes murorũ Hieruſalem pincernę lapides pretioſi architecti docto res. mõtes et fontes, & Iacobi epiſtola inter diuina volumina numerãt. Cap.xxvj.nu.xvj.p.cccxvj.
Apoſtoli multa nos docuerunt quę in euangelio nõ legimus, ibi.nu.xvij.pag.cccxvj.

B

BEATVS Ireneus nõ reſtitit Papæ victori ſed eũ orauit ne excõicaret orientales & eodẽ mõ Policarpus beatũ Anicetũ Papã orauit ſuper cele bratione paſchæ. Cap.xx.nu.xxij.pag.cccxxxvj.
Baptiſmi lauacro ſuſcepto fide conſeruata & operibus concurrentibus aſperſis in ſanguine Chriſti gratiam domini negotiari debemus. Cap. xxiiij. nu.xij.pag.ccxc.

C

CHRISTVS commendaturus hanc vnitatẽ a commemoratione beneficiorum fecit exordium. Cap.j.nu.ij.pag.j.
Chriſtum dominum quamuis verum Deum quia tamen, & verum hominẽ aut ſaltem ſanctos eius cum ipſius adiutorio poſſumus imitari. Cap.j.nume.xix.pag.x.
Calicem ſalutaris accipere, & nomen domini inuocare ad retribuẽdum domino pro omnibus quæ retribuit nobis nemo poteſt niſi hanc vnitatẽ obſeruet.





ſeruet.Cap.ij.nu.j.pag.xiij.
Calix iſte vnus de quo teſte Paulo omnes participamus omnem prorſus indicat vnitatem ſicut vinũ quod antea erat in multis racemis, & modo vnũ eſt.Cap.ij.nu.ij. pag.xiiij.
Calix iſte vnitatis nos debet inebriare, vt inhabitemus in domo domini, ibi.nu.v.pag.xv.
Chriſtus quare ſub parabola ouium magis quã ſub alia cõmendauerit eccleſiam Petro in vltimis verbis.Cap.iij.nu.v.pag.xxv.
Chriſtus quare ſuorum fidelium collectionem eccle ſiam & non ſynagogam voluit appellari. Cap. iiij.nu.vj.pag.xxxij.
Chriſtus in lege gratiæ cæleſtia pollicetur ſuæ legis obſeruatoribus in cuius ſignum tribus apoſtolis in transfiguratione gloriam ſuam manifeſtauit, et Stephano, & Paulo cælos oſtendit. Cap.iiij.nu. ix. pag. xxxiij.
Ciuitas non propterea quod vno anno regatur mo do diſtincto ab alio anno amittit nomen ciuitatis, nec genericam vnitatem. Cap.v.nu.x.pag.xlij.
Chriſtus pro eccleſia rogauit patrem, vt aduocatus eius.Cap.vj.nu.iiij.pag.xxv. & ca.ix.n.j.pag. 80.
Chriſtus quaſi dolens lamentabatur de vnitate non ſeruata.Cap.ix.nu.ij.pag. 81.
Chriſtus laborauit vſque ad mortem pro hac vnitate.Cap.ix.num.vj.pag. 82.
Chriſtus congregatis in vnum apparuit & Spiritus ſanctus ſuper congregatos in vnum deſcendit.

Cap.ix.nume.viij.pag.lxxxiij.
Chriſtus ſicut vno patre in æterna generatione genitus eſt ita in temporali ſecundum carnem generatione vnica matre natus eſt ſine alterius commixtione, ibidem nu.xvij.pag.xcviij.
Chriſtus initium ſignorum quæ fecit ad vnitatis miraculum retulit, ibi.nu.fin.& xxix.pag.cvj.
Chriſtus eſt paſtor primarius huius ouilis. Cap. xj. nume.ij.pag.cviij.
Chriſtus cælos aſcendens voluit relinquere in terris pro eo paſtorem viſibilem & quem fideles agnoſcerent ac tractarent. Cap.xj.nu.iij.pag.cix.
Chriſtus magis debuit ſuæ eccleſiæ ꝓuidere de Pontifice quam Moyſes ſynagogæ. Cap.xj.nu. vj. & nu.ix.pag.cxiij.
Ciuitas vna non debet habere plures Epiſcopos ſeu capita quaſi monſtra. Cap.xij.nu.xix.pag.cxxv.
Catholicũ gregẽ varia inimicorũ & perſecutorũ genera quotidie circũdãt. Cap.xiij.nu.j.pag.cxxxij.
Chriſtũ ſicut tentatũ per omnia oportuit pati & ita intrare in gloriã ſuã ita & nos tẽtari oportet, vt in gloriã ipſius intremus. Cap.xiij.nu.ij.pag. cxxxij.
Chriſtus indicẽs fidelibus ſuis bellũ cõtra hoſtes arma eis neceſſaria reliquit, ibi.nu.iiij.pag.cxxxij.
Chriſtus veritas ipſa & Paulus prædicator veritatis magna verborũ exaggeratiõe de futuris & fugiẽdis hereticis nos ꝑmonuerũt, ibi.n. 8.pag.cxxxiij.
Chriſtus multis verbis & rõnibus perſuaſit flamma to amori Petri vt ab armis, & impedimento tã neceſſariæ paſsionis deſiſteret.ca.xiij. n.xviij.p. cliij.
Chriſtus Ioan.xxj.ad oẽs diſcipulos dixit afferte mihi de piſcibus quos prẽdidiſtis, ſed ſolus Petrus tã quã deſtinatus paterfamilias eorũ traxit rete plenũ magnis piſcibus. Cap.xv.nu.viij.pag.clxj.
Chriſtus ter Petrũ interrogauit de amore & trinam eius reſponſionem expectauit, vt quia tertio negauerat tertio quoqꝫ cõfiteretur, ibi.nu.xvij.pa.clxv.
Chriſtus ampliorẽ curã de Petro quam de alijs geſſit, quia ſpeciatim dixit ei ſequere me & ſpecialiter ei vt capiti cõmẽdauit eccleſiã, ibi.n.xviij.p. clxvj.
Chriſtus qui fundauit eccleſiã vſque ad conſummationem ſeculi paſtoratum non ad ſolam vitam Petri reſtrinxit.cap.xvij.nu.j.pag.clxxxj.
Cathedra hæc iubente domino de Antiochia Romam fuit translata teſte Marcello, vt ibi magis proficeret.cap.xviij.nu.j.pag.cxcij.
Chriſtus ſicut orientis regionẽ ſua paſsione illuſtrauit ita occidentis plagam apoſtolico ſanguine illuminauit, ibi.nu.v.pag.cxcv.
Contra principia negantes non eſt arguẽdum. cap. xx.nu.j.pag.ccxvij.
Chriſtus eſt petra primaria huius ædificij ſpiritualis Petrus autẽ petra ſecũdaria, ibi. nu.xvj.pa.ccxxx.
Chriſtus titulos ſibi attributos aliquando communicauit apoſtolis, ibi.nu.xvij.pag.ccxxxj.
Chr̄s qñ ꝓhibuit maioritatẽ inter ſuos de tyrannica & ſuperba intellexit non autẽ condemnauit publicam & iudicialẽ poteſtatẽ, ibi.nu.xix. pa. ccxxxiij.

Confirmatio ſeu approbatio Iacobi de ſententia Petri ſuper ceſſatione legaliū nihil detraxit præſidentiæ Petri quē Deus elegit, vt per os eius audirent gentes verbum Dei, ibi.nu.xxvj.pag. 239.
Curioſitas eſt antidotum veritatis. Cap. xxj. nu.iij. pag. ccxliiij.
Chriſtus de futuro dixit fiet vnum ouile, & vnus paſtor quod implebitur tempore quo Deus ab æterno diſpoſuit & multa implēda legimus in euangelio quæ nondū impleta ſunt, ibi.nu.v.pag. ccxlv.
Chriſtus nil de ſuo primatu, & autoritate perdidit, eo quod Iudæi eum in dominum nō recognouerunt, ibi.nu.vj.pag.ccxlvj.
Conſuetudines aliarum eccleſiarum licet toleret Roma eccleſia non ideo perdit primatum & iuriſdictionem in illis, nu.xviij.pag.cclv.
Chriſtus, Iacobo & Ioanni petentibus dexteram & ſiniſtram nō cōceſsit, & Petro non petēti cōceſsit ſuperioritatē ſupra omnes, ibi.nu.xxj. pag. cclvij.
Credere in Deum eſt amando in eum tendere. Cap. xxiiij.nu.x.pag.ccxc.
Cathedra Petri reprobauit euangelia nomine Andreæ, Thomæ Thadæi, & Barnabæ conficta & ſcripta nomine Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis approbauit. Cap.xxvj.nu. x.pag.cccxij.
Conciliorum conuocatio pertinet ad Romanum Pontificem. Cap.xxvij.nu.iiij.cccxx.
Concilia multa ſed quatuor videlicet Nicenum, Cōſtantinopolitanū, Epheſinū, & Calcedonenſe, vt quatuor euangelia veneratur eccleſia, & quaſi quatuor paradiſi flumina reputat, ibi.nu.vij.pag. 321.
Concilium Tridentinū ſumme venerādum in quo tota hæreticorum noſtri temporis ſpurcitia condemnatur, ibi.nu.viij.pag.cccxxij.
Concilij conſtitutio habet in ſe inuiſceratam clauſulam derogatoriam, vt ei non derogetur niſi dicatur non obſtante concilio, ibi.nu.ix.pag.cccxxiij.
Concilium an ſit ſupra Papam breui reſoluitur, ibi. nu.xij.pag.cccxxiiij.
Conciliorum leges licet magiſterio ſpiritus ſancti cōdantur tamen quia per organa humana fiunt dicuntur leges humanæ, & ideo quandoq; mutantur pro tēpore & loco, ibi.nu.xiiij. pag. cccxxvij.
Chriſtianitas ideo in diuerſas hæreſes olim ſciſſa eſt quia non dabatur Epiſcopis licentia conueniendi in vnum, ibi.nu.xv.pag.cccxxviij.
Conſuetudines & traditiones eccleſiæ etiam ſi ſcripto commendatæ non ſint venerādæ ſunt, vt per multa probatur. Cap.xxviij.nu.j.pag.cccxxx.
Chriſtus & apoſtoli multa ordinarunt quæ ſcripta non ſunt, ibi.nu.ij.pag.cccxxxj.
Conſuetudines quas antiquitus a maioribus accepimus ridiculum & abominabile dedecus eſt infringere, ibi.nu.iij.pag.cccxxxij.
Conſuetudinibus maiorum etiam non percepta ratione ſtare debemus, & eas iugi obſeruatione cuſtodire, ibi.nu.iiij.pag.cccxxxiij.
Conſuetudines multæ ex Tertulliano, Origene, Baſilio,

ſilio, & alijs recitant̃ quæ non fuerunt ſcriptę olim & modo ſeruantur in eccleſia, ibi. nu. v. pag. 333.
Conſuetudinis obſeruantia ſi quid habeat difficile ad cathedram Petri recurrendũ, ibi. nu. pag. 339.
Contra hæreticos nõ eſt quis induendus armis Saul ſed armis Dauid hoc eſt non diſputandum cum eis ſed educẽda petra de pera paſtorali ad infigendum illam in fronte Goliath quod interpretatur tranſmigrans quales hæretici ſunt. Cap. xxix. nu. vj. pag. cccxliij.
Clandeſtina, & occulta colloquia in negotijs fidei fugienda vide multa in hanc rem. Cap. xxix. num. xiij. pag. cccxlviij.
Cum hæreticis non diſputandum quia mori magis volunt quam conuerti, ibi. nu. xvij. pag. cccl.
Conſilium memorandum ſiſinnij lectoris in concilio Conſtantinopolitano primo, ad diſputandum cum hæreticis, ibi. nu. xviij. pag. cccliij.
Ciuitas illa cum penatibus & regimine ſuo permanebit vbi minimum virium Cupido veneris & pecuniæ vendicat quia nulla reſpublica ſtabit ſtantibus menibus & ruentibus moribus, Cap. xxx. nume. xij. pag. ccclx.

D

DEVS qui bonorum noſtrorum non eget fecit nos ad imaginem ſuam in magnum dilectionis argumentum. Cap. j. nu. iij. pag. iiij.
Deus eſt per quem viuimus mouemur & ſumus, ibi. nume. viij. pag. vj.

Deus vt



Deus vt conuertatur peccator emittit frequenter occulta inſpirationes ſtat ad otium & pulſat ſignauit hominem lumine vultus ſui, & dat ei propriæ conſcientiæ teſtimonium, ibi. nu. xvj. pag. ix.
Deus in lege veteri hominibus, vt plurimum terrena promittebat. Cap. iiij. nu. viij. pag. xxxiij.
Deus paterfamilias appellari dignatus omni tempore mittit operarios ad excolẽda vineã ſuam. Cap. v. nume. xx. pag. xlv.
Deus non eſt acceptor perſonarum. Cap. vij. nume. xviij. pag. lxix.
Diuiſiones & ſchiſmata grauiter Deus puniuit in teſtamento veteri nec turbari debemus, quod plures ſint diuiſi quam vniti. Cap. viij. numero. ix. pag. lxxvj.
Diaboli & inferni eſt diuidere inter fratres quia dominus ædificans Hieruſalem diſperſiones Iſraelis congregauit, ibi. nu. xj. pag. lxxix.
Diuiſio ab vnitate ſceleratior eſt quam idolatria quia grauius fuit punita. Cap. decimo. numero quinto. pag. xciij.
Deus communiter operatur per cauſas ſecundas & media ordinaria. Cap. xij. nu. xxvj. pag. cxxviij.
Duces & Principes in exercitu deſignandi ſunt quorum exhortatione firmentur infirmiores. Cap. xiij. nu. v. pag. cxxxij.
Diſcipuli duo ab Emaus reuerſi inuenerunt apoſtolos loquentes de apparitione facta Petro & dicentes, quia ſurrexit dominus vere & apparuit Simoni tan=

ni tanquam capiti deſtinato ad noſtrā inſtructionem, vt de nulla doctrina loquamur niſi de ea quā capiti noſtro vel reuelatam vel ab eo approbatam ſcimus. Cap.xv.nu.iij.pag.clviij.

Diſcipuli ſequentes Petrum etiam euntem ad piſcandum meruerūt videre Ieſum, vt & nos ſequamur cathedram Petri ſi volumus videre Ieſum, ibi. numero ſexto.pag.clx.

Deus voluit vt Roma eſſet caput orbis terrarū proinde eam colamus nulla alia ratiōe percepta. Cap. xviij.nu.xiij. pag.cc.

Deus & natura nihil agunt fruſtra. Cap. vigeſimo nume.xj.pag.ccxxiiij.

Donatio facta Papæ per Imperatorē de ciuitate Romana, vt capiti eccleſię facta fuit, ibi.n.xiij.pa.127.

Dei ſolius eſt ſcire quis amore an odio dignus ſit. Cap.xxj.nu.vij.pag.ccxlvij.

Decreta Nicæni concilij ad Papam Syluestrū miſſa fuerunt, vt confirmarentur, & pro eo, vt Papa in concilio Nicęno primo loco ſe ſubſcripſerunt Oſius Epiſcopus Cordubenſis & duo alij eius legati.Cap.xxj.nu.xvij.pag.cclv.

Diuerſos gradus voluit Deus eſſe in eccleſia, vt dū minores potioribus exhibent reuerentiam & potiores minoribus dilectionem vera ſit concordia inter omnes.Cap.xxij.nu.xij.pag.cclxvij.

Differentiæ ordo ſeruari debet ad conſeruādā rempublicam ſicut cæleſtium militiarū exemplar nos inſtruit, ibi.nu.xiij.pag.cclxxij.

Dictio



Dictio excluſiua ſolū excludit id quod eſt contrariū termino cui adiungitur non remota ab eo ſicut argumentū a contrario ſenſu ſolū ſumitur ad metas verborū exp̄ſſorū. Cap.xxiiij.nu.vij.pa.cclxxxix.

Deteriores eſſemus barbaris ſi propter paſsionem Chriſti non indigeremus operibus noſtris tantā bonitatem, & miſericordiam trahendo ad licentiam peccandi, ibi.nu.xv.pag.ccxcij.

Diſpoſitum a pluribus legitime congregatis in concilio de ſpiritus ſancti gratia diſpoſitum eſt. Cap. xxvij.nu.iij.pag.cccxx.

Doctrinarum exercitia vbi ceſſant, vbi nullū diſcrimen eſt inter doctos, & indoctos vbi nullus virtuti locus, & vbi nulla ſtudiorum ratio habetur, ibi omnium rerum confuſio dominetur neceſſe eſt. Cap.xxx.nu.xiij.pag.ccclx.

E

ETHNICI, & Philoſophi cognouerunt aliquam hominis ad Deum eſſe ſimilitudinem. Cap.j.nu.v.pag.v.

Exordium noſtræ retributionis ad Deum eſt vnitas eccleſię, & per manſio conſtans in hoc ouili. Cap. ij.nume.vij.pag.xix.

Epiſcopi baculus quo in pōtificalibus vtitur ad normam baculi paſtoralis conficitur, vide ibi rationem. Cap.iij.nu.iij.pag.xxiij.

Eccleſia varijs modis accipit. Cap.iiij.nu.j.pag.xxx.

Eccleſia græca, vox eſt quæ Latine ſotiat conuocatio, ibi.nu.ij.pag.xxxj.

Eccleſia

Eccleſia & in bonam & in malam partem accipi poteſt,ibi.nu.iij.pag.xxxj.
Eccleſia in bonam partem aſſumpta duplex eſt triū=phans & militans,ibi.nu.iiij.pag.xxxj.
Eccleſia militans quæ eſt fidelium collectio ſemper fuit in mundo,ſed in lege veteri ſynagoga appellabatur,ibi.nu.v.pag.xxxij.
Eccleſia vt miſerans nunquam claudit gremium re=deunti,ibi nu.xiij.pag.xxxv.
Eccleſia chriſtianorum ab ea hora qua latus Chriſti lancea perforatum fuit habuit exordium. Cap.v. nume.j.pag.xxxviij.
Eccleſia in genere conſiderata ab initio creati hominis exorta eſt,ibi.nu.iiij.pag.xxxix.
Eccleſiæ ętates commemorantur,ibi.num.ſeptimo. pagina.lx.
Eccleſia ſemper fuit vna fundata in fide Chriſti tempore antiquo,vt paſſuri & tempore legis euangelicæ,vt iam paſsi & exinde orta eſt differentia ſacramentorum & rituum,ibi.nu.viij.pag.lx.
Euangelium eſt apud nos pro lege veteri pro Hieruſalem cælum pro circūciſione baptiſmus pro mā=na corpus Chriſti pro agno filius Dei pro baculo Moyſi crux domini, ibi.nu.xvij.pag.lxiiij.
Eccleſiæ tituli, quibus decoratur in Sacraſcriptura. Cap.vj.nu.j.pag.lxix.
Eccleſia eſt corpus Chriſti & regitur magiſterio ſpiritus ſancti,ibi.nu.ij.&.iij.pag.lj.
Eccleſia quæ eſt Dei viui columna & firmamentum veritatis



veritatis errare non poteſt,ibi.nu.v.pag.lij.
Eccleſia militans ad exemplar triumphantis condi=ta eſt,ibi.nu.vj.pag.lij.
Eccleſiæ militantis conuenientia cum triumphanti multum adiuuat opinionem Canoniſtarū aſſerentium nouem ordines eſſe clericorū in eccleſia ſicut ibi nouem ſunt ordines angelorū,ibi.n.vij.pa.liij.
Eccleſia tunc conſiſtit decentiſsimo ordine cum illi ſupernæ aſsimilatur in functionibus ſuis, ibi. nu. viij.pag.liij.
Eccleſia edocta fuit per quatuor euangeliſtas,ibi.nu. xij.pag. lv.
Eccleſia nec falli nec fallere poteſt, ibi.nu.xiij.pa.lvj.
Eccleſia conſtat ex bonis & malis modo non ſint infideles & hæretici. Cap.vij.nu.j.pag.lx.
Eccleſia eſt ſicut corpus humanum, quod conſtat ex bonis & malis humoribus & ſicut meſsis quæ paleas granis admixtas tenet,ibi.numero.iij.&.v. pag.lxj.&.lxij.
Eccleſia comparatur decem virginibus quinq; pru=dentibus,& quinque fatuis & conuiuio illi in quo vnus ſedebat non habēs veſtē nuptialē & domui in qua ſunt vaſa aurea & fictilia, ibi.n.vij. pa.lxiij.
Eccleſia habet bonos & malos ſicut & in cœlo fue=runt angeli boni & mali donec Michael fecit vi=ctoriam,ibi.nu.ix.pag.lxiiij.
Eua habuit duos filios Abel iuſtum & Cain malum & in vtero Rebeccæ fuerūt Iacob electus & Eſau reprobatus,ibi.nu.ix.pag.lxiiij.

Excom=

Excommunicati ſi fidem conſeruāt pertinent ad eccleſiam ratione fidei, ſed quo ad ſacramēta & ſuffragia non ſunt de eccleſia, & ideo dæmon in eos magis poteſt ſeuire, ibi. nu. xij. pag. lvj.

Eccleſia erit glorioſa & ſine macula & ruga in futuro, & in cœleſtibus non autem in hoc mundo. Cap. vij. nu. xij. pag. lxvj.

Eccleſia ſimilis ſagenæ miſſæ in mare in omnes natiões extēdit vela et retia ſua, ibi. nu. xvij. pag. lxix.

Eccleſia quæ ab initio, ſemper fuit vna, ſemper fuit etiam gubernata per vnum præſidem viſibilem vices Dei gerentem. Cap. xj. nu. iiij. pag. cix.

In eccleſia triumphanti ſicut omnes reuerentur vnū Deum ſic in militati reuereri debemus vnum pro Deo paſtorem. Cap. xij. nu. ij. pag. cxxj.

AEquales multi de facili diſſentiunt, ibi. num. xxiij. pag. cxxvj.

Electione facta de aliquo in concordia opus eſt, vt poſtea ſuperueniat confirmatio. Cap. xiiij. nume. xxj. pag. cclv.

Et dictio capitur frequentiſsime pro etiam, & ſic accipi debet in illa autoritate appoſuit apprehendere & Petrum quaſi implicans maiorem perſequutionem in Petro capto quam in alijs vt ex verbis illis, quia placeret Iudæis denotatur. Cap. xvj. nume. xj. pag. clxxv.

Eccleſia nulla tanto tempore cōſeruauit fidem ſicut Romana, & ibi nulla hæreſis teſte Cypriano ſumpſit exordium. Cap. xix. nu. viij. pag. ccvij.

Euange=



Euāgelica doctrina ſpecialiter ſub romani pōtificij ſede cōſiſtit quę licet ſępius obſeſſa fuerit nūquā tñ fuit diruta tutelari enim dei munere gubernatur tāquā terrarū gētiumq; dea ibi nu. xij. pag. ccix.

Eccleſia nulla debet diu vacare ne pro defectu paſtoris eā lupus inuadat. cap. xxj. nu. xv. pag. ccliij.

Eccleſia habet multas manſiones fidelibus pręparatas iuxta merita eorū & ſtatū quē profitent. Cap. xv. nu. j. quod varijs figuris oſtenditur. ibi. nu. iij. pag. ccxcv. & ccxcvj.

Eccleſia eſt Caſtrum in quo fides eſt murus tēperātia ſenſuū eſt ianua, patientia ante murale, foſſatū humilitas turris ſpes, cuſtos, prudentia, arma opera, machinæ orationes, victualia verba ſcripturæ & aqua deuotio. Cap. xxv. nu. viij. pag. cccj.

Eccleſię & romani Pontificis autoritas cōſideranda eſt circa electionē verioris trāslationis. Cap. xxvj. nu. v. pag. cccjx.

Euāgeliū dicitur ab eu quod eſt bonū & angelos nūciū & omnibus diuinę ſcripturę paginis antecellit. ibi nu. vij. pag. cccxj.

Euāgelia in plurali dicebātur olim premia & ſacrificia quæ pro iucūdo nūcio decernebantur, ibi. nu. viij. pag. cccxj.

Euāgelio non fuiſſet credendū niſi autoritas eccleſię moueret, ibi. nu. xj. pag. cccxij.

Exēplū memorādū carbonarij cuiuſdam a pighio relatum ad euadendum laqueos hęreticorū. Cap. xxjx. nu. xvj. pag. ccccil.

bb Experien=

Experientia rerum magiſtra prædicat et in vicinis plateis dat vocē ſuam vt abſtineamus a vitijs ſal tē publicis & ſcādalū generantibus ſi volumus cō ſeruare fidē catholicā.c.xxx.nu.xiiij.pa.ccclxj.

F

FREQVENTISSIME Chriſtus vſus eſt parabola hac de ouibus paſtore & ouili. Cap. xiii.nume.j.pag.xxj.

Fides eſt glutinamentum & compactio eccleſię quā non perdiderunt primi parentes licet peccauerint. Cap.v.nume.v.pag.xl.

Filius repręſentat perſonam patris iam mortui quo ad genericam cōſeruationem familię. Cap. v.nu. xv.pag.xliij.

Filiationem adoptiuā Dei vt conſequerētur homines quātumcunque ſancti Deus factus eſt homo & ſic homo factus mortuus eſt nō ſic in filio Dei naturali qui ab ęterno fuit filius Dei viui. Ca.xiiij. nume.ij.pag.cxlvj.

Fides maior adhibenda his qui in aliqua arte ad diſcenda toto tempore vitæ ſuę de ſudarūt quā illis qui nec horā in eius ſtudio perdiderūt. Cap.xxiij. num.j.pag.cclxxv.

Fides ſine operibus mortua eſt. Cap.xxiiij.num.iiij. pag.cclxxxvij.

Fidē ſolā qui dixerit ſufficere eſt intelligendus iuxta proprietatē ſigni excluſiui ſcilicet ſine humana inueſtigatione nō tn̄ ſine operibus quia hoc vltra hęreſim quā habet eſt impertinens.c.xxiiij.n.viij. pag.

pag.cclxxxix

Fides & humana inueſtigatio ſūt inter ſe cōtraria qa fides eſt de eo qđ nō videt, ibi.n.ix.pa. cclxxxix.

Fide tantū exiſtentes intra eccleſiam videāt ne cadāt a fide quia periculo iſti ſunt expoſiti. Ca.xxv.nu. iiij.pag.cclxxxxvij.

Funiculus triplex difficile rūpit, ibi.nu.vj.pa.ccxcix.

Fides & opera ad ſalutem neceſſaria ex ſacra ſcriptura decretis Romanorum Pontificū & Cociliorū a conſuetudinibus eccleſię per Chriſti vicarium approbatis colligūtur. Cap.xxvj.nu.j.pag.cccvj.

Fidei augmentum petendum a domino vt Apoſtoli & quod adiuuet incredulitatem noſtram. Cap. xxix.nu.x.pag.cccxlv.

Fidei obſequio captiuās intellectū circa Trinitatē & alios articulos fidei qui humanam intelligentiā excedūt facilius captiuare poteſt in obſequiū cathedrę huius. Cap.xxix.nu.xj.pag.cccxlvj.

Fidelibus multū nocuit quoad fidei iacturā vitiorū in ordinatus appetitus. Cap.xxx.nu.j. pag.ccclv.

G

GREX idē eſt licet alię oues in locū de mortua rū ſubſtituantur. Cap.v.nu.xiij.pag.xlij.

Gręci & armenij in cōcilio Florētino ſe ſubdiderūt Romano Pontifici qui antea eū negabant. Cap. xxj.nume.xxiij.pag.cclix.

Gregorius.xiij. Papa & Dominus noſter optime ſtatuit quod confeſsiones ſacramentales audirentur vbi ſacerdotis & pœnitentis perſonæ viden=

rentur publice. Cap.xxix. nu. xiiij. pag.cccxlviij.
Gregorius Papa renuit vocari vniuerſalis & ex humilitate. Cap. j.nu.xxij.pag.cclviij.

H

HOMINIS cauſa createͼ ſunt reliqueͼ creatureͼ quibus homo preͼeſſet & nomina imponeret. Cap.j.nu.vj.pag.vj.
Homo faciem erectã ad ceͼlũ habet ceͼtera vero animalia verſus terram & quare, ibi.nu. vij.pag.vj.
Homo libero arbitrio decoratus eſt vt ſi ſuſcepto baptiſmate nullũ primeͼ gratieͼ paret obicem meritũ eius augeatur pluſquam ſi impeccabilis fuiſſet, ibi.nu.xij.pag.viij.
Homini priori datum fuit adiutoriũ ſibi ſimile & permiſſum quod ex omni ligno paradiſi comederet excepto ligno ſcientieͼ boni & mali, ibi.nu.xiij. pag.viij.
Homo ſi conuertatur ex toto corde cum cõtritione cordis oris confeſsiõe & operis ſatisfactione deus pollicetur ſe nõ recordaturum iniquitatum eius, ibi.nu.xv.pag.ix.
Homo non eſt particeps corporis & ſanguinis Domini niſi prius in baptiſmate efficiatur membrum Chriſti & viuat in vnitate corporis eius. Cap.ij. nume.iij.pag.xv.
Homo idem eſt licet diuerſis veſtibus induatur hodie quam heri. Cap.v.nu.xj.pag.xlij.
Heͼreticorum controuerſia heͼc eſt vtrum eccleſia ſit penes eos an penes nos. Cap.xj.nu.j.pag.cviij.





Heͼreſes ſchiſmata & omnes confuſiones naſcuntur ex in obedientia & contemptu iſtius ſupremi ſacerdotis, ibi.nu.xiiij.pag.c.
Hominis membra ab vno capite pendent pro cuius ſalute & conſeruatione non dubitant proprio periculo ſe eponere etiam in animantibus brutis. Cap.xij.nume.xvij.pag.cxxiiij.
Homo licet rectus fuerit creatus ipſe tamen multis ſe implicat queͼſtionibus. Cap.xiij.n.iij. pag.cxxxij.
Heͼreſum perſequutio & ſchiſmatũ deteſtabilior eſt ceteris perſequutionibus. Capit.xiij. numero.vij. pag.cxxxiij.
Heͼretici ſuo ventri ſeruiunt & per dulces ac meloſos ſermones & falſas benedictiones & promiſsiones per fide libertatis ſeduerunt corda innocentium, ibi.nu.ix.pag.cxxxv.
Hæreſes & ſchiſmata inde naſcuntur quia vbi ſacerdoti Dei non obtemperatur & dum ille ſuperba quorundam preͼſumptione contẽnitur, ibi.nu. xiij.pag.cxxxviij.
Hieroſolyma funditus erat euertenda in vltionem mortis Domini. Cap.xviij.nu.x.pag.cxcvij.
Homini non eſt neceſſe maiora ſequerere, ibi.num. xij.pag.cc.
Heͼretici deberent ſe ad pedes Papæ proſternere dicentes erraui Domine ſicut ouis queͼ perijt. Cap. xix.nu.iiij.pag.cciiij.
Hieruſalem gloria magna fuit ſed Roma eſt caput omnium eccleſiarum. Cap.xxj.nu.xx. pag.cclvj.

Hæretici priuare volunt eccleſiã ordine decentiſsimo quẽ habet vt ducant in vitijs vitã ſuam iã ſimilẽ illi gehennæ vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat.ca.xxij.nu.xj.pa.cclxxj.

Hæreticorũ autoritates citatæ ad probãdã fidem ſolã ſine operibus ſufficere de fide quæ per charitatẽ operatur debent intelligi præſertim cũ in nulla legatur ſignum excluſiuum quod dicat ſolã fidem ſufficere.ca.xxiiij.nu.v. pag.cclxxxviij.

Hæretici etiam in diuino euangelij tritico ſeminarũt zizãnia confingentes euangelia noua & verba adulterãtes.Cap.xxvj.n.ix.pag.cccxij.

Hæretici præla & impreſsiones corrũpunt ideo caute in legẽdis libris ꝓcedẽdũ ibi.n.xiij.p.cccxiiij.

Humanum genus duobus regitur iure naturali & moribus.ca.xxviij.nu.vij.pag.cccxxxviij.

Hæreticorũ imaginationes ſtatim allidendæ ad petrã iſtam.ca.xxix.nu.iij.pag.cccxliiij.

Hæretici diffinitio.ca.30.nu.9.& qui hæreſim euitare voluerit delictorũ frequentationẽ euitare procuret,ibi.nu.x.pag.ccclviij.

I

IN vnitate bonitas conſiſtit & tanto aliquid magis de bonitate participat quanto magis in vnitate fundatur.cap.xij.nu.iiij.pag.cxxj.

In vnitate & vnanimitate populi conſiſtit pax & ſalus populi ad quã cõſeruãdã neceſſarius eſt vnus gubernator multis cũ exiſtẽtibus paribus in vna vniuerſitate & quolibet prouidẽte delectabile ſibi deſtruetur vniuerſitas.c.13.nu.12.pag.136.

Intrinſeca ab vno quem gratia ſancti ſpiritus illuminet reuelanda ſunt ibi.nu.17.pag.140.

In cathedra & bibliotheca Petri in qua Ioannes cõcluſit ſuum euangelium reconduntur omnes libri qui de actibus Chriſti ſcribẽdi erant & quos mundus capere non poterat vt nullum alium extra hanc bibliothecã quæramus. Cap.xv. nume. xj.pag.clxij.

Ioannis Euangeliſtæ dignitas qui ſolus collationem actualem huius paſtoratus & pontificij teſtificatus eſt,ibi.nu.xij.pag.clxij.

Interpretatio vera eſt quæ a practica & obſeruantia immemorialis temporis ſumitur præſertim in contradictione aliorum obtenta. Cap. xix.num. iii.pag.cciii.

Iudicio ſynodi iniuriã facit qui ſemel ibi deciſa præſertim millies reuoluere contendit. Cap.xx.num. iii.pag.ccxvij.

Imperatoris tyranni ſeu hæretici ſanctum non debet in iuſtitiæ conſequentiam adduci. Cap.xxj. nu.xvj.pag.cclij.

Iethro madianita reprehẽdens Moyſen cõſuluit vt alios inferiores miniſtros conſtitueret qui leuiora iudicarent & Moyſi grauiora referrent. Cap. xxij.nu.ij.pag.cclxiiij.

Imperator & Reges habent ſub ſe alios miniſtros cuilibet Reipublicæ deputatos a quibus ad ipſos recurritur.Cap.xxij.nu.ix.pag.cclxx.

Infirmitates corporum ex infirmitatibus animarũ prouenire ſolent. Cap.xxiij.nu.ij.pag.cclxxv.

Inter fideles Eccleſiæ eſt dare intra & interius paulo interius & multo interius.c.xxv.nu.ij.pa. ccxcvj.

Integrum eſt iudicium quod plurimorum ſentẽtijs confirmatur vide multa in hanc rem. Cap.xxvij. nu.xj.pag.cccxxiiij.

Inter ſeculares etiam conſuetudo pro lege ſuſcepta eſt. Cap.xxviij.nu.vj.pag.cccxxxvij.

In petra hac exaltari debemus ſuper inimicos noſtros.ca.xxix.nu.ij.pag.cccxlij.

Et in foraminibus petræ huius eccleſiæ contra hęreticos, ibidem.nu.v.

L

LIBERALITAS ſingularis eſt vbi donator datur in donũ & datum eſt idem pœnitus cum datore. Cap.ix.nu.iiij.pag.lxxxij.

Lucifer propter ſeditionẽ & diuiſionẽ incidit in ſempiternũ ſcãdalũ ſcãdalorũ.c.xij.n.xiiij.pa.cxxiij.

Lex quantũcunq; dura ſeruanda eſt. Cap.xx.nu.iiij. pag.ccxxviij.

Lege tota non perſpecta in ciuile eſt iudicare. Cap. xxj.nu.xviij.pag.cclv.

Legislator etiã tẽporalis nõ pręſumitur ſe corrigere nec ſibi ipſi cõtradicere.c.xxiiij.n.vj.p.cclxxxviij.

Luxuria auaritia negotiatio fictis verbis dominationis contemptus ſuperbia vanitatis & promiſsio falſę libertatis introducunt hęreſum confuſiones. Cap.xxx.nu.v.pag.ccclvj.





M

MVNDVS eſt omnium viſibiliũ maximus ſicut Deus eſt maximus inuiſibilium. Cap. x.nu.xxiij.pag.ciij.

Mundus ſicut vnus eſt in quo omnes continentur ſic eccleſia vnica eſſe debet in quo ſunt omnes fideles, ibi.nu.xxiiij.pag.ciiij.

Michaelẽ appellat eccleſia paradiſi prępoſitũ & primatẽ cęleſti exercitus.c.xij.nu.xiij.pag.cxxiij.

Michaeli vt pręſidi attribuitur victoria in illa autoritate michael pugnauit cum eo & fecit victoriam, ibi.nu.xv.pag.cxxiij.

Miſsio non arguit ſuperioritatem in mittentes quãdo miſſus eſt de pręcipuis mittentibus. Capit.xx. nu.xviij.pag.ccxxxij.

Moyſen qui populum pęnes ſe cõgregatũ habebat & ſecum proficiſcentem non tanto labore grauatus fuiſſet quanto romanus pontifex ſi mundum peregrare deberet ad viſitãdam plebe ſuam. Cap. xxij.nu.iij.pag.cclxv.

Manſiones ſunt eccleſia multæ quędã ad pręlatorũ ſacerdotũ religioſorũ & alię ad regũ & ſeculariũ habitationẽ præparate. Cap.xxv.nu.vij.pag.ccc.

Moyſes etiam conuocauit conciliũ ſeniorum & dicitur ibi quod reſpondit es vniuerſus populus per ſeniores repręſentatus. Ca.xxvij.n.v.pag.cccxxv.

N

NATVRAE ratio edocet omnem multitudinẽ ab vno proficiſci & natura agit in om=

nibus quod optimū eſt & perfectū ſecundum ſpeciem ſingulorum. Cap.x.nu.xviij. pag.xcix.
Nouitates quaſi vipera aut baſiliſcus in negotijs fidei ſunt euitandę.c.fi.n.xv.vbi multa.pa.ccclxj.
Negatiua vaga īprobabilis & magis credit duob⁹ aſſumantibus præſertim vicinioribus illi tēpori quā mille negantibus.Cap.xvij.nu.vj. pag.clxxxvj.

O

OVILE ſignificat eccleſiā dei vt quemadmodū oues in ouili cū ſuo paſtore ſe habēt ſic fideles parabolice cū ſuo paſtore ī eccleſia ſe habeāt ouilē obediētiā prēſtādo.c.3.n.2.&.8.p.21.&.28
Ordo literę facit reputari primo nominatū eſſe magis dilectū & digniorē.c.ix.n.xiij. pa.lxxxvij.
Obſeruātia ſubſequuta & cōtinuata duratio ꝑ tēpus memoriā hoīm excedēs & nō obſtātibus cōtradictiōib⁹ ſuſcitatis cōtra eā eſt teſtimoniū veritatis cōcludētiſsimū & ꝓbatio certiſsima.c.19.n.1.p.202
Omnia & quęcūque prælati noſtri nobis dixerint etiā ſi ipſi male faciant facere debemus quia Chriſtus id præcepit & ſub duplici vniuerſalitate videlicet omnia & quæcunque.c.xxj. n.xij. pa.ccxlix.
Officialiū curiæ Romanę exceſſus ſi qui ſunt nō detrahūt ſummo Romano pōtificatui ſicut nec peccata iudęorū nec iudæ officialis Chriſti eius primatui detraxit,ibi.n.xiij.pa.ccxlix.
Ouilis parabola & ſignificatio oſtendit quid fideles agere debeāt in eccleſia.c.xxiiij.n.j.pag.cclxxxiiij.
Opera & iuſtitię noſtrę quaſi pānus mēſtruatæ ſuiſſent ſi rore ſanguinis Chriſti non aſpergerentur. Cap.xxiiij.nu.xj.pag.ccxc.
Omnes inuitantur ad introitū eccleſiæ quādo dicitur introite portas eius in confeſsione ſed de operātibus per charitatē & gratiā dicitur Dn̄e quis habitabit in tabernaculo tuo.c.25.n.5.p.298.
Operū bonorū exercitatio neceſſaria etiā ad cōſeruādam fidē.ca.xxx.nu.vj.pag.ccclvj.

P

PECCATORVM curatiōi mirabile dictu eſt quot remedijs Dominus ſuccurrat ſi conuerti voluerimus.ca.1.nu.14.pa.8.
Petrus quare fuit de amore Chri prius examinatus quā ouiū paſtura ſibi collata fuiſſet.c.3.n.6.p.26.
Paſtor eccleſiæ licet debeat eligi amās Chriſtū non tn̄ propterea quod poſtea deficiat debet ei a ſubditis ouilis obediētia denegari,ibi.n.7.pag.27.
Petro vt capiti et alijs apoſtolis vt prælatis eccleſiæ fuit data poteſtas ligandi atq; ſoluēdi peccata quæ ſoli deo reſeruata erat & etiā ſuffragandi animabus purgatorij.ca.5.nu.21.pag.47.
Peccatores dicuntur palee quia leuiter cadunt quolibet vento tentationis.ca.7.nu.6.pag.63.
Presbyteri etiā ſi ſint peccatores baptizāt & conſecrāt ſicut & Cayphas iniquorū iniquiſsimus prophetauit quia erat pontifex nec propter peccatū perdidit prophetiā.c.7.nu.15.pag.68.
Peccatores ſi fidem conſeruāt licet quo ad gratiam mortui ſint tn̄ ratione fidei ſunt de eccleſia,ibi.nu. xvj.

xvj.pag.lxviij.
Pōtifex ſummus ſemper fuit vnus in lege veteri quē cęteri reuereantur. Cap.xj.nu.v.pag.iij.
Pontifice ſummo mortuo ſtatim eligebatur altera locum eius vt ſederet ſuper cathedrā moyſi, ibi.nu. xj.pag.cxiiij.
Pontificis conſtitutio ibi nō ad ſolam vitam moyſi ſed ad durationem legis veteris & ſinagogę cōſtituta fuit, ibi.nu.xij.pag.cxv.
Primo & perfectiſsimo principio quāto aliquid magis adhęret tanto eſt nobilius & perfectius. Cap. xij.nu.ij.pag.cxx.
Pręſcriptio nulla quantūcunq; immemorialiſsima currere pōt cōtra obediētiā Papę. Ca.xij.nu.xxx. pag.cxxviij.
Pontifex vnus in.l.veteri datus fuit vt vnitas cōſeruaretur & cōfuſio tolleretur.c.xiij.n.xvj.pa.cxl.
Pontifex ſummus in his quę ad fidelium directionē diffinit errare nō poteſt, ibi.nu.xviij.pag.cxlj.
Paſtoratus iſte promiſſus fuit Petro per illa verba tu es Petrus Matthęi.xvj. ca.xiiij.num.j.pa.cxlv.
Petrus a Chriſto appellatus bariona filius columbæ quaſi filius ſpiritus ſancti teſte Hieronymo, ibi. pag.cxlvij.
Reliqua de beato Petro quæ multa ſunt, vide.Cap. xiiij.&.xv.&.xvj.xx.&.xxj.
Publica poteſtas non perditur propter peccata priuatę perſonę. Cap.xxj.nu.viij.pag.ccxlvij.
Perſonę duę ſtatuuntur in quolibet rege & iudice vna priuata ſecundum quam vt priuata perſona operatur & altera publica ſecundū quā operatur incūbētia officio ſuo. Cap.xxj.nu.ix. pag.ccxlvij.
Papa dicitur a Papę interiectione quę eſt admiratiua. Cap.xxiij.nu.j.pag.cclxxiiij.
Reliqua de Papa quæ multa ſunt vide in.d.c.xxiij.
Præcepta a cōſilijs licet omnia dictentur per verba imperatiui modi fuerunt diſtincta per cathedram Petri quod fuit vtile ſcire cū pręcepto non obedire ſit peccatū conſilio autem ſi vti noluerimus minus boni adipiſcemur. c.xxvj.n.xiiij.pag.cccxiiij.
Petræ a qua petrus nomen accepit & contra quam porte inferi prævalere non poſſunt adhęrere debemus vt ſaxei petroſi & immobiles. Cap.xxix. nu.j.pag.cccxlj.
Reliqua de verbo petra quę multa ſunt vide.c.xxix.
Populus Iſrael poſt tot beneficia de manu Domini ſuſcepta in Exitu ſuo de AEgypto quia promiſerat ad malum vitulum fabricauit.

Q

QVALITAS adiuncta alicui termino debet intelligi ſecundum tempus illius termini cui adiungitur. Cap.vij.nu.xiiij.

R

ROMA condita duos fratres habere non potuit in vnico Imperio & ideo fratricidio dedicata eſt. Cap.xij.nu.x.pag.cxxij.
Romani poſt varios regēdi modos expertos rebus dictantibus inuenerunt neceſſarium Reipublicæ per

per vnum conſuli,ibi.nu.xxii.pag.cxxvj.
Reſpublica eccleſiaſtica excedit tẽporalem ſicut ſol lunã,ibi.nu.xxix.pag.cxxix.
Romanã Eccleſiam catholici ſicut Solem noſtrum, reputare debemus ex qua fidei lumẽ recipiamus. Cap.xvij.nu.viij pag.cxcj.
Romam tranſlata eſt Cathedra Petri de antiochia iubẽte Domino & vt ibi petrus magis proficeret Eccleſię,vide plures rationes ibi de hoc,Ca.xviij. &.xix.pag.cxciij.&.ccj.
Relatiuum hic hęc hoc ad magis proxima & ſibi cõiuncta refertur.Cap.xx.nu.xv.pag.ccxxix.
Romanus Pontifex tanquam priuata perſona ſentiens loquens ſeu ſcribens errare poteſt.Sed in his quę vt publica perſona deliberat errare nõ poteſt Dominus enim cõſeruat eũ ad noſtrã directionẽ Cap.xxj.nume.x.pag.ccxliiij.
Romani Pontifices multas ſtatuerunt ab apoſtolis omiſſa pro temporum & locorũ neceſsitate. Ca. xxvij.nu.j. pag.cccxix.
Romanus Pontifex difficilius diſpenſat cõtra concilium generale quam contra aliam conſtitutionem.Cap.xxvij.nu.x.pag.cccxxiij.

S

SIMILE ſimili ſemper amicum & ſinguli ſemper feruntur ad ſibi ſimile.Cap.j.nu.iiij.pa.iiij.
Sãctorum exempla Deus nobis proponit quinunquam a ſeculo abel iuſti vſque in pręſens ſeculum defuerunt,ibi.nu.xvij.pag.ix.

Sancto=

INDEX.

Sanctorum interceſsiones nos adiuuant quas negare eſt hereticum & cõtra apertas ſacrę ſcripturę teſtimonia,ibi.nu.xx.pag.x.
Sacramentum corporis & ſanguinis Domini eſt ſignum pietatis & vnitatis.Cap.ij.nu.iiij.pag. xv.
Sacramenta legis euangelicę in ſanguinæ Chriſti veri Dei & veri hominis offeruntur. Cap.iiij.num. xi.pag.xxxiiij.
Sacrificia legis veteris in ſanguine hircorum taurorum et aliorum animalium immolabantur.Cap. iiij.num.xj.pag.xj.
Sapientia cum ſit vna omnia poteſt capite.nu.xxvj. pag.cv.
Sacerdotes licet multi eſſent in lege veteri & multorum graduum vnus tamen ſupra alios pręſidebat qui reſpondebit iudicij veritatem. Cap.xj.nume. xiij.pag.cxiiij.
Sol conſtitutus eſt inter planetas tanquam Imperator eorum a quo lumen accidiant & ſuorum motuum ordinationes. Capit. xij.nume.xvj.pagin. cxxiij.
Scriptura ſacra eſt teſtamẽtum vectus & nouum & cõmemoratur ſinguli libri iuxta concilium tridentinũ. Cap.xxvj.nu.ij. pag.cccvj.
Seculares abſtinere debent a deciſione ſpiritualium. Cap.xxvij.nume.vj.pag.cccxxj.
Salomon immoderato vſu mulierum ad hoc vſque perductus eſt vt templa idolis fabricaret. Cap. xxx.num.ij.pag.cccclv.

Salomo=

Salomō amabilis Deo cui Deus bis fuerat reuelatus quia amator mulierum fuerat a dei amore receſsit, ibi.nu.iij.pag.ccclvj.

T

TVTELA non eſt adminiſtranda per plures facilius enim vnus exercet. Cap.xij.nu.xxiiij. pag.cxxvj.

Tituli primordialis dubietas ſi quę poteſt eſſe ex ſub ſequuto euētu certificatur. Cap.xix.n.ij.pag.ccij.

Temporum momenta Deus poſuit in ſua poteſtate. Cap.xxj.nu.ij.pag.ccxliiij.

Tempora ſi diſtinguãtur facile ſcriptura concordabit quę ex cauſa loco perſona & tempore declaratur. Cap.xxiiij.nu.xiij. pag.ccxcj.

V

VNITATIS materiam vide. Cap.viij. ix.& x.per tota integra capita & ſimiliter.xj.xij.& xiij.& fin.

Pedro çapata
Del marmol.

# EPILOGVS NOSTRAE VNITATIS, ET EORVM QVAE IN HOC OPVSCVLO continentur ab authore carmine comprehenſus.

VNA fides, baptiſma vnum, Deus vnus, Ouile
Vnum, vnus paſtor, quē Sacra Roma tenet.
Vna ſalus Chriſtus, chriſtique vicarius vnus,
Succeſſorque Petri, quem Sacra Roma tenet.
Non bona apud multos ditio ſuprema, & in vno,
Tempore, Papa vnus, quem ſacra Roma tenet.
Inter dona Dei, donum hoc paſtoris Ouilis,
Vnici, in hac vna nos facit eſſe fide.
Nulla ſalus alibi porta eſt eccleſia cæli
In matrem hanc renuens eſt ſine patre Deo.
Quamuis eum videas morientem in noīe Chriſti,
Simplicitas ouium pura imitatur ibi.
Conuocat hæc hoīes non congregat vt ſynagoga,
Ad pecorum ritus, victima noſtra Deus.
Vna fuit ſemper genitrix ab origine mundi,
Sacramenta licet nunc meliora colat
Poſt lateris Chriſti ſciſſuram haſtileque vulnus,
Vnde, & cum roſeo ſanguine fluxit aqua.
Hanc ſibi tunc Chriſtus ſponſam formauit, & illi
Nos iubet vnitos dirigat vnus homo.
Scandala qui de illa confuſa ſophiſmata ſenſus,
Quos generat nouitas tollat & omne malum.

Omnia componat, dubijs oracula tradat,
Certa & amena inter paſcua paſcat oues.
Multorum imperium populis ſolet eſſe nociuum,
Atque inter fratres horrida bella mouet.
Irritat acephalos dominandi innata cupido,
Pacifice & melius cuncta monarcha regit.
Hic ſibi ſubiectos in qualibet vrbe miniſtros,
Conſtituit, qui eius iura viceſque gerant.
Quique ſibi referant grauiora, vt tempore Moſis,
Conſuluit Iethro Madianita ſocer.
Forma gubernãdi hæc populos genteſque per vnũ,
Sanctior eſt reliquis, atque vetuſta magis.
Iuri, ac naturæ, rationi conſona vt vno,
Commodius poſſent fœdere cuncta regi.
Tempore Adam, Noe, Dauid, patrumque priorũ,
Semper ouile vnum paſtor & vnus erat.
Clara figura fuit noſtræ Dauidica turris,
Vna Eua de coſta ſumpta virago viri.
Clara figura fuit Noe patris arca futuræ,
Nauiculæ in Petro, noſtra vbi prima ſalus.
Clara figura fuit Moſis cathedra illa futuræ,
In Petro, erat quoniam lex vetus vmbra nouæ.
Si vt melius præcepta ſua, & præſagia Chriſti,
Venturi excolerent hic fuit ordo datus.
Ergo & ouile vnum, paſtorque in tempore noſtræ,
Legis vbi Chriſtus venit, & ordo bonus.
Cælorumque aditus reſerantur, non velut illic,
Terrea terrenis dona dabantur vbi.
Tanto vnum in pretio magis eſt quanto eſt magis (vnũ,
Rarius eſt vnum nobiliuſque bonum.
Quan=

Quanquam aliquo titulo poſſit plurale vocari,
Duntamen eſſe vnum ſit, fueritque ſibi.
Sic Deus eſt vnus, ſic Sol, ſic vnica Luna,
Phenix vna, vnus mundus in orbe patet.
Tres habet omnipotens perſonas, ſed Deus vnus,
Vna tenet plures gloria ſumma gradus.
Eſt Deus, eſt & homo verus, Chriſtus tamen vnus,
Cui pater imperium tradidit omne Deus.
Angelici Michael primas exercitus vnus,
Quo duce in infernum corruit ille Satan.
Ergo & ouile vnum paſtorque eccleſiæ vt illi,
Quæ ſurſum eſt quadret principioque ſuo.
Cerne creaturas puras illuſtrior illa eſt,
Tanto inter reliquas, quanto erit vna magis.
Vnica Crux domini, quæ nos vniret in alto,
Si crucifixi illi ſimus, vt ipſe iubet.
Virginitas matri ſola copulatur in vna,
Quæ eſt virgo & genitrix, vna Maria tamen.
Lucifer in ſtellis, phenix auis, vnio gemma,
Denique vox cunctis conuenit vna bonis.
Quid plura? omne vnum reliquis perfectius eſſe,
Rebus ad inuenies, ſi meditaris eas.
Ergo & ouile vnum paſtorque, vt & illa imitetur,
Quæ monadem propter ſunt pretioſa magis.
Gentibus ex multis vnum hoc formatur ouile,
Si teneant vnam catholicamque fidem.
Omnia quæ durant, vt producuntur ab vno,
Principio, vno etiam principe recta manent.
Sunt radij ſolis multi, lux attamen vna,
Sidera de cuius lumine lumen habent.
 Mem=

Membra caput compacta ſibi, prouincia regna,
Regnum vrbes vnum continet, vrbſque domos.
Quæ bona multa vides formam inſtaurãtur in vnã,
Spiritus & corpus dicitur vnus homo.
Vna anima eſt homini cui trina potentia ſeruit,
Vnum etiam corpus plurima membra tenet.
Corpore nata tenet mundus ſic cuncta renata
Spiritu, aqua in Chriſto continet vna monas
Vnius in fidei iunctura & præſule in vno,
Donec vitæ huius perficiamus iter
Ergo & ouile vnum paſtorque vt lege ſub vna,
Relligio in nobis ſit quoque tuta fides
Corpore ſi forſan membrum abſcindatur ab vno,
Corruptum inuenies illico tabe ſua.
Arbore ſi frangas ramum, nil germinat ille,
Fonte ſeca flumen, fluminis vnda perit.
Aridus efficitur palmes, ſi a vite putatur
Quæ fugit a reliquis dilaniatur ouis
Muſica tunc dulcis cum voces tendere in vnum,
Concentum varias ſenſeris arte ducis.
Corporibus noſtris generat diuiſio morbos,
Iram animis, regnis ſeditioſa mala.
Vna monas contra, nam cuncta in pace gubernat,
Poſsidet obſeruat lætificatque nimis.
Ergo & ouile vnum paſtorque vt quiſquis ab illo,
Deuiet, expertem ſe ſciat eſſe Dei.
Principium numeri eſt vnum, a quo cætera pendẽt,
Sic vnus, qui alijs præſit in orbe datus.
Imperfecti alij numeri, perfectius vnum,
Nanque ſuo autori conuenit atque placet.
Indiui=

In diuiſa monas, reliquis diuiſio quadrat,
Quæ velut expertes a bonitate facit.
Optima tunc acies, regitur ſi rege ſub vno,
In bene recta vnus dux quoque plebe regit.
Agmina paſtores populos animalia cerne,
Autorem inuenies ordinis eſſe monos.
Ecce grues vnam pariter ſectantur, ab vno,
Ingenioſæ etiam rege reguntur apes.
Ordo autor pacis, ſed pacis, & ordinis autor,
Vnus habens princeps iura viceſque Dei.
Quem reprobi metuant, & ament virtutis amici,
Vt domino atque illi pareat omnis homo.
Ergo & ouile vnum ac paſtor, ſic regula & ordo,
In populo Chriſti ſpiritualis erit.
Nulla fides regni ſocijs, Omniſque poteſtas,
Impatiens comitis ſemper in orbe fuit.
Quos vteri hoſpitium tenuit, non ſuſtulit olim,
Vnico in Imperio condita Roma duos.
Fratribus ex mundi primis vnum occidit alter,
Rex nunquam in regno ſciuit habere parem.
Ante ortum Infantes gemini ſub ventre Rebeccæ,
Iurgati, acephalum bella duale creat.
Vnius imperium tanquam conformius ipſi,
Paci quam iniunxit Chriſtus in orbe dedit.
Ergo & ouile vnum paſtorque occaſio, vt omnis,
Sciſmatis a tanta ſit bonitate procul.
De parte ad partem quicquid procedit, & illud,
De toto ad totum, ſic ratio arſque docent.
Quælibet inferior tenet vnum eccleſia patrem,
Tota vno in terris gaudeat ergo patre.
 Turba

Turba magiſtrorum (ſi non datur archimagiſter,
Qui in dubijs tradat dogmata certa) fides.
Tot pareret nobis, ſcelerum quot prodere monſtra,
Effrenata hominum mente libido poteſt.
In deſerto vnus Chriſtum, in penetralibus alter
Fingeret, hic ve illic prodigiumque daret.
Tale, quod electi (ſi plures eſſe magiſtri,
Percupimus) poſſent ſcandala multa pati.
Si Deus eſt pacis paulo teſtante & amoris,
Cur pacem aduerſus ſciſmata quærit homo?
Ergo & ouile vnum, ac paſtor pro pace tuenda,
Cui genibus flexis pareat omnis homo.
Plura poteſt vnum magnum, plus pluribus vnum,
Præualet exiguis permanet, atque magis.
Plus valet inſigne vnum quam mediocria plura,
Ens vnum & verum ſunt ſociata ſibi.
Plus virtus vnita poteſt quam ſparſa, nec vna,
Res eadem in vario iure manere poteſt.
Plus ratio natura Deus plus diligit vnum,
Plus valet ad regimen ſpirituale monas.
Hanc Deus elegit monadem & præ legit eandem,
In propria faciens aula habitare ſua.
Vna animas plures condit ſapientia ſanctas,
Atque vnam ex multis, omnia nanque poteſt.
Ergo & ouile vnum paſtorque affabilis vnus,
Quem videat tractet conſulat omnis homo.
Quemque Deum veluti toto veneremur in orbe,
(Garrulet hæreticus) ſic fuit eſt & erit.
Vltra euãgelium, & quod ſcripſit apoſtolus, omne,
Quod iubet hic facias, quod vetat omne fuge.


Spiritus hanc cathedram diuino rore perungit,
Sanctus, eam falli non ſinet, ille regit.
Quamque vale faciens ſocijs paulo ante polorum,
Tradidit aſcenſum Chriſtus in orbe Petro.
Cui promiſſa fuit quando reſponderat olim,
Filius es viui tu Deus ipſe Dei.
Terque de amore rogãs prius, & poſt prandia ſoli,
Paſce meos agnos, paſce ter inquit oues.
Cum reliquis præſente Thoma, dubitatio vt omnis
Circa illam de omni corde remota foret.
Inde cephas actu cathedram ſuſcepit, & inde,
Vt capiti comites ſuppoſuere caput.
Antiochena prior fuit hæc, quam poſtea Romam,
Præcipiente Deo tranſtulit ipſe Petrus.
Qui crucifixus ibi verſa ceruice deorſum,
Oſſa ſua & cathedram ſeruat in vrbe ſacra.
Durat vbi & durabit adhuc in ſecula mundi,
Hæc requies nobis, huic & habenda fides.
Bis centum a Petro viginti ſexque fuerunt,
vſque modo Papæ tempore quiſque ſuo:
Quorum nemo Petri papatus venit ad annos,
Quorum nemo auſus nomen habere, Petri.
Quæ ſpatio in tanto nequeunt ſine numine magni,
Eueniſſe Dei, Quo veneranda magis.
Certior & Papæ credatur ſumma poteſtas,
Firmius atque omnes ſubijciamur ei.
Quæ noua ſunt reice, & tantos ſeruata per annos,
Sanctorum obſerua religione patrum.
Crede viris ſanctis quorum hæc firmata fuerunt,
Martyrio literis moribus atque fide.

Crede viris ſanctis vicinis atque propinquis,
Seculo apoſtolico ſic fugienda noua.
Crede viris ſanctis, pluſquam nebulonibus iſtis,
Quos venus, ebrietas, menſque ſuperba domat.
Si ſuper his forſan tentari inceperis vnquam,
Dic cito tentanti Satana vade retro.
Hanc oculis clauſis teneo, pedibus quoque iunctis,
Firmus habebo fidem, quam bona Roma tenet.
Nolo huius fidei ſubtilem inquirere cauſam,
Papa mihi, vt numen Papa, vt in orbe Deus.
Clandeſtina velut colubrum (ſi de fide agatur)
Colloquia effugies, accipe dicta palam.
Præpoſitos audi Chriſti, Papæque miniſtros,
Quæ tibi præcipiunt, fac quaſi factus ouis.
Nam nihil aduerſus paſtorem calcitrat, & ſi
Vulneret, aut lanæ vellera tollat ei.
Eſt Deus in cælis, in terris Papa videtur,
Qui reuocent, ſi aliquod forte grauamen habes.
Interea patiens eſto, parere neceſſe eſt,
Iudicibus, quoniam ſic Deus eſſe iubet.
Barbarus hoc ſeruat, quia ſic confuſio ceſſat,
Mundi a principio ſic fuit ordo datus,
Otia quæ veneris falſique cupidinis arcus,
Mollitie effingunt immoderata caue.
Contractus reprobos vſuras cambia ſicca,
Os quoque blaſphemum ſanguineaſque manus.
Præcipites animos & ad omnia crimina promptos,
Confiſoſque nimis iam quaſi dæmon habet.
Inueterata malo corda & iactantia multum,
Quæ & labijs dicunt cras operabor ego.

Tempus

Tempus erit rectum faciendi morte dolebo,
Crimina & in Chriſti ſanguine tutus ero.
Heu fuge eas furias, Num forte licentia noſtris,
Sanguinibus ſanguis debuit eſſe Dei?
Vnius obnoxam qui ſe (licet ipſa fuiſſet
Sola) cruci offerret pro bonitate ſua.
Pandere iter ſceleri debebat paſsio Chriſti?
Peccato aut facilem forte aperire viam?
Heccine libertas? an non ſeruilior omni
Seruili ſpecie fluxus ad omne ſcelus?
Num leges torquere bonum, vt delinquere poſsis?
Ergo nequam ſenſus, qui facit eſſe nequam.
O dura impietas pietatis viſcera tantæ,
In mala conuertens num Deus anſa mali?
Longe a catholico mendacia furta rapinæ
Cordeque duplicitas auri, & auara fames.
Stupra & adulteria inceſtus crimenque nefandum,
Fornicium ſimplex concubituſque mali.
Inuidiæ murmur detractio liuida verba,
Denique fac fugias, vt potes omne ſcelus.
Sobrius eſto, timens, humilis, ſubtilia vitans,
Sint crapula, ebrietas, menſque ſuperba procul.
Hic pater antiquus cecidit, fuit hæc & origo,
Prima mali, hæreſibus ianua & iſta fuit.
Reſpice vicinos caſus Germanus & Anglus,
Franci gena & Flander ſic cecidere fide.
Quinquaginta annis (heu defle) & tempore noſtro
His vitijs animæ tot periere Deo.
Defle inquam ſi noſtra malis vexantur eiſdem,
Regna, nec emendam moribus eſſe vides.

 Officio

Officio & ſancto grates eiuſque timori,
Chriſticola hic tanto crimine plenus agat.
Si abſque opere omnino defunctam ſeruat in eius,
Ore fidem, quæ illum iuſtificare nequit.
Naufragium fidei vitia inueterata minantur,
Conſeruare illam ſi cupis iſta fuge.
Crede volens poteris iuuat hæc conamina Ieſus,
Quæ bene fundari cernit amore ſuo.
Omnia vincit amor Chriſti, labor omnia vincit,
Atque homines magno magna labore parant.
Dura in principio virtus operanda videtur,
In medio leuior, ſineque dulcis erit.
Philoſophi hæc etiam rationis lumine dicunt,
Et quia Chriſticolæ non meditantur ea.
Arcta via eſt cæli, patet atri ianua ditis,
Atque in difficili vertitur omne bonum.
Si tamen vt fragilis peccas ſi oblitus amoris,
Quo te Chriſtus amat dæmonis arte cadis.
Crimina quæ infelix patras nec ſol ſuper ipſa
Decidat, extinguat presbyter illa cito.
Ore fatente tuo, modo ſit contritio cordis,
Pura ſatisfaciens omnibus, eſto frequens.
Deuotuſque ſacris, ſaltem quo eccleſia iuſsit,
Tempore, ab hæreſibus crede ita tutus eris.
Eſt quoque honorandus ſoluens peccata ſacerdos,
Atque ligans, etiam ſi malus ille foret. (rus,
Miſſa vbi Chriſtus homo verus Deus eſt quoq; ve
Sacramenta nouæ cætera legis, vbi.
Gratia confertur digne ſumentibus illa,
Officia in templis ſunt veneranda quoque.
Linthea

Linthea ſint, pallæ, calices, & cymbala, cantus,
Organa cum citharis; ritus & ordo bonus.
Redditibus, pompa, titulis eccleſiæ abundent;
Quo melius domini cultus agatur ibi.
Diuini ornatus, templorum altaria fument;
Lumine ceræ olei thuribuliſque ſacris.
Defer imaginibus, quia ſic deuotio creſcit,
Catholicis, celebra tradita feſta tibi.
Flecte crucis ſigno genua, inclinatus adora,
Corpora ſanctorum relliquiaſque ſuas.
Mendicos venerare habitus & relligionum,
Dogmata cunctarum quas bona Roma probat.
Eſt quoque diminuens ſcelerum indulgētia pœnas,
Bulla crucis ſoboles, & Iubilæa ſalus.
Sanctorum auxilia implora nam oratio iuſti,
Exorata nimis præualet ante Deum.
Poſt obitum pœnas indulti crede reatus;
Purgari, vt veniant omnia munda polis.
Nullus vbi ingreditur pœnarum debitor, etſi
In totum fuerit culpa remiſſa ſibi.
Quas luere in mundo poterant ieiunia fletus;
Mortificata caro tota cruore Dei.
Omnia vis me vno verbo hęc cōcludere, quicquid,
Papa iubet facias, quod vetat omne fuge.
Atque ita cenſuras metues, in tempore carnes,
Non comedes vetito iura Deumque timens.
Hæc tibi certa fides, fidei (ſic itur ad aſtra)
Iunge opera in Chriſti ſanguine tincta tua.
Gratia prima Dei eſt, ſed tu cooperceris oportet,
Te ſine te non vult iuſtificare Deus.
Iamque

Iamque vale Aprilis ſexto & milleſimo in anno
Septem & quingentos ſeptuaginta ſuper.
Cæſareæ auguſtæ quæ olim Salduba vocata eſt,
Sed modo ab auguſto cæſare nomen habet.
Prima in Aragonia Papæ regique fidelis,
Catholica in domino iuſtitiæque forus.
Metropolis regni quam ſancta eccleſia maior,
Plena bonis literis relligione patrum.
Officijs titulis & perſonatibus ornat,
Redditibus pompa doteque adaucta nimis.
Splendet & vrbs iſta in tẽplis atque oſsibus almis,
Qualia poſt Romam natio nulla tenet.
Innumeræ hic maſſæ Lambertus, Gratia virgo,
Cum ſocijs tumulis ædibus atque ſacris.
Braulio, Valerius, Vincens, Laurentius, Anna,
Relliquiæ & plures, oſſaque ſancta patrum.
In capitum formas argento, auroque recluſa,
Ter ſeptem hæc ſaltem connumerata ſcio,
Sola ferens corpus Chriſti cuſtodia penſat,
Sculptilis argenti mille talenta boni.
Virginis angelicum templum Pilare vocatum,
Hic manibus ſtructum diue Iacobe tuis.
Sunt vbi relligio literæ & deuotio multa,
Atque ſacerdotum copia magna nimis.
Octo alia intra vrbem, præter ruralia multa,
Virginis eiuſdem laus celebratur vbi.
Quatuor hic Michael, totidem Baptiſta Ioannes
Presbyteri parochi ſunt ſuper octo decem.
Mille ſacerdotes, Monachus monialis, ab omni
Ordine collecti phana domoſque colunt.
Quinque

Quinque monaſteria in Franciſci patris honorem,
Condita, ſunt etiam dominicana tria.
Trina Auguſtini, Carmeli regula montis,
Quamque patres dulci nomine Ieſus habent.
Ordo redemptorum, trinorum, Antonius abbas,
Bernardus minini ſingula quæque tenent.
Hieronymus gaudet conuentu e millibus vno,
Et data Carthuſijs patribus Aula dei.
Virginibus donec nubant domus vna, ſepulchri.
Chriſtiferi cætus quem monialis habet.
Orphanulis pueris domus vna, ſecunda puellis,
Eſt data vbi diſcant dogmata ſancta Dei.
Hic magnum pietatis opus generaleque aſylum,
Sumptibus immenſis ſplendide aluntur vbi.
Orphani & infirmi morbo quocunque grauati,
Expoſiti Infantes mente alienus homo. (ba,
Nobilis vrbs populo armipotens domibuſq; ſuper
Diues opum exundans mercibus atque cibis.
Temperie eſt auræ tenuis cæloque ſalubris,
Fertilis omnigeno fructu & amena ſitu.
Quatuor hanc veluti paradiſum flumina cingunt,
Terrenum, Xalon, Gallicus, Orba, & Iber.
(Cui datus eſt ingens pons) & ſic florida tellus,
Vndique natiuis tota rigatur aquis.
Laudibus adde iſtis, quod ſancti gaudet honore,
Officij vt melius ſplendeat vna fides.
Cuius & ante alias vrbes plus iſta miniſtros
Confouet illorum ſancta trophea colens.
Sed patriæ dulcis paulum digreſſus amore,
Iam taceo, ad Chriſtum ſis memor oro mei.
Finis Epilogi.

# DOMINICVS A PORTONARIIS DE VRSINIS, Salmanticenſis, Regius, & Regni Aragonum Typographus, cuius eſt ſcutum in calce libri appoſitum, ad Lectorem.

QVI literas ſacras iuuenis diſcebat, ab illis,
Poſtque vacans didicit iura iubente patre,
Cui mea lac primum dederat Salmanticæ iuris,
Patria, nunc lachrymis tempora noſtra dolens.
Hos velut ex horto flores collegit vtroque,
Vnico in hoc ramo, cuius odore bono.
Fœtorem hæreticum poſsint vitare fideles,
Nilque adolere aliud quam quod olere licet.
Hæc placido vultu capiens, & mente benigna,
Conſule quæſo boni qualiacunque leges.
Rarum opus in mundo dabit crede optime lector,
Vndique perfectum ſi facit illud homo.
Indulgendum aliquid, noli reprobare probata,
Quæ prius a tantis patribus eſſe vides.
Nomineque autoris tacito vti orauerat ipſe,
Primatem Hiſpanum, cui liber iſte datus.
Lege fuit poſita, vt prodiret ſi vtilis eſſet,
Sin ſecus vti audax igne luendus erat.
Sic ſibi diffideus opus hoc tranſmiſerat autor,
Sed ſatrapis placuit ſtylus, & ordo libri.
Te modo duntaxat metuit deterret & illum,
Lingua hominis mordax iudiciumque procax.
Tam facile inuentis vnius tertius addit,
Quam facili ore facit, qui nihil ipſe facit.
Scinditur incertus ſtudia in contraria lector,
Reprobat hoc vnus, quod probat alter homo.
Condemnatque hodie quæ idem laudauerat heri,
Præualuere tamen zelus amorque Dei.
Omnia poſtpoſuit modo poſſet, vt ipſe canebat,
Vel liber in minimo figere corde fidem.
Grandiloquum ſtylum non hic nec florida verba,
Clara tamen ſcitu congruaque illa leges.
Materiæ phraſim, & varijs lectoribus aptam,
Quo facile a cunctis percipiatur habes.
Si proſam affectas, lege proſam, carmina noli,
Spernere, nanque alij carmina, vt autor amant.
Sunt varij guſtus cupiunt diuerſa camenæ,
Tot genijs culpa velle placere caret.
Gratum opus, vt multis deſeruit, ſic ego feci,
Seruirent, vt ei præla tipique mei.
Tu quoque ſis gratus fuge murmur liuida verba,
Quæ tibi dat ſimplex cor, cape corde bono.
Dicque pater noſter pro autore aueque maria,
Quando leges librum ſic tua Chriſtus agat.

**Finis, Laus Deo.**

# Gratiarum actio ad Dominum
pro opere completo.

SIT tibi ſancta patris ſit filij & ſpiritus almi,
Vna Dei deitas gloria laus & honor.
Fac opus vt noſtrum quod te aſpirante peregi,
Catholicos firmet religione tua.
Conterat hæreticos, diſperſos iungat & vni,
Subijciat Papæ quem ſacra Roma tenet.
Vt fundata fides virtutem ducat in omnem,
Sicque tua in Sion te videamus, Amen.

# Autor ad libellum pro
reditu ad curiam.

REgia nunc iterum liber eſt repetenda Philippi,
Catholici vt poſsis regna videre ſua.
Reſtat enim complenda nouæ pragmatica legis,
Sit tibi ſucceſſus proſper, vt vſque modo.
Oſcula da regis pedibus procereſque ſaluta,
Conſilij ſacri voce deinde mea.
Dic quibus es curis nutritus quoque labore,
Si bene ſuſciperis, patri alimenta dabis.
Mutua nunc inopi, qui vt te ditaret, ab illis,
Abſtinuit cauſis, vnde & alendus erat.